Digitized by the Internet Archive
in 2016

https://archive.org/details/gazophilaciumreg00escguat

3A
52

GAZOPHILACIUM REGIUM PERUBICUM.


OPUS SANE PULCRUM, A PLERISQUE petitum, & ab omnibus, in universum, desideratum non sine magno labore, & experientia digestum, providèque, & accuratè illustratum.

IN QUO

OMNES MATERIÆ SPECTANTES AD ADMINISTRATIONEM calculationem, & conservationem jurium regalium Regni Peruani latissimé discutiuntur, & plena manu pertractantur.

EDITUM

A D. GASPARE DE ESCALONA Aguero. J.C. Argentino Peruano, ex Correctore Provinciæ de Xuaxa, ex Gubernatore Civitatis Castro-Virreynæ, ex Visitatore Arcarum Regalium, ex Generali Procuratore Civitatis Cusquensis, omnium Peruani Tractus primariæ, et Senatore Chilensi.



SUPERIORUM PERMISSU:

MATRITI: Ex Typpographia Blasii Roman.

Anno M.DCC.LXXV.

LECTORI
TYPPOGRAPHUS.

CUM mihi in mentem veniret, Gazophilacium Regium Perubicum duos in tomos distributum, Authore D. Gaspare de Escalona & Aguero Juris-Consulto Argentino Peruano meis Typpis denuo in lucem emittere, prima omnium cogitatio fuit, prædictum opus ab innumeris quibus scatebat mendis, quantum possibile fuisset, expurgare: Diversitate litterarum materiam ab auctoritatibus distinguere: Capita atque paragraphos ad debitum ordinem redigere: immensamque Authorum citationem, ne dicam sententiarum farraginem, clariori dispositione illustrare; translatis earum quam plurimis ad Paginarum calcem. Omnia hæc fœliciter acta apparent cura & industria cujusdam Studiosi, & in hisce rebus satis periti, cui hujus novæ editionis correctio, revisioque, ut Supremus Indiarum Senatus jussit, commissa fuit. Fruere, & Vale.

DE

TABLA

DE LOS CAPITULOS QUE SE CONTIENEN en el Libro Primero, parte primera de este Gazofilacio.

§§

TA-

TABLA
DE LOS CAPITULOS DEL LIBRO PRIMERO,
PARTE SEGUNDA.

LIBRO II.
PARTE PRIMERA.

Cap.


LIBRO II.

PARTE SEGUNDA.

§§§ que

Cap.

LEC.



DE ADMINISTRATIONE MAJORI, ET UNIVERSALI REGII PATRIMONII SPECTANTE AD MUNUS PROREGIUM PERUBICUM.

CAPUT PRIMUM.

De varietate quam habuit in suis cunabulis Peruvinæ Regiæ gazæ administratio apud Regia Hispana Consilia.

1 CUM minima Rex noster sua cura digna judicaverit quæ majora sunt, & ad conservationem Imperii pertinentia, veluti incrementum rerum fiscalium; non passus est competenti ornatu vidua esse, & ob neglectum ministrorum, tam primarii, quam inferioris gradus imminui. Et quidem cum primis temporibus conquisitionis Peruini Regni res Dominica ejusque administratio adeó fuisset in confuso, ut quid in hoc tractu ageretur, Hispaniæ non innotesceret; præcipué cum plurima vafre, & per commentum, necnon alia per apertum dolum tractarentur, cæteraque ipsis administris lucrosa, & in fisci diminutionem, & sine apta methodo, & ordine essent expedita: cura & administratio per gradus divisa fuit; adeó ut supremo Præsidi, vel moderatori Provinciæ in primis incumberet, deinde officialibus minoribus particulari instructione intra septa ordinationum; veluti ob oculos habente nostro Domino, quod accidisse in Ægyptiaco tractu Imperatori Justiniano comperimus, & videre est ex illius verbis in Edicto 13. de Alexandr. & Ægyptiacis Provinciis, ibi: *Considerantes itaque quomodo superioribus temporibus, tametsi aliis locis publicæ exactiones satis constitutæ viderentur, in Ægyptiaco tamen tractu adeó confusæ fuerint, ut quid in Provincia ageretur, hic cognosci non posses, rei conturbatum modum, atque ordinem, qui hucusque duravit, valdé admirati sumus.* Et ibi: *Administratores, publici exactores etiam, & præcipué pro tempore Præsides hactenus eam rem ita administrarunt, ut nemini innotescere posset, ac ipsis solis lucrosa esset.* Quo allussit Antonius de Herrera de nostris Peruanis Quæstoribus locutus. (a) *Asimismo, que los Oficiales de la Real Hacienda fueron siempre importunos, y molestos á los Subditos de aquellos Reynos de las Indias, y los que mayor necesidad han tenido de ser corregidos.* Qui quidem hodie existunt, *timorati,*

(a) Herrera, *dec.* 8. *lib.* 7. *num.* 18.

ti, fideles, nobiles, prudentes, optime sibi conscii pro integritate mentis. Juxta requisita Imperatoris: (b) *Terribiles in devotis circa fiscalia, mansuetissimi autem, & mites omnibus placidis, & devotis.* Secundum præcepta Justiniani: (c) *Viri opinionis bonę, & dignitate ornati.* Ut in Novell. de Collator. 128. cap. 18. præcipue præpositi arcæ Regali civitatis Limensis.

2 Profluit hinc, ut in limine, & creatione supremi Indiarum Consilii, in magno illo cumulo, & ornamento amplissimæ jurisdictionis illi concessæ, inclusa fuerit, ac incorporata, quæ spectat ad rei Dominicæ administrationem in Indianis Provinciis, nec immerito cum separatio, & delibatio illius, ut alii extraordinario Consilio tribueretur, deformitatem non minimam inducere videretur: totum enim absque suis partibus, aut corpus sine capite non corpus, sed truncus appellatur; & utcumque corpus illa potestas in immensum aucta diceretur, haud video id á cordato dici posse, deficientibus nervis: siquidem nervi sunt res familiares Principis. (d) Adan. Contz. lib. 8. Polir. cap. 5. ubi meminit dicti Mutiani, dicentis, pecuniam esse nervum Imperii, *opes opus, & sine illis nihil fieri, quod est opus*, præcipue Regni tuendi causa. *Quemadmodum enim addit*, Aschaffemb. in Cons. pro ærar. class. 7. ord. 598. *sine nervis ambulare homo nequit; Petr. Arbiter in Satyr. ita neç bellum progredi usquam sine pecunia potest.* Alii belli ventriculum pecuniam vocitarunt; nam ut ventriculus animalibus subministrat alimenta, sic pecunia exercitui: hinc Titi Quint. Flaminii scomma in Philopomænem: *Pulchras quidem manus, ac pedes, at ventrem non habes.* Plutarch. in Apophth.

3 Posteà tamen cum Regia Perubica gaza in dies cresceret, majores curas induxit; dignaque visa fuit, ut oneraret Regii Patrimonii Consilium, cujus muneris est, peculiari instituto eam tractare, disponere, & rationes conficere per Officiales ad ea deputatos, nec aliæ rei vacantes, & cuncta hæc jurisdictio in eum transmissa fuit, & unita cum administratione rei Dominicæ Hispanicæ; præsertim cum Regium Indiarum Consilium multis negotiis, gravibusque curis jam districtum, & occupatum, haud vacaret summariæ rei, quæ raro sociatur litrerariæ, si credimus Plinio 2. lib. 5. epist. 15. ibi: *Rationes legebam invitus, & cursim, aliis enim chartis, aliis sum litteris initiatus.* Quia professio juris, & artium cum provida administratione bonorum, nihil commune habet, immo studiis dediti, ut ait Ossualdus; (e) plerumque nullam, vel exiguam habent curam rerum familiarium. Nam ingenii divitiæ, & litterarum bona, voluntatem & mentem ad se rapiunt, insuper habitis opibus temporalibus.

4 Ex qua resolutione ortum habuit legatio Commissariorum ad Peruanas Provincias cum mandato, & codicillis Consilii Regii Patrimonii, datis die 9. Octobris, anno 1559. ut Regales opes Indicas gubernarent cum amplissima jurisdictione, ut eruitur ex illis verbis: 1. „ Pará que por „ el tiempo que fuere nuestro mandado, y „ comision, y en las dichas Provincias es„ tuvieredes, tengais el cargo, y admi„ nistracion de nuestro Patrimonio, y Ha„ cienda, asi ordinaria, como extraordi„ naria, y tengais en ello el poder y facul„ tad, asi respecto de los nuestros Oficia„ les, como de las otras personas que tie„ nen nuestros Contadores mayores, con„ forme á las Leyes de nuestros Reynos: „ Y mandamos al Virrey, Presidente, y „ Oídores de las nuestras Audiencias, y „ á los nuestros Oficiales de la Hacienda, y „ otras qualesquier personas, &c.

5 Hujus mandati vi prædicti Comissarii,

(b) *In l. 1. C. de condit. in public. horr. lib.* 10. (c) *In Auth. de mandat. Princip. collat.* 3. *tit.* 3. *Novell.* 17. (d) *L.* 1. §. *In causa, D. de quæst. ubi* Ferrand. 1. *explic. cap.* 29. *docet, legendum* nervos, *non ut alii* servos. Leo *constit.* 52. *pulchr.* D. Larrea *decis. Granat. disp.* 12. *num.* 61. D. D. Joannes de Solorzano *ex militia.* D. Jacob. *à Consiliis Castellæ, & Indiar. ac utriusque orbis communis Magister de Indiar. gubern. lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 5. Lipsius, *lib.* 4. *civil. doctr. fol. mihi* 162. & 169. (e) *Lib.* 21. *comm. cap.* 11.

rii, qui simul missi erant ad peragendum negotium perpetuationis commendarum, aulam cum velis Regiis, & titulis erexerunt, eamque Concilium Cameræ, status, & Regii patrimonii indigitarunt, & incœperunt tractare, & ordinare Regiam gazam, ut testatur Antonius de Herrera, Decad. 7. Sed non diú permansit res in eo statu, nam Commissarii vel laxioribus habenis, quam fas erat, usi sunt isto munere, multa vindicantes sibi non competentia, ut de Consulibus dixit J. C. in l. 2. §. Exactis, D. de orig. jur. juncta interpret. Antonius Fab. in ration. vel tumentis ventosa plenitudine, ac immemores supremi Indiarum Consilii, ut qui ab eo devincti non penderent, non nisi in paucis negotiis illud consulebant, nec Proregem, & caput Provinciæ, nisi in paucissimis. Tandem, quia eventus rei non respondit, resecata fuit ista novitas, & abolita ea jurisdictio, & primævæ dictionis vetustatem denuo majore cum flore (ut dicam cum Novell. 24. cap. 1.) quasi post liminio Rex noster reduxit in supremum Indiarum Senatum, qui plenè sedet ad clavum novi orbis regiminis, & in causis tám gubernii spiritualis, & temporalis, justitiæ commutativæ, ac distributivæ, quám belli, & rei Dominicæ omnia rectè, integrè, scitè, & sanctè, & veluti divino insufflatus spiritu moderatur.

CAPUT II.

De initio, & progressu administrationis Proregiæ, ac titulis, & causis quibus ea competit moderatori dicti Regni.

1 EX quo autem hæc restitutio in integrum concessa fuit supremo Consilio quoad omnimodam jurisdictionem, non levia, nec inutilia orta sunt commoda, ac optimi effectus. Nam in primis gubernioorum pluralitas penes diversa Consilia existentium excusata fuit, simulque non leves contrarietates in dispositione administrationis temporalis unius ejusdemque Regni, cum decernentibus hoc, vel illud hujus Consilii Patribus alterius administri diversum, ne dicam oppositum statuebant; unde subditi plurifariam distringebantur, & causa publica patiebatur enorme detrimentum, juxta *l.* 3. *C. de filiisfamilias, lib.* 10. ibi: *Cum duos ad ista obsequia destinari periniquum videatur.* Auth. *collat.* 2. *tit.* 6. *de Referendariis sacri palatii*, ibi: *Multitudo enim numerosa nihil habet honestum.* (a) Propter quam rationem Imperator Justinianus ea verba præfatur in Novell. 25. de Prætore Lycaoniæ, cap. 1. *Quoniam igitur propositum nobis est etiam hic utramque administrationem contrahere in una.* Idem præcipit caput 10. Regiæ epist. diei 28. Martii, anno 1620. ibi: *Se escuse pluralidad de Ministros.*

Segnius expediunt commissa negotia plures. (*)

2 Id quod præcipuè exigitur circa gubernium œconomicum, ubi plurima capita, plura dispendia. Quæ haud dubie cessant, admisso unico Duce. Plat. (b) Mariana de Rege, & Regis instit. lib. 1. cujus verba pro innumeris, qui hanc quæstionem tractarunt, sufficiat referre, ibi: *Quod naturæ legibus maximè consentaneum est, Universitatis, cœlique regimen ad unum caput revocantis, quod in cæteris naturæ partibus observamus; á corde animantis vitam, spiritumque diffundi in omnia membra; inter apes Regem unum præesse, in concentu musico cæteras voces ad unam referri, atque ex illa pendere quasi dominetur aliis. Quæ gubernandi ratio non solum mundi rectioni consentanea est, sed cum suis partibus congruens domo una, pago, civitate, quæ ab uno regi amant, multa capita aversantur.* Antonius Faber, (c) ibi: *Quin etiam inter animalia quæ gregatim vivunt, Dux unus aliis semper*

(a) Bart. *in l.* 2. *C. Quando, & quibus quarta pars, lib.* 10. *quam referi* D. D. Laurent. Ramirez de Prado *in introduct. lib. Consil. & Consiliar.* (b) Plat. *in Polit. Aristot. lib.* 8. *Æthic. cap.* 10. Seneca *lib.* 2. *de beneficiis.* Plutarch. *in opusc. de Monarchia.* Adamus *Contzen. Politicæ, lib.* 1. *cap.* 21. Barclajus *in Argenide, lib.* 1. (c) *In C. Fabriano, tit. de summ. Trinit. proposit.* 2. *polit.*
(*) Donell. *lib.* 3. *comm. cap.* 12. *ubi* Ossualdus.

per præesse videtur; *sic Elephantes, Cervi, Oves, Grues, Apes, & conchilia margaritafera, & nimirum ea gubernatio, quæ ad Dei Optimi Maximi regimen proximè accedit, ut optima omnium est, ita & amabilior cæteris.* Pulchré Cassiodorus, ibi: (d) *Utile enim est unum semper eligere, cui reliqui debeant obedire: quia si voluntas diversorum vaga relinquitur, confusio culparum amica generatur.* D. Hieronymus relatus á Ræbardo, (e) ibi: *Imperator unus, Judex unus Provinciæ: Roma, ut condita est, duos simul habere non potuit, & parricidio dedicatur.* Exscribe hic aurea verba Joviniani Pontani: (f) *Unius ne, an multorum sit naturalior gubernatio.* (g) Tandem utilius per unum administratur, l. 5. §. 2. de leg. tut. (h)

3 Præterea, summus Gubernator, ac Prorex harum Provinciarum, cujus auctoritati plurimum detrahebatur per dictos Commissarios, quique ob id vindicandum sæpius publica, latentive contrarietate eorum mandata illudebat in publicæ causæ perniciem, contracta in se omnimoda potestate, & absque ulla diminutione in eum transmissa á supremo Indiarum Senatu, quam Commissarii obtinuerant; unus solusque jussus est cuncta tractare, & disponere, juxta illud Justiniani, (i) ibi: *Et traditum gubernet officium, dantes illi omnem potestatem, ut tam in pecuniariis, quàm criminalibus, & omnibus denique causis judicet.* Et illud: *Ita enim plenus erit, si majore cum potestate omnia conficiat.* Et in omnibus attinentibus ad supereminentem rei Dominicæ administrationem recuperavit pristinam potestatem per effatum parenthesim trium annorum abruptam.

4 Hanc igitur jurisdictionem exercet virtute plurimarum jussionum Regalium ab ipso conquisitionis tempore. Nam primus Gubernator Marquio D. D. Franciscus Pizarro, cui per caput 44. suæ capitulationis hoc jussum fuerat: *Que quando salieredes de estos nuestros Reynos, y llegaredes à la dicha Provincia del Perú, hayais de llevar, y tener con vos à los nuestros Oficiales de nuestra Hacienda.* Ut particularitér curarent de illationibus, & membris Regii patrimonii, semper consuevit ordinare una cum illis quidquid hanc materiam contingeret; atque ideo disposuit, ut aurum, & argentum captum in bello, vel ab Indis oblatum, funderetur, Regique nostro penderetur pars quinta. Jussitque, ut merces emissas ab Hispania permutarentur Indis pro auro, smaragdis, & unionibus; & fructus terræ, quos in tributa solvebantur, illicò nundinarentur. Item sanxit, ut melior commenda cujusque Civitatis Regiæ coronæ addicta esset, ut sumptibus fundationis illius deserviret. Tandemque habitis conventibus cum Arcariis Regiis tractabatur de mittenda in Hispalensia littora Dominica pecunia, & de personis huic muneri præponendis, ac de navibus parandis, in quas esset invehenda, omniaque ista peragebantur ab anno 1533. usque ad annum 1541. quo tantus Dux fuit occisus, sed non ejus fama ære perennior.

5 In eandem comprobationem quamvis pleniori concessione provisum fuit in quodam capite illius famigeræ instructionis ad Præsidem de la Gasca, cujus meminit Pater Antonius Romesalis in historia de Chiapia. *Procurareis los mejores hombres para el interese del fisco; porque es cosa indecente, que el que gobierna tenga el gasto de paz, y de guerra en su mano.* Ex quibus verbis licét minor, & partialis administratio vetetur Gubernatori ob declinandam indecentiam; major tamen & supereminens præsupponitur ex creatione, & electione Officialium, seu Arcariorum Regiæ gazæ illi permissa; per quorum manus gubernat rem familiarem Principis. Casiodorus locutus de comitiva privatarum, (k) ibi: *Per rationalium curam quondam Principum privatam fer-*

(d) *Variar. 7. epist. 27.* (e) Ræbardo 1. *tom. comment. de reg. jur. cap. 70.* (f) *Lib. 3. de obedientia sub tit.* (g) Philo. *de confus. ling.* Cyprian. *de idolor. vanit.* (h) Mancin. *q. 3. tertiæ q. princ. n.* 8. Anton. Fab. 1. *jurisp.* 12. *princip.* 6. *ill.* 7. *Gloss. Celebris* Gregor. *in l.* 1. *tit.* 1. *part.* 2. *verb.* Fuesen muchos, *ex cap. in apibus*, 7. *quæst.* 1. *& aliis.* (i) *In Novell.* 26. *de Prætor. Thraciæ*, *tit.* 5. *cap.* 4. (k) *Lib.* 6. *form.* 8.

fertur gubernasse substantiam, &c.

6 Eadem potestas reperitur, & continua successione transmittitur in omnes Proreges, & robustiori amplitudine quàm primis temporibus exercetur hodiernis, condito in id solemni capitulo inter plurima, quibus constat regalis instructio, quæ Proregibus datur ad gubernationem hujus Regni, quæ ad litteram invenitur transcripta in lib. 1. Schedul. á fol. 307. ibi: *El mayor cuidado haveis de tener en todo lo que toca à los miembros de hacienda, y rentas que tengo en aquellos Reynos, procurando su aumento en tal manera, que consiguiendose los buenos efectos que confio, por ninguna via no sean molestados Españoles, ni Indios.* Idem extat provisum in mandato generali dato D. D. Francisco à Toleto, die extremo Novembris, anno 1568. & in transmisso Principi Esquilacensi in Escoriali, die 19. Julii, anno 1614. quæ mecum habeo.

7 Fatentur se honoratos, oneratosve isto pondere ipsi Proreges, quorum aliqui de eo effantur in relationibus status Regni, quas relinquere tenentur successoribus per Regiam schedulam die 16. Decembris, ann. 1628. Quam Cicero exigit ab Appio Pulchro antecessore suo, ibi: *Etiam atque etiam peto, & quæso, ut quibuscumque rebus poteris, poteris autem plurimis, prospicias, & consulas rationibus meis, &c.*

8 Sic D. Prorex Marquio de Montesclaros in sua relatione, num. 81. ibi: *La gobernacion superior de la hacienda de su Magestad en estos Reynos està à cargo de los Virreyes, y por menor administran, y cobran en sus distritos los Oficiales Reales.* Apertius D. Prorex Princeps Esquilacensis in sua, num. 119. ubi laconismo angustata invenies, quæ fusé suprá dictavimus. „ La administracion por mayor de esta hacienda „ toca al Virrey, como está declarado por „ muchas Cedulas y capitulos de Cartas, „ particularmente la que se despachó el „ año de 59. teniendo à su cargo la de las „ Indias el Consejo de Hacienda; y en ella „ se diò comision à Ortega de Melgosa, „ para que juntamente con el Contador „ Hernando de Ochoa tuviesen la administracion de la Real Hacienda de estas Provincias. Esto se executó por el Señor „ Conde de Nieva, y Comisarios. Y haviendose mandado cesar aquella Junta, „ quedó la jurisdiccion radicada en solo el „ Virrey; y consiguientemente en todos „ los que le han sucedido, asi por no haverse revocado, como por la Cedula ordinaria que traemos, para que se entiendan con cada uno las que se han despachado à los demás: y en esta conformidad se le dieron muchas advertencias en „ la Instruccion que traxo, al Señor Virrey „ Don Francisco de Toledo, sobre la forma en que havia de administrar la Real „ Hacienda: y lo mismo se encarga en las „ que se nos dán, como parece por el capitulo 68. donde se nos manda, que tratemos de la cobranza y administracion „ de la Real Hacienda en tal manera, que „ consiguiendose los buenos efectos que se „ pretenden, no sean molestados los Españoles, ni los Indios.

9 D. Marquio de Gaudalcazar in sua relatione, ibi: *La administracion de la Real Hacienda de este Reyno está por mayor à cargo del Virrey, y los negocios tocantes à ella son los que de ordinario dan mas cuidado, &c.* num. 70.

10 Hujusmodi cura, & potestas residens in officio Proregis, fulcitur duabus rationibus non contemnendis. Prima petitur ex antiquis Romanorum Provinciarum Capitum monumentis, quibus præceptum fuit, ac arcté commendatum, ut vigilarent in exactione, conservatione, & incrementis opum fiscalium. De Moderatore Hellenoponti: (l) *Ærarium augeat, ad ejusque commodum omnem referat providentiam.* De Magistratu Phæniciæ Livanicæ, *cap.* 1. ibi: *Publicarum contributionum exactioni incumbat, immò nec sacro nostro patrimonio, aut privatis nostris sacris qualecumque damnum inferre permittat.* De Proconsule Palestinæ,

B ibi:

(l) *Novell.* 28. *cap.* 5.

ibi : (m) *Duo solent præcipuè commendari Præsidibus , quies Regionis , & exactio tributorum.* Auth. ut Judices sine quoquo suffragio , ibi : *Præ omnibus studium habere debet , fiscalia vigilantér inspicere.* Edictum de Alexandrinis , & Ægyptiacis Provinciis, (n) ibi : *Explendum fiscum , illive satisfaciendum curent* , Novell. 17. de mandatis Principum , cap. 7. §. 1. ibi : *Publicorum verò tributorum exactiones.*

11 Secunda ratio pendet ex eo quod ex dictis mandatis Dominus Prorex constituitur Procurator cum libera juncta illa clausula Principalium codicillorum : *Os ponemos en nuestro lugar.* (o) Nec mirum cúm olim aliquando fuerit permissum , ut Præses Provinciæ fuisset fisci procurator. Anton. in l. 3. C. ubi causæ fiscales , ibi : *Procurator meus , qui vice Presidis Provinciæ non fungitur , exigere pœnam de sorte accusationis non potest.* Hujusmodi in Judæa Pilatus fuit, cui vice Præsidis procurator præfuit. (p) Ac proinde quidquid ab Cæsaris procuratore fiebat, tamquam ab eo factum sustinebatur. (q) Quo expectat Tacitus annal. lib. 12. ibi : *Eodem anno sepius audita vox Principis parem vim rerum habendam à procuratoribus suis judicaturum , ac si ipse statuisset.* Padilla in l. Præses, C. de transaction. num. 5.

CAPUT III.

De Ampliationibus administrationis majoris rei Dominicę D. Proregi incumbentis.

1 Comprehenduntur sub hac administratione,& cura non solùm res ærarii privati Principis nostri, sed etiam omnia bona tam bursæ fiscalis , seu Cameræ, quam totius Regii patrimonii. Supposito , quód triplex est Regalis census, lib. 11. tit. 17. part. 2. Gloss. 4. verbo, & clausula : *Qual debe ser el Pueblo en guardar el Rey , y sus cosas, muebles , y raizes.* Ubi Gregorius hæc: *Rex habet triplex patrimonium , unum appellatur fiscale , puta introitus , & exitus Camerę fiscalis. Aliud totius patrimonii Regalis , de quo hæc lex.* Statim subdit : *Et hæc duo posuit Bald. in l. 1. C. de hęredit. vel act. Aliud est quod non habet ut Princeps , sed ut privatus , quod successione , vel prospera fortuna , vel probitate sua quęsivit, ut tradit Baldus.* (a) A quo non longe Mariana de Rege, lib. 3. ibi : *Enimverò regius census trifariam divisus est , aut enim ex prædiis gentilitiis pecunia, aut fructuum parte locatis, reditus percipiuntur, deinde vectigalia ordinaria , &c.* In quam bonorum Regalium distinctionem coincidere aliam video , quam explicuit aureo calamisrro D. D. Laurentius Ramirez de Prado, ex equestri militia D. Jacobi , & Supremi Castellæ, Indiarum , ac Cruciatæ Consilii , ter Consiliarius , & unicé doctus. Qui in sua Thessera ad explicationem legis super creandis, 11. C. de jure fisci, fol. 8. ait : *Bona Principis aut patrimonialia sunt, aut fiscalia ; & utraque propria , vel quasi propria , & privata Principis , l. 2. §. Hoc interdictum. D. ne quid in loco publico : patrimonialia autem illa sunt , quę Princeps possidet , habetque proprié vel in privato , vel in sacro patrimonio. Fiscalia proprié non sunt in Principis patrimonio.* (b)

2 Ex quorum dictione bené observat eruditissimus Consiliarius , duos diversos fuisse creatos Comites : unum qui præfectus erat patrimonio , & dicebatur Comes sacri ærarii , sive sacrarum largitionum, sive thesaurorum. (c) Alium, qui fiscali substantiæ præerat , & is Comes rerum privatarum , vel privati ærarii dicebatur. (d) Qui Cō-

(m) *Novell.* 103. *cap.* 3. (n) *Cap.* 24. *cap.* 1. & *cap.* 3. (o) Belluga *in speculo Princ. p. rubr.* 25. §. *sæpissimè , num.* 4. *cum* Bartulo , & Imola. Cota *in memorabilibus. Procurator cum libera.* Afflict. *decis.* 305. *num.* 4. Mastrill. *decis.* 191. *num.* 97. (p) Pancirol. *in notit. Imperii Orient. cap.* 73. *fol. mihi* 114. (q) *Leg.* 1. *D. de officio Procurat. Cæsar.* (a) *Consil.* 271. 1. *vol.* Idem Lopez *in l.* 13. *tit.* 9. *p.* 6. *verbo* Reyes , *Gloss.* 2. ibi : *Rex habet duplex patrimonium. Et in l. fin. tit,* 19. *ead. p.* (b) Post Peregrin. *de jur. fis. lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 8. & 26. & D. Alfaro *Glos.* 20. *n.* 5.
(c) *L. unic. in fin. C. de Quæstor. lib.* 12. *l.* 2. *ut dignit. ord. ser. l. nullus* 2. *C. de Palat. sacrar. largit. & privat. & tot. tit. C. de Comite sacrar. largit.* Cassiod. *lib.* 7. *epist.* 22. (d) *L. prædia domus , C. de locat. prædior. lib.* 11. & *fiscalis ratio privata , l. procurator , C. de eden.*

Comes judex, & gubernator erat privatæ substantiæ: (e) & de rebus spectantibus ad fiscum cognoscebat, ut colligitur ex dict. l. super creandis, &. patet ex mirabili loco Aurel. Cassiod. lib. 6. var. 8. form. Ergo cum hæ, & illæ res olim fuerint unius Domini, sintque hoc tempore, nullusque Magistratus illum referat pleniùs, & propriùs, quam ejus vicarius, aut Prorex, nullique nisi illi data sit hæc potestas, non potest non amplecti generalem protectionem, & superiùs gubernium cunctorum bonorum Regalium; ut qui hodie illum, & illum Comitem ad se transferat, & utriusque munus impleat, maximè cum illa effrænis commissio data Ortegæ de Melgosa, in quam successit noster Prorex, nullo margine clauderetur, immo ad omnes opes pertingat, ibi: *Tengais el cargo y administracion de nuestro patrimonio, y hacienda, asi ordinaria como extraordinaria, y de todo lo à ella anexo, y concerniente, &c.* Et sicut prædicta bona licét in quibusdam differant, tamen in eo omnia conveniat, quód privilegia fiscalia indistinctè concedantur tam pro patrimonialibus, quàm fiscalibus bonis, sive privatis Principis, *l. fiscus, in fin. de jur. fisc.* ibi: *Hoc idem & Cæsaris ratio habere solet, & Augustæ*; id est privati. (f) In eo etiam exęquata sunt, quód æqualitér curam, & vigiliam Domini Proregis merentur.

3 Ampliatur secundò hæc administratio, ut generali quadam superintendentia, quam solam exigere videntur illius termini, minimè contenta esse debeat, sed ut continuo minorum officialium, arcariorumvę induat munus; & eorum exercitia inter se discreta exercere non dedignetur; nam & sic descendens ad minores major fiet, & illi habentes talem socium, seu commilitonem in suis castris magis intenti erunt servitio Regali, majoresque fructus præstabunt cum eo agentes. Quo spectat textus in l. 1. C. de execut. & exact. lib. 12. ubi: Exactores tributorum, & redituum fiscalium licét specialitér sint deputati huic muneri, *intenti esse debent ad Provinciæ Rectorem, & cum eo agant.* D. Prorex Marquio de Montesclaros in hanc rem in sua relatione, num. 99. ibi: *En mi opinion, el Virrey ha de ser en el Perù Oficial Real, proveedor, y pagador, y aun à otros Ministros inferiores deba hacer compañia y perpetua asistencia.* Additque, ut ejus successores invitentur, verba illa digna tanto ingenio. *Sabe Dios lo he deseado en mi tiempo, atropellando la murmuracion de algunos, que ofendidos de esta sobreguarda à sus ocupaciones, me llamaban Despensero del Rey, y decian bien, si con mi diligencia compré à veces lo que su Magestad ha de comer, que aun esto creo està ya dependiente del socorro de las Indias, por hallarse el Real patrimonio en España tan acabado, y las rentas de èl asi ciertas como dudosas, enagenadas, y sin substancia, que baste à oponerse contra los Hereges.*

4 Tertiò ampliatur, si animadvertas adeò necessariam esse præfatam curam, & inevitabilem, ut vel minima quæque contemnere non debeat gubernator, sed in materia rei familiaris existimare esse maxima, quę minuta videantur: thesauri enim regales hinc inde corrogantur, plurimis minutis coacervatis. Nam ut est in trito dicterio, *ex multis parvis acervus erit*, & flumina augentur parvos bibentia rivulos, juxta illud:

Flumina sæpè vidi parvis de fontibus orta.

Unde Justinianus Novell. 24. de Præside Pisidiæ in princip. *Ex parvis adeòque minutissimis principiis amplam constitui Rempublicam, adjuncta illi hac, & illa subacta Provincia, immò toto exinde terrarum orbe.* Justinianus in Edicto 13. *Minima quæque sua cura dignatur*, in præfat. refert Hillig. in Donello deflorato, lib. 21. cap. 9. litt. L. Cassiodorus agens de stipendiis neces-sa-

(e) *L. 2. C. de pet. bon. subl. lib. 12.* (f) Salic. *in l. fin. n. 25. C. de privileg. fisci.* Socin Junior. *cons. 60. n. 149. in 3. volum.* Peregrin. *de jure fisci, tit. 2. lib. 1.* Constant. *ad l. 1. C. de vendit. rer. fiscal. lib. 10. n. 24.*

sariis 9. var. epist. 13. ibi : *Regalia quamvis parva , &c.* Plin. secundus lib. 4. epist. 12. nuntians Arriano quæstiunculam tangentem ad ærarium circa salarium scribæ defuncti inferendum , ait : *Parva quæstio, sed tamen quæstio.* Antonius de Herrera in lib. competentiar. Milanens. tractans de usurpatione Regii patronatus (pretiosioris lapidis Regiæ coronæ) defensati nervosè, & strenué per Comestabilem Castellæ D. D. Petrum de Velasco , semperque defensandi centum brachiis , illa effatur : *La mas minima parte arrastra el Imperio.* Ideó in sacris litteris Divus Lucas , (*) quoad fidem administrationis minima , & magna composuit , ibi : *Qui fidelis est in minimo, & in majori fidelis est : & qui in modico iniquus est , & in majori iniquus est.* Videtur assecla effati Cassiodori , ibi : (g) *In qualitate est , non in quantitate peccatum; siquidèm mensuram non quęrit injuria. Imperium si in parvo contemnitur , in omni parte violatur.* In qua mente , & sensu credo accipiendam Theophili opinionem, de qua in l. vulgaris. 21. D. de furt. qui totius acervi furem esse putabat , qui ex acervo frumenti modium sustulit : nam ex sententia Trebatii , qui aurem alicujus tetigit, totum eum tetigisse videtur. (h) Ex quo colligit Covarrubias , (i) pro minima quantitate jure actionem dari, eamque præcipué dandam in minimis in favorem minoris , cui fiscus æquiparatur in materia restitutionis , lex 10. tit. 19. part. 3. ibi : *Porque los bienes de las Iglesias , y de los Reyes , &c.* De quo latiùs alibi. Docent jura aperta in l. minoribus 6. D. de minoribus , ibi : *Cúm de bonis eorum aliquid minuitur.* Quod verbum *aliquid* etiam in minimo verificatur , l. patri 27. §. 2. de minor. ibi : *Si minori pretio , quàm oportet, vendiderit* , l. scio 4. D. de in integrum restitut. ibi : *Propter satis minimam rem , vel summam.* Et l. si proprietarius 22. de damno infect. *Et si minimum damnum detur.* (k) Et quoniam in hac re arbitrio Judicis plurimum tribuunt ; (l) inspectis circumstantiis negotii gesti , & qualitate litis , & personæ , dives an paupér sit ? Nam , ut ait Ossualdus : (m) *Leve est locupleti , & assiduo , quód pauperi magnum.* (n) Pro Indis semper ego consulerem in proposito ; ut qui natura , & conditione pauperes , ac miserabiles. (o) Quorum inopiæ convenit illud Justiniani in Novell. *69.* cap. 1. ibi : *Quid enim duriùs quàm lęsum circa sublationem bovis , aut equi , aut jumenti alicujus , aut (ut exiguum dicamus) domesticę gallinæ.* Et illud Ulpianeum , in l. illicitas 6. §. Ne teniùs , D. de officio Præsidis , ibi : *Ne teniùs vitæ homines lumine unico , vel brevi suppellectili , &c.* Et si mavis ulterius progredi , audi Martialem lib. *6.* epigr. 19. adumbrantem lites , & angustam rem Indorum.

Non de vi , neque cæde , nec veneno,
Sed lis est mihi de tribus capellis
Vicini , quæror has abesse furto.

Id quod evincit , vel in minimis Indos favendos , & enixé tutandos , suffragante magno Cassiodoro , (p) qui in similes eam reddit rationem. *Tenues levi dispendio vulnerantur , quando vel mediocri injuria totum videtur amittere , qui exiguum cognoscitur possidere.* Ut liceat effundere in eorum plagiarios , & injurios, quód Tibul. lib. 1.

At vos exiguo pecori furesque lupique,
Par-

(*) *In Evangelio cap. 16. num. 10. & 11.* (g) Cassiodorus 2. *Var.* 12. (h) Dueñas *regul.* 395. *cum præced.* Gomez *in l.* 45. *Tauri. num.* 35. (i) Covarrub. 1. *Var. cap.* 3. *num.* 12.
(k) Donell. *lib.* 21. *comm. cap.* 9. *& cap.* 12. & ibi Ossualdus , *qui oppositis bene occurrit* Antonius Faber , *in ration. ad dict. l.* 4. *& l. si ex causa* 9. *de minorib.* Menchac. *illustrat. cap.* 34. Pinel *in l.* 2. *C. de rescind.* 1. *part. cap.* 1. *num.* 26. Padilla *in l. Quamvis in lucro , num. fin. C. de jur. & fact. ign.* Menoch. *casu* 75. *de arbitrariis.* Covarrub. *Var.* 1. *cap.* 16. Costa *in* §. *Et quid si tantum, part.* 2. *num.* 78. *us.* 38. (l) Azor. *in summ. C. de minorib.* Menoch. *de arbitr. dict. cas.* 75. Escob. *Variar. comput. cap.* 6. *num.* 10. *& seqq.* & Wezembec. *cons.* 3. *num.* 76. (m) Ossualdus *dict. loc. litt. M.* (n) *L. sed etsi* 52. §. *sed etsi proponas , D. de judiciis.* Accurs. *in* §. *si ea. ejusd. legis , in Gloss. modica. unius lib.* 1. *comm. opin.* 31. (o) *Sechedula data die* 27. *Octob. ann.* 1626. *Gloss.* 8. *ad fin. in l.* 48. *tit.* 6. *p.* 1. D. D. Joannes de Solorzano , *qui plures refert , lib.* 1. *de Ind. gubern. cap.* 27. Illustriss. D. D. Felician. à Vega , *cap. Pastoralis , num.* 26. *de judic. & c. ex part. num.* 19. *de for. compet.* (p) Cassiodor. 7. *Var. form.* 14.

Parcite, de magno est præda petenda grege.

In qua causa non minori cura dignum judico gregem Dominicum, sive Regiam gazam; cùm si bene expendantur obligationes, necessitates, & varii publici nexus, quibus illa tenetur, nullus ex privatis Rege pauperior inveniatur; aut nulla res, quantumvis minima, ei desinat esse proficua, & compendiosa: quapropter ait P. Cavat. (q) *Minutatim tributa collecta, & cauté à Gubernatoribus acervata evadere in acervum maximum.* Et D. Marquio Montesclarensis dict. relat. num. 99. *Y esté cierto empleará muy bien su autoridad y desvelo, quando cargue el cuidado sobre qualquiera menudencia, fiandola à medias de quien por oficio la debe tratar.* Cujus maximum exemplar reliquit D. Marquio D. Franciscus Pizarrus, qui in conflatione quadam auri Regii quinti suæ Majestati illo anno emittendi succiduum granum è fussorio prolapsum ore sustulit, ut refert ex auctoritate antiquorum annalium nostri Regni D.D. Ferdinandus Pizarrus, multa juris tinctus litteratura, (r) ibi: *Donde hizo aquella demonstracion no bastantemente alabada, de alzar el grano de oro que se caia con la boca; y respondió à los que se lo notaron, que en esto queria dar à entender la estimacion que se havia de tener à las cosas destinadas al Real servicio.* Tandem, ut hanc ampliationem claudam, velim é tractatu isto relegari proloquium Justiniani, (s) ibi: *Nihil enim in parvo magnum existere, tùm à nostris majoribus dictum est, túm nos ex ipsis judicavimus, probavimusque factis.* Nam etsi invicem opponantur parvum, & magnum, exiguum, & maximum; tamen ut accidere solet dignitati, & jurisdictioni, quæ non statim ut enascitur, plena est, sed paullatim, & per gradus incrementa capit, ad instar solis qui in cunabulis pleno lumine non ardet; sic res familiaris componitur, & crescit, & de uno nummo, cujus non habetur ratio, (t) ad ingentes pervenitur acervos: adeó ut semper intersit administratori, ut muneri suo faciat satis, minima non respuere, sed profiteri, quod Plin. (u) tractans de administratione suorum prædiorum: *Mihi autem egregium quidem videtur, ut foris ita domi, ut in magnis; ita in parvis, ut in alienis, ita in suis agitare justitiam.* Nam & nos ex particulis minimis constamus, ut ait Alfenus: (x) *Et publicæ rationes per difficiles minutias colliguntur.* Cassiodorus: (y) *Accuratam in parvis diligentiam, majorum esse conservationem.* Facit apophtegma Cosmi Medicis: *Se io non tenessi conto de le cose piccole, non potrei far le grandi.* Botero de detti lib. 1. fol. 31.

5 Quartó ampliatur hęc administratio, seu jurisdictio patrimonialis, ut soli Proregi competat, exclusis cæteris Magistratibus; adeó ut non tam potior, quàm solus reperiatur, quod licèt sit nimis grave (nam onus divisum est tolerabilius) tamen bené facti gloria angores oblinit, lassitudinem abstergit; atque adeò, qui eam privativam dixerit, & incommunicabilem, haud erraverit meo judicio. Primó, quia electa est industria ad munus œconomicum. (z) Nam inter artifices gubernii longa differentia est & ingenii, & naturæ, & doctrinæ, & institutionis, ibi: (aa) *Sin verò talis est conceptio verborum, & facti natura, ut quod relictum est, ab alio impleri non potest.* (bb) §. Qui veró de præb. ibi: *Non per Vicarium, sed per se ipsum.* Singularia mihi jura diùque observata in Novell. 29. cap. 2. ibi: *Sed neque Vicario in locum suum, omnino enim hoc ipsum prohibemus; siquidém turpe est, ut quaudiù ipse in Provincia jus reddit, interim alteri quoque vices suas* con-

(q) *Lib. 2. cap. 10. de perfect. prud.* (r) Ferdinandus Pizarrus *in vir. illustr. c. 5. fol.* 174.
(s) *In Novell. 29. de Prætore Paphlagoniæ, cap. 5.* (t) *In l. si quis 46. D. locati, ratione textus in l. si quis 10. §. ult. de acquir. possess. ubi* Duar. Donell. *lib. 13. comm. cap. 1. lib. 1.* Hypolit. *sing.* 82. Covarr. 2. *var. cap.* 19. *num.* 7. Gom. 2. *tom. cap.* 2. *num.* 35. (u) Plin. *secund. lib.* 8. *epist.* 2. (x) *In l. proponebatur, 76. de judiciis.* (y) Cassiod. 11. *variar.* 37. Livian. *declam.* 29.
(z) *L. nec civitatis. 74. D. de procurat. l. neque* 11. *C. eod. tit.* (aa) *L. inter.* 31 *de solut. l. unic §. sin veró talis, C. de cad. toll.* (bb) *L. servus si hæredi in fin. de stat. liber. text. quem commendat* D. Solorzano *lib. 2. de Ind. gubern. cap. 25. num. 27. in cap. extirpandæ.*

contra legem committat : sed ipse omnia dispensabit, & publica tributa summa cum animi promptitudine profligabit. Et in Novell. 30. de Procons. Capadociæ, cap. 7. ibi: *Neque item in locum suum dimittet Vicarios.* (cc) Juvat, quia ubi electa est industria, causæ delegari non possunt etiam á delegato Principis, (dd) vel ubi confidentiam spectavit Princeps. (ee) Ubi locum tenens, non potest facere locum tenentem: de quo etiam extat Regia schedula, impr. lib. 1. fol. 253. data Vallisol. die 19. Mart. ann: 1550. ubi Prorex prohibetur suum munus substituere etiam valetudinarius, licèt Prorex Siciliæ id possit facere. Ponte in tract. de potest. Proreg. tit. de assensib. tit. 7. §. 6. Mastril. (ff) conferunt, quæ tradit de tutoribus Ossuald. in Donell. (gg) Et Antonius Faber in d. l. nec civitatis, de Procur. & quod de œconomis Syndicis rerum ecclesiasticarum, administratoribus, & aliis defensoribus rerum publicarum scribit Duaren. (hh)

6 Obstat tamen Regia schedula transmissa ad Regium Senatum Limensem anno 1559. qua Rex noster majorem administrationem, ac patrimonii sui curam ei commendavit his ferè verbis: „ Que averiguase y supiese, si los Oficiales Reales usaban sus oficios como debian, y eran obligados; y si trataban, y contrataban, y si por esta razon havia sucedido algun fraude en la abaliacion para cobrar los Almoxarifazgos; y si havian comprado por terceras personas alguna cosa de la Real Hacienda, y si en la cobranza de quintos y tributos havian tenido alguna negligencia: y si estuviesen culpados, hiciesen justicia, llamadas y oidas las partes; y que el fraude que huviese recibido la Hacienda, se cobrase. Y tambien supiese, si estaba algun dinero fuera de la caxa; y qué fidelidad havia en ella, y lo hiciese bolver, y guardar lo cerca de ello proveido, &c.

7 Nec mirum cúm penes Senatum dispensatio ærarii populi Romani olim fuerit primum, licèt postea penes Imperatores. Cicero in Vaticin. ibi: *Eripueras Senatui ærarii dispensationem, quam numquam populus Romanus appetivit.* (ii)

8 Ergo vel hæc jurisdictio privativè spectat ad Senatum, cúm natura illius individua non patiatur existentiam penes duos, ad instar dominii cui æquiparatur, l. Qui furere 10. de statu homin. ut quod non possit esse insolidum penes duos, cap. inter dilectos de fide inst. l. si unus, §. si duobus vehicum. D. commod. sicuti, nec possessio; *non magis, quám ubi ego sedeo, vel sto, tu sedere, vel stare videaris*: induceret enim ea res penetrationem dimensionum, quam Philosophi numquam admitterent, ut contra Sabinum, & Trebatium ex sententia Labeonis ratiocinatur Julius Paulus: (kk) *Nam & contra naturam est, ut cùm ego aliquid teneam, tu quoque id tenere videaris.* (ll) Decreto 24. de administrat. tit. ibi: *Etiam uni agere permissum est, quia duo simul agere non possunt.* Et in materia jurisdictionis, ne ad exteros effugiamus. (mm) Et ubi privativè alicui datur ju-

(cc) *L. si non sortem 26. §. libertus, us. Sed si, de condict. indeb. l. Nemo 5. de duobus reis, l. continuus 128. §. Si ab eo de ver. obl. l. 1. de officio ejus.* Doctores *in cap. pro debilitate, & cap. fin. §. 1. de officio deleg. ubi præcipuè* Felin. D. Lopez *in Gloss. fin. per text. in l. 9. tit. 8. part. 5. & Gloss. 1. in l. 16. tit. 18. part. 3. & in l. 2. per illum text. dict. tit.* 18. Anton. Gom. 2. *variar. cap.* 10. *num.* 22. *& cap.* 11. *num.* 20. Alfan. *collect.* 708. Menoch. *de præsumpt. 2. præs.* 21. *& liber. 6. præsumpt.* 92. *& de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 68. *& lib.* 2. *cas.* 205. Roman. *sing.* 663. Dueñas *reg.* 128. *lib.* 2. Rebuff. *in pract. fol.* 66. *num.* 73. (dd) *Cap. is cui, de offic. deleg. in* 6. (ee) Butr. *cons.* 28. *in fin.* Cravet. *cons.* 303. *num.* 2. Bald. *cons.* 128. *lib.* 3. Capic. *decis.* 151. Laudens *de official. Dominor.*

(ff) Mastrill. *de magistr. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 165. (gg) *Lib.* 18. *cap.* 12. *litt. R.* (hh) Duaren. *cap. 6. de procur.* Sichar. *in dict. l.* 11. *C. cod.* & Pinel. *in l. 1. C. de bon. mat. par.* 2. *num.* 66. Vid. *l.* 49. *tit.* 5. *lib.* 2. *& l.* 4. *tit.* 9. *lib.* 3. *Recop. & ibi* Azeved. (ii) Dion. *lib.* 53. *refert* Aschaffemb. *in cons. pro ærario clas.* 1. *ord.* 10. (kk) Jul. Paul. *in l. possideri* 3. *§. ex contrario, de acquir. possess.* Menchac. *succes. creat.* §. 1. *num.* 22. Anton. Gomez *in l.* 45. *Taur. num.* 193. Donell. *liber.* 15. *comm. cap.* 32. (ll) *Idem J. C. ait* Tiraq. *cessante causa. limit.* 1. *num.* 72. Boer. *decis.* 28. *l.* (mm) *L. meminisse* 10. *de officio Procons.* ibi: *Cúm si unus Proconsulatus.*

jurisdictio, major se intromittere non potest. (nn)

9 Conferunt tradita à Doctoribus in cap. studuisti, de offic. deleg. ubi per specialem commissionem Principis, factam non habenti jurisdictionem, derogatur jurisdictioni Judicis ordinarii. (oo)

10 Vel saltem dicendum est accumulativé concessam esse; siquidem quando datur jurisdictio, visum est eam dari accummularivè, non autem privativè secundum Abbatem; (pp) quód quando odio certarum personarum jurisdictio alteri judici tribuitur, cummulativé illam concedi. (qq)

11 Verùm dicta schedula ann. 1559. obsistente, nihilominus jurisdictionem D. Proregis in hac materia privativam esse negabit nemo, qui instructiones viderit, schedulas legerit, ac praxim & consuetudinem noverir absque aliqua jurisdictione Senatus, ut constat tum ex vetustis Regiis ordinibus, tum ex noviori contento in quodam capite Regiæ epistolæ missæ ad Audientiam Regalem Civitat. Limens. die 5. Octob. anno 1626. ibi: *Y aunque es asi, los negocios tocantes á mi Real Hacienda tocan al Virrey, al qual se escribe, que provea en ello lo que conviniere.*

12 Ad dictam schedulam responderi potest, jurisdictionem in ea concessam delegatam fuisse, ac per modum strictæ commissionis tributam Senatui; tempore quo jurisdictio D. Proregis sopita fuerat in capite Comitis de Nieva, ann. 1559. & omnino rransfussa in Commissarios creatos per Consilium sacri patrimonii, qui emissi fuerant ad gubetnandam substantiam hujus Regni, ut jam suprà rerulimus: quo tempore visum fuit non inconveniens, ut licèt dicti Commissarii venerant tractaturi de omnimoda administratione majori; Senatores Limenses inquirerent in rationales Regios, & in eos plecterent, si in delictis deprehenderent aliquos, & usurpatam pecuniam regalem per eos exigerent, ac restitui facerent Regio ærario: ut sic meliús, & pacatiùs cuncta disposita invenirent Commissarii, adeó ut sine alio impedimento, & distractione inciperent administrare, & colligere Regiam gazam, ut inde evincatur pro illa vice consumptam fuisse effatam jurisdictionem, nec ampliús progredi debere. (rr) Ex dictis, & illa ampliatio exoritur non inutilis, nempé potestatem istam superiorem numquam adimi, seu corrigi ob id quód aliis administris, licét sint ex Senatoribus Quæstoribusve, immó ipsi Senatui aliqua portio, vel pars specialitèr committatur: nam generalis cura, seu superintendentia (ut dicunt) semper esr penes D. Proregem, cap. 4. epist. ad D. D. Franciscum à Toleto. Pardi data, die 17. Octobr. ann. 1575. ibi: *En lo que os agraviais de haverse cometido á la nuestra Audiencia, y Alcaldes de los Reyes, para que hiciesen embiar cada año lo que está consignado para la paga de los salarios de los del dicho nuestro Consejo; no por eso se os quita la Superintendencia en ello, para que lo hagais*

(nn) Ruin. *cons.* 7. *num.* 6. *lib.* 4. Roman. *sing.* 21. Grammat. *decis.* 30. *num.* 9. Felin. *in cap. Pastoral. limit.* 3. *de offic. ord.* Menoch. *de arbitr. quæst.* 40. *num.* 7. (oo) *Gloss.* 1. *in cap. per hoc de hæret. lib.* 6. *sequitur* Anchar. Joan. Monach. Joan. Andræas, ibi: *Et facit text. in extravag. Benedict. incip. Ex eo, de hæret.* Avend. *in cap.* 5. *Prætor. num.* 1. *us. quod limito, lib.* 1. *ubi citat* Felinum Abbat. & alios. Afflictis *decis.* 41. Azeved. *in Rubr. tit.* 13. *lib.* 3. *Recopil. num.* 11. *optim. in l.* 11. *C. ubi caus. fiscal.* Doctiss. August. Barbos. *num.* 2. Garzia *de nobilit. Gloss.* 1. *num.* 5. Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 31. *num.* 56. (pp) *In cap. cæterum, num.* 7. *de judiciis.* Felin. *in dict. cap. Pastoral. n.* 1. *& seqq.* Decius *cons.* 3. *n.* 3. Thom. Gram. *Deciss. Neapol.* 30. *n.* 1. *cum plur. seqq. notat* Bald. *in l.* 1. *de offic. Cons. & in l. fin. de offic. Procons. per textum in l.* 1. *C. de offic. Præf. urbis.* Angelus *in l. testament. C. de testament.* idem Bald. *in auth. habita.* 7. *C. ne filius pro patre.* Greg. Lopez *in l.* 24. *tit.* 9. *part.* 2. *Gloss.* 6. Garcia *in tract. de Nobilit. Gloss.* 1. *num.* 5. Franch. *decis.* 88. *&* Menoch. *ait* 2. *præsumpt.* 18. *num.* 21. (qq) Ossuald. in Donell. *lib.* 17. *cap.* 9. *litt. N. omnino videndus.* (rr) *Argumento textus in l. boves. §. hoc sermone. D. de verbor. significat.* Costa *in §. si arbitratu, l. Gallus de lib. & posthum. ampl.* 12. *num.* 13. Dueñas, *regul.* 24. Tiraquel. *retract. ling.* §. 8 *Gloss.* 7. *à num.* 3. Jass. *in l. duobus, §. si quis, num.* 2. *de jure jur.* Pinel. *in l.* 1. 3. *part. num.* 63. Rochus *jurepatronat. verbo honorificum, quæst.* 10. *num.* 35. Hipolit. *rubr. de fidejussor. num.* 98. Boetius *decis.* 137. *num.* 2.

gais cumplir, y asi lo hareis, como está mandado. Ad quod notari debet dictum Bart. (ss) quòd licèt in Civitate fiat unus officialis specialis super aliquo ministerio; non per hoc tollitur jurisdictio, quam habet potestas habens generalem jurisdictionem. Villa Diego in tract. de legibus, (tt) ubi citat ad hæc textum in l. Magisteriæ, C. de jurisdict. omn. judic. ibi: *Etiam civilium quæstionum audiendi concedimus facultatem.* Sed melior textus, ac creta signandus in dict. l. 1. C. de offic. Præfect. urb. ubi Imperatores Valentinianus, & Valens. *Et ne præfectura urbis abrogatum sibi aliquid putaret, si totum ad officium annonarium redundasset, eidem præfecturę sollicitudinis necessitatem mandamus: Sed non ita, ut lateat officium annonarię præfecturæ, sed ut ambæ potestates in quantum sibi negotii est, tueantur civilem annonam, sitque societas muneris, ita ut inferior gradus meritum superioris agnoscat; atque ita superior potestas se exerceat, ut sciat ex ipso nomine quid Pręfecto debeatur annonæ.* (uu) Sic Tiberius Imperator apud Tacitum lib. 3. Annal. *Ut cæteros quoque magistratus sua munia implere velim, mihi autem neque honestum silere, neque proloqui expeditum, quia non Ædilis, aut Prætor.* Non inferior textus in Novell. 60. cap. 1. §. 1. ubi in causa prohibiti sepulchri jurisdictio tribuitur Magistro officiorum, & Præfecto Prætorio, nec Præfecti ubi (cujus antea de eo notio, l. 1. princ. de offic. Præfect. urb.) ob id minuitur jus, aut restringitur.

CAPUT IV.

Casus I. *De variis casibus majoris administrationis rei principalis, & in primis de eo qui ad conventus, & tractatus gazæ Regalis spectat.*

1 HIS ita amplificatis, sequuntur casus, qui pertinent ad superiorem administrationem Regii patrimonii.

2 Tenetur in primis D. Prorex prosequi conventus rei familiaris diebus Mercurii cujuslibet hebdomadis, collaris cum eo, uno ex auditoribus Regiis, uno ex calculatoribus, & altero ex rationalibus, simulque Regio advocato. Quod inventum á Præside Gasca augendi ærarii causa, ejus successoribus nuspiam intermitti præcipitur. Sic in quodam cap. Reg. epist. missæ ad D. D. Franciscum á Toleto, die 6. Februarii, ann. 1571. ibi: *E proveereis, que en el acuerdo que se hace los Lunes con el Gobernador, como lo dexò ordenado Gasca, lo que se tratàre, sea para el beneficio y aprovechamiento de nuestra Hacienda.* Quo tendit ord. 65. hujus Limensis Senatus, ibi: *Y el Oídor mas antiguo, juntamente con nuestro Fiscal, y los Oficiales de nuestra Real Hacienda, y uno de los Escribanos de ella traten de capitulo en capitulo los dichos negocios y pleytos por el dicho libro.* Ad exemplar supremi Indiarum Consilii, cujus ordinatio 28. ait, referens cujusvis diei exercitia Senatoria, ibi: *Y los Miercolès las cosas de Hacienda.* Sunt & alia Regia præcepta in hanc rem, quæ extant impressa in 4. tom. Sched. fol. 238. Item est, cap. 62. Instructionis Proregum, præsertim datæ D. D. Ludovico à Velasco. D. Alfarus de officio fiscalis, Gloss. 6. priv. 50. ibi: *Unde in his Indorum partibus consuetudine receptum est, ut dies Mercurii causis fiscalibus assignetur: intelligitur in quibus fiscus interesse pecuniarum, prætendit.* D. Princeps Squilacensis in sua relat. num. 120. D. Marquio de Montesclaros in sua relat. num. 98. ibi: *Por costumbre introducida desde el Presidente Gasca se hacen acuerdos, en que asiste el Virrey con el Fiscal, y Oficiales Reales, y yo he llamado à ellos un Oídor: tratanse alli algunos puntos de la administracion de esta Hacienda: tiene su Magestad mandado se escusen quando no huviere conocida necesidad.* Sed ubi arctiús jubetur haberi hoc Consilium sub interminatione casus residentiæ, ac curari á fisci advocato, ne omitta-

(ss) Bart. *in l. 1. C. de offic. Præfect. urb.* (tt) *Quæst.* 8. *num.* 10. 11. & 12. (uu) Georg. Cavedo *omnino videndus* 2. *part. deciss.* 13. *num.* 5.

tatur, est in quadam Regia schedula Pardi, die 27. Februarii 1620. ubi enuntiantur res, quæ tractantur frequentiùs in hujusmodi consessu.

3 EL REY. „Mi Virrey, Presidente, „y Oídores de mi Audiencia Real de la „Ciudad de los Reyes de las Provincias „del Perú: Por un memorial de advertencias, que un Ministro mio de esas Provincias, zeloso de mi servicio, me ha „embiado, he entendido los grandes inconvenientes que se siguen á mi Real Hacienda, de que luego que los Virreyes „que yo embio á ese Reyno, antes que „adquieran la noticia que se requiere del „estado de las cosas de él, gobiernan por „solo su parecer: y que asi para remedio „de ello convendria tuviese tres Ministros „capaces, que fuesen un Oídor, un Contador de cuentas, un Oficial Real, y con „ellos el Fiscal de esa Audiencia hiciese „cada Miercoles una Junta, en que se tratase por mayor de la administracion de „mi Hacienda: y que mis Rentas Reales „se arrendasen, y encabezasen con tiempo: y que las que se administran en fialdad, se mejoren de orden, ó de Ministros; y las cobranzas que retardan los „Corregidores, y Oficiales Reales, se „avíen, y adelanten, y se vendan los oficios, y demàs cosas vendibles; y los Almoxarifazgos no se defrauden, y la fabrica de los Galeones, y compras de los pertrechos se ajusten, y se minoren los gastos que se pudieren. Y porque quiero saber lo que acerca de lo sobredicho hay, „y pasa, y en que forma se cumple con la „orden que está dada, acerca de las Juntas de Hacienda que se han de hacer „para la administracion de ella; y si el medio que se me propone, de que se forme „la Junta referida, será aproposito para „el efecto que se pretende, ò tiene algun „inconveniente, quál, y por què causa, „os mando me embieis relacion sobre ello „con vuestro parecer; y que en el entretanto antepongais la execucion de lo que „en la dicha razon està ordenado à todo lo „demàs de vuestro cargo, sin dispensar en „ello por ninguna causa, por urgente que „sea, que por la presente mando al mi „Fiscal de esa Audiencia tenga particular „cuidado de acordarlo á vos el Virrey: y „para que mejor se execute, se os advierte, que en la residencia que se os tomàre, „se os pondrà por capitulo la omision, „descuido, ó negligencia que en ello hu- „viere havido.“ Fecha en el Pardo á 27. de Febrero de 1620.

4 Hujus schedulæ meminit quoddam caput Regiæ epist. missæ ad nostrum Dom. Ludovicum Henriquez, cùm esset fisci advocatus meritissimus Limensis Senatus, die 14. Octobris, anno 1626. ibi: *He visto lo que decis, en razon de lo que tengo mandado por Cedula de 27. de Febrero del año de 620. sobre que los Miercoles haya acuerdo de Hacienda; y que vos tengais cuidado de acordarlo, y los que se han de hallar en el dicho acuerdo; estareis advertido, de que en esto se ha de guardar lo que tengo proveído en la sobredicha Cedula.*

5 Cujus fundamentum in eo nititur, quòd negotia magna, ut sunt hæc, meliùs expediuntur, fœlicioremque exitum venantur, & tractatu, & consessu plurimorum. Novella Friderici incipit habita, quæ á Gothofredo posita est in calce tit. C. Ne filius à patre, ibi: *Habita super hoc diligenti inquisitione Episcoporum, Abbatum, Ducum, omnium Judicum, & aliorum procerum sacri nostri Palatii, &c.* Elegans, & singularis locus Ulpiani, in l. Divi. 17. de jure patron. ibi: *Sed cum & ipso Mæciano, & aliis amicis nostris jurisperitis adhibitis, pleniùs tractaremus*, l. ult. C. de fideicomm. ibi: *Ut per ampliores homines veritas perfectissima reveletur*, C. de quibus 20. dist. ibi: *Faciliùs namque invenitur, quod á pluribus senioribus inquiritur.* (a) Aristot. 3.

D Po-

(a) *Cap. sunt nonnulli* 25. ibi: *Tantorum patrum, cap. ne initiaris* 5. *de const. cap.* 1. ibi: *Non de lege, &c. De decimis, cap.* 2. ibi: *Doctorum Patrum sententiam teneat. De Presbyt. non baptizat. cap. Novimus*, ibi: *Opinio á pluribus approbata. de verbor. signif. Clement.* 1. *vers. Quod etiam, de sentent. excomm. Ubi integrum judicium habetur, quod plurium sententiis comprobatur.*

Polit. 11. *Sicuti cœna collatis plurium Symbolis apparata melior, quàm quæ unius erogatione; ita judicium multorum expertium de operibus artis suæ, acriùs, meliúsque cúm in unum omnes collati, veluti unus homo, sed cui plures oculi, manus, pedes, sensus considerentur.* Hi enim administri non pauci congregati ad tractandum de amplificatione Regiæ gazæ, certo judicio rem expendentes labi, & errare difficiliús, quám unus gubernator; nam & ex Plinio secundo: *Meliús omnibus, quàm singulis creditur.* Et licét in omnibus consilium maximé necessarium, ac perutile sit (ut tractat latè, & gravitér Cardin. Paleotus, Petr. Gregor. Magister Marquez, Canonherius, & alii innumeri relati á D. D. Joanne de Solorz.) (b) In re familiari omnino est adhibendum, ut meliús Regi, aut Domino consulatur. Nam & ptoinde Adrianus, & Alexander Imperatores nihil sine assensu Jurisconsultorum egerunt, l. Jurisperitos 30. de excusat. tut. ibi: *In consilium Principis adsumptos.* Ossuald. Hillig. in not. ad Donell. (c) ibi: *Ac hodie sanè eo nihil receptiùs, quo Principes ipsi, consultis facultatibus juridicis Collegiis, sententiam ferre solent.* Et Plinius secundus (d) ait: *Assumo te in consilium rei familiaris.* Sed caveant prudentes adlecti ad hujusmodi assensum, ne adulatione Regia captati, ut ejus opes augeant, iniquè consulant, ut ad l. Regiam 7. tit. 18. part. 4. ibi: *E esto deben hacer sin lisonja ninguna, no mirando si le pesarà, ó le placerà*, monet D. Lopez, Gloss. 3. ibi: *Multi tales reperiuntur hodie, qui solùm nituntur ad danda consilia pro extorsione pecuniæ*: aliàs qui congregantur, & adhibentur Proregi uti subadjuvæ, eversores erunt justi compendii principalis.

6 Quam autem rationem habeat Mercurii dies, ut potiùs in illo, quám alio celebrari jubeantur dicta Consilia? Si quis quærat, nihil responderi posse autumo, quàm illum diem huic otio dicatum; quia cæteri aliis negotiis destinati, nisi facetè dicamus Mercurium præesse lucro, & incrementis rei familiaris. (e)

> *Cùm bené re gesta salvus convertor domum,*
> *Neptuno grates habeo, & tempestatibus,*
> *Simul Mercurio, qui me in mercimoniis*
> *Juvit, lucrisque quadruplicavit rem meam.*

Profitetur hanc curam ipse Mercurius: (f)

> *Nam vos quidem id jam scitis concessúm, & datum*
> *Mihi esse ab Diis aliis, nuntiis præsim, & lucro.*

Hoc fine coluisse majores Mercurium, scribit Tacitus. (g) Unde Petseus (h) Salivam Mercurialem appellat lucri cupiditatem; & Taubmann. ad Plaut. (i) refert Augustæ Vindelicorum petmanere imaginem Mercurii in ædibus *Peutingerorum*, sinistta virgulam, dextra sacculum nummarium gestantem. Alia Herald. advers. lib. 2. cap. 1. Lipsius addit antiquum dicterium, *Clarare, vel ex Mercurii die.*

7 Quæ caventur, ac definiuntur in his Comitiis Mercurialibus, scribuntur in quodam libro, qui vulgo appellatur *De acuerdos de Hacienda*, & custoditur ab Scriba majori gubernationis hujus Regni. Et hæc cauta, ac provisa à Domino Prorege, & á scitis Ministris, vim legis obtinent, & servati debent, dum revocata non fuerint per eosdem Judices. (k) Est textus proletarius in l. si filius, D. ad l. Cornel. de fals. ibi: *Sic enim inveni Senatum judicasse.* Quamquam jurisperitissimus D. D. Joannes Baptis-

---

(b) D. Solorz. *lib.* 3. *de Ind. jure*, *cap.* 2. *ex num.* 4. *& lib.* 4. *de Indiar. gubern. cap.* 12. *n.* 2.
(c) *Libr.* 18. *cap.* 2. (d) *Lib.* 3. *epist.* 19. (e) Plaut. *in Sticho. Act.* 3. *sc.* 1. (f) *Apud eumdem* Plautum *in Amphitr. in Prologo.* (g) *Annalium* 13. (h) *Satyr.* 5. (i) *Dicto loco.*
(k) Franchis *decis.* 81. *num.* 2. *p.* 1. Afflictis *decis.* 45. *num.* 4. *& decis.* 94. *num.* 11. *& decis.* 383. *num.* 8. Cavalcan. *decis.* 44. *num.* 1. Gama. *decis.* 33. *num.* 2. *& decis.* 228. *num.* 1. D. Joann. de Solorzano *de Ind. gubern. lib.* 4. *cap.* 12. *num.* 92. Curt. Junior. *cons.* 119. Wesemb. *cons.* 24. *num.* 13. Ossuald. in Danell. *lib.* 26. *cap.* 2. *l.* 6. Cepol. *cons.* 18. *statutum ad column.* 3. Alvar. Velasc. *consult.* 68. *num.* 3. D. Joann. del Castillo, *tom.* 5. 2. *part. controvers. cap.* 97. *num.* 127.

tista Larrea (l) ait incongruè hunc textum adduci, ut auctoritate decissionum Senatus duci debeamus; quia potius loquitur de Senatus Consulto Singularis text. in l. ult. §. ult. de assignat. libert. ubi ratio. *Quoniam ipse Senatus huic negotio finem posuit.* Antonius Faber in jurisprud. Papinian. tit. 5. princ. 3. illat. 23. ad fin. l. an in totum 3. C. de ædificiis priv. vers. *Preses, probatis his quæ in oppido frequenter in eodem genere controversiarum servata sunt.* Regia epist. missa ad Senatum Limensem, cap. 25. data Matriti die 28. Maji, anno 1621. ibi: *Porque semejantes acuerdos tienen fuerza de cosa juzgada.*

8 Scio tamen hujusmodi diffinitiones, cùm ad œconomiam spectent, pro temporum sorte variari, nec in perpetuam firmitatem transire. (m)

Diversos diversa juvant, non omnibus annis
Omnia conveniunt, res prius apta nocet. (*)

Trajanus Imperator à Plinio Juniore consultus, ut quid in perpetuum statueretur circa illationem honorarii in ærarium pro Decurionatu, respondit: *Universum à me non potest statui: id ergo quod semper tutissimum est, sequendam cujusque Civitatis legem puto.* (n) *Nec mirum, cùm sæpe videas* (ajo verbis Barclaji in Argen. lib. 1.) *eosdem effectus pro temporum sorte nunc virtutes esse, nunc vitia.* Sed antequam hinc abscedamus, sciat fisci Advocatus, qui interesse jubetur his conventibus, ei incumbere curam contentam in hac Schedula.

9 EL REY. „Mi Fiscal de mi Audiencia Real, que reside en la Ciudad „de los Reyes de las Provincias del Perù. „Yo os mando, que de todo lo que se „tratàre, y determinàre en los acuerdos „de Hacienda que hace el Virrey, donde „asisten algunos de mis Oìdores, y los „Oficiales de mi Real Hacienda, y vos „con ellos; hagais una relacion, donde „vayais poniendo lo que se tratare y de„terminare cada dia por vuestra mano, en„cargandolo al Escribano que alli asistie„re; y una copia de ella embiareis cada „año à mi Consejo de las Indias, para que „yo sepa, y entienda lo que se hace en „aquel acuerdo, y el provecho que resul„ta del tiempo que alli se gasta: y en esto „no ha de haver falta, porque mandarè „tener cuenta, para vér como lo cumplis; „y no lo haciendo, se proveerà lo que „convenga. Fecha en San Lorenzo à 28. „de Agosto de 1596." Confirmatur per aliam Regiam schedulam Pardi, die 27. Februarii, ann. 1620.

CAPUT V.

Casus II. *Circa donationes, & liberalitates de Regio ærario.*

1 EST Domino Proregi vetitum liberè expendere pecuniam Regalem, & facere gratiam, sive mercedem illius, vel quorumcumque bonorum ad fiscum pertinentium. (a) Mastrill. (b) meminit cujusdam Regii præcepti transmissi ad Proregem Siciliæ sub die 18. Septembris, ann. 1610. Et apud nos est Regia schedula data Matriti, die 29. Decemb. ann. 1593. ibi: *Aunque sea por libranza de mi Virrey, Presidente, y Audiencia sin particular orden mia.* Et alia sub die 17. Februarii, ann. 1578. ibi: *No cumplan, ni paguen libranza alguna de las que sin orden nuestra, &c.* Sunt & aliæ plures, sed præcipua est data Matriti die 13. Decemb. ann. 1617. ubi cavetur, ne tumultuarié, & inordinaté Prorex noster illustrissimus mittat falcem in messem auream ærarii, cujus administrationem exercuerit uti Cæsaris procurator, qui tunc dominium rei dominicę, seu pecuniæ Regiæ transfert, cùm negotium Cæsaris ge-

(l) D. Larrea 1. *tom. Deciss. Granatens. disp.* 34. (m) *Argum. textus in cap. statutum de rescript. in* 6. Anton. Faber *in C. Fabriano, lib.* 8. *tit.* 16. *diffinit.* 23. (*) Cornel. Gall. (n) Plin. Junior. *lib.* 10. *epist.* 120. (a) Camerar. *in cap. Imperialem de prohibit. fæud. alien. per* Freder. Corset. *de Potest. Reg. part.* 1. *num.* 18. (b) *De Magistrat. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 151. 152. *&* 153.

gerens consensu ipsius tradit; & qui si venditionis, vel donationis quid agat, nihil agit; non enim alienare ei rem Cæsaris, sed diligenter gerere commissum est, si credimus Ulpiano, (c) l. contra juris 28. §. ult. de pact. ibi: *Etiam si maximè quis administrationem habeat concessam, donandi jus eum non habere.* Nam ut ait l. 7. de donat. non enim ad hoc ei conceditur libera peculii administratio, ut perdat. (d)

2 Et quemadmodum tutor, qui inordinatè alienat, non tam administrare, quàm spoliare dicitur; (e) sic Dominus Prorex, cui tutela & curatela commissa est bonorum Regalium, providè, & cautè procedere tenetur in dispensatione illorum, & intra ordinationum metam se continere; ut de more faciunt omnes, qui ad vestigium tantæ dignitatis, & Regiæ imaginis evecti sunt, qui fiscalia commoda curantes, spernunt propria; & tunc sibi divites, & opulenti in Hispaniam redire videntur, cum uberiori annua missione millionum auri, & argenti Regem nostrum juvarunt, ac suis antecessoribus præeunt, ne cum eis loquatur Edictum 12. Imperatoris Justiniani, conscriptum in Joannem Scrinniarium, qui ob id quòd nulla deprædatione abstinuit in regione Hellespontiorum, reversus in urbem Romanam abundans auro, & divitiis, summam paupertatem fisco, & Provincialibus reliquit. Quòd absit semper in provincia nostra, ut hodie abest, tenente habenas gubernii, ac Regiæ gazæ præexcelso D. Marquione de Manzera, qui suis natalibus respondens, nullam diem sine divite linea absumi passus est, quin recuperati aliquid lucri, vel novitèr inventi Regiis thesauris inferat, vestigia premens sui prudentissimi antecessoris.

3 Ergo ut ad incœptum redeamus, licét noster excellentissimus Prorex maximum habeat imperium, ut tradit Corras. (f) & possit omnia, quæ ipse Rex cujus vices gerit: (g) & eisdem privilegiis, & prærogativis fruatur, quibus ipse Rex; (h) & honorari, & obediri debeat, ut Regia persona quæ repræsentatur: (i) & in dubio censeatur eamdem potestatem habere, quam Rex; & de ejus voluntate standum sit litteris locum tenentis, tamquam præexcellentissimus: (k) & mandatum habeat cum libera etiam in reservatis, ut scribit Belluga. (l) Adeó quód Proregem reputari Principem, ejusque vici fungi tradat Marsilis (m) propter immediatam relationem, & similitudinem, de qua etiam Magister Marquez in gubernatore, (n) ibi: *Cuyos cargos tienen mas inmediata dependencia de la persona del Principe.* Et juxta illud Apuleji in Apologia: *Cúm in eo visitur imago miré relata.* (o) Adeò, ut secundum S. Petrum Chrysol. *Perfecta devotio, quę debetur Regi, debetur imagini.* Quæ omnia includit mandatum generale, contentum in Regiis litteris, quæ dantur ad amplum regimen hujus Regni, ibi: *Podais hacer, y proveer en las dichas Provincias todo aquello que yo hi-*

(c) *In l. 1. D. de offic. Procur. Cæsar.* Padilla *in l. Præses, num. 5. C. de transact.* (d) Dueñas *regul.* 353. Xuarez *de las ganancias, num.* 52. Donell. *lib. 2. comment. cap.* 4. Pinell. *in l. 1. de bon. mat. part. 3. num.* 83. Conan. *lib. 3. cap.* 3. (e) *L. qui fundum 7. §. si tutor. D. pro empt. l. tutor. 22. de administrat. & pericul. tut. l. Non omni. 16. C. eodem late.* Menoch. *de arbitr. casu* 171. Gutierrez *de tutel. part. 2. cap.* 5. Petrus Gregor. 12. *sintag. 2. num.* 15. Anton. Faber, *in Jurispr. lib. 1. princip. 12. illat. 83. & princ. 8. illat. 54. & seqq.* Donell. *lib. 3. comm. cap.* 12. Boer. *deciss.* 124. *num.* 5. Mantua. *lib. 2. locorum cap. 31. in fine.* Gregor. Lopez *in l. 4. tit. 5. part. 5. per illum textum, & l. fin. C. de rebus alien. non alien. & l. Non solúm, C. de prædiis min.* Azor. *in summ. columnn. 2.* (f) *In l. Legato de offic. Assess.* (g) *L. 1. & 2. D. de offic. ejus, cui mandat est jurisd. ubi dict. l. si Augustæ, de legat. 2. l. si in aliquam, §. cúm plenissimum. D. de offic. Procons.* Bellug. *in speculo Princip. rubr. 25 num.* 1. Menoch. *cons.* 52. *Milanens. deciss. 8. num.* 72. Franchis *decis.* 165. (h) *L. unicuique. C. de prox. sacr. scrin. lib.* 12. Rom. *sing.* 167. (i) *Cap. præcipimus* 93. *dist.* Rebuffus *in Praxi, tit. de Vicar. Episc. & ab eo factum, ab ipso Rege factum censeatur, l. eos C. de usur.* Borrel. *cons.* 82. Costa *de remed. subs. rem.* 115. *n.* 3. Idem Borrell. *de Magistr. edict. lib. 1. cap. 1. cui adjungendus* Raphael Comensis *per eum citatus, cons.* 158. (k) Paul. de Castro, *cons.* 203. *num. 2. & 224. num.* 9. Barzaran *de fœud. lib. 2. tit. 55. de prohibit. fœud. alien. num.* 41.

(l) *In specul. Princip. rub. 22. §. sæpissime, num.* 3. (m) Hipolit. de Marsilis *in l. si quis obrepserit, num. 2. de falsis.* (n) *Lib. 1. cap.* 7. (o) Cassiod. *lib. 6. epist.* 5.

hiciera, y pudiera, si por mi persona las gobernàra. Tamen ea non extendi ad diminuendum, impendendum, seu depauperandum Regium ærarium, explorati juris est, ut quæ quid extraordinarium, præjudiciale, & incogitabile contineant, quod comprehendi non solet. (p) De quo sunt jura expressa, lex ult. tit. 1. part. 2. ibi: *E estos Oficiales deben usar de aquel poderío que los Señores hàn, que los dexan en sus lugares; fueras ende en aquello que les ellos defendiesen señaladamente que no usasen.*

4 Regia schedula ad Dominum Comitem de Alba de Liste, Proregem Siciliæ (adducta per Mastrill.) (q) data die 8. mensis Aprilis, ann. 1591. ibi: *En quanto à lo primero se tiene entendido, que en ese Reyno, á titulo de la autoridad que en su privilegio se les dà, llamandolos alternos, dispensan en muchas cosas extraordinarias, dandole à aquella palabra una inteligencia absoluta, &c.* Et Regia schedula transmissa ad D. Comitem de Nieva Proregem hujus Regni, die 11. Martii, ann. 1559. lib. 1. impr. fol. 295. ubi D. Marquio de Cañete sibi attribuit quædam Regalia, inter quæ & illud connumeratur, salaria augere in diminutionem arcæ Regalis. Quod deinceps fuit prohibitum successoribus.

5 Propterea Vicario, seu Principis locum tenenti deest facultas aliquid tributorum remittendi de ærario Regali, l. omnes 4. C. de annona, lib. 10. ibi: *Nam si quis Vicarius, aut Rector Provinciæ aliquid jam cuiquam crediderit remittendum, quod alii remiserit, de propriis dare facultatibus compellatur.* (r)

6 Nec mirere, cùm ipsius Principis concessio in præjudicium tributorum Regalium, etiam motu proprio facta, non debeat statim adimpleri juxta notata á Gregorio Lopez. (s) Sed spirari debet secunda jussio ex Felino, (t) & ex praxi, quam verti dicit in Audientia Comitum sacrarum largitionum, qui vulgó dicuntur, *Contadores Mayores.* Quod non tenetur respectus ad primam schedulam, sed ad privilegium datum propter eam, in quo multoties limitantur, & restringuntur generaliter concessa per primam schedulam; & hoc ideó propter magnum præjudicium, quod exinde sequi posset in futurum.

7 Ut sic existimemus gravi morbo nullitatis laborare concessiones, sive rescripta in fraudem fisci ad postulationem alicujus extorta, (u) in §. Ex hoc veró jubemus, collat. 9. ibi: *Si verò hujusmodi in scriptis jussio publicum respicit, inquirat eam, etsi quidem non lędatur fiscus, quæ in ea comprehensa sunt, adimpleat. Si veró ad læsionem est fisci, nihil super ea omnino agi; nuntiare verò nobis primum, ut secunda nostra fiat de hoc jussio.* (x) Et ratio pendet ex defectu consensus, quem enixa, & importuna inhiatio excludit. (y) Seneca lib. 4. controv. 3. ibi: *Multa extorquentur, quę nolumus scribere.* (z)

8 Cæterum quamquam ita se habeant prædicta in generali materia Proregum, nescio quid singulare pro nostro inductum viderim, cúm illi conveniat Præfecti Prætorio, & Regis comparatio, de qua Rex Gothus ore magni Aurelii. (aa) *Quædam enim huic dignitati, & nobiscum jura communia sunt. Exhibet enim sine prescriptione longinquos, magna quantitate mulctat errantes, fiscum pro sua deliberatione distribuit. Evectiones*

E

(p) Barzaran. *ubi suprá, optimé.* Petrus Surdus *consil.* 210. *ex num.* 58. *lib.* 2. Mastrill. *de Magistrat. lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 37. (q) *Dict. loc.* (r) Belluga *in specul. Princip. rubr.* 46. *&* 47. Cevall. *quæst.* 906. M. Marquez *in gubernat.* 1. *part. cap.* 16. *per totum.* (s) *In l.* 29. *tit.* 18. *part.* 3. *per illum textum.* (t) *In cap. si quando, de rescript. verbo supersederi, col.* 2. (u) *L. neque damnosa, C. de precib. Imper. offer. auth. ut nulli Jud.* (x) *Et in authent. de mandat. Princip.* §. *Deinde competens, collat.* 3. *l.* 1. *C. de petit. bonor. sublat. lib.* 10. *l. Quilibet. C. de execut. & exactor. lib.* 12. *l.* 3. *C. de pagan. l.* 2. *& ult. C. si contra jus, vel utilitat. public. cap. cum apud Thesalonicam* 11. *quæst.* 3. *Extant leges consonantes, in tit.* 14. *lib.* 4. *novæ Recop. ubi* Azeved. Doctor. *in cap. si quando, de rescript.* Robert. *lib.* 2. *rer. judicat. cap.* 11. Anton. Faber *in C. tit.* 11. *dif.* 1. *lib.* 1. (y) *Dict. l.* 1. *C. de petit. bon. subl.* (z) *Refert alios* D. Joann. de Solorzano *lib.* 4. *de Ind. gubern. cap.* 10. *num.* 40. *& lib.* 2. *cap.* 8. *à num.* 51. (aa) Cassiod. 6. *var. form.* 3.

nes simili potestate largitur, vacantia bona proscribit, delicta provinciarum judicum punit, verbo sententiam dicit. Quid est quod non habeat commissum? cujus est, vel ipse sermo judicium? pene est, ut leges possit condere, quando ejus reverentia potest negotia sine appellatione finire, &c. Distribuit, inquam, fiscum pro sua deliberatione re data ad cancellos arbitrii boni viri, & moderata fræno juris, & honesti, ac impendii consueti. (bb)

9 Et quidem sumptus, & impendia potest facere de Regio patrimonio in repentinis, ac inexcusabilibus occasionibus, quales advenire solent ex bellis civilibus, vel maritimis Pyratarum invassionibus, & sic stipendia præstare Ducibus, ac militibus tormenta conflare, munimenta, & arma conficere, arces, & fornimenta facere, classem construere, & alia ad rem militarem pertinentia providere, de Regia pecunia tenetur. Sed præcedente Consilio Auditorum, & Officialium arcæ Regalis ad justificandos hos sumptus extraordinarios, qui necessarii, & inevitabiles censeri debent, vel ex eo quod ad defensionem, & conservationem Regni spectant; quod aliàs ærario recluso, nec communicato, maximum periculum pateretur. Nam & proinde Romanis fuit militare ærarium, de quo Tacit. (cc) cujus inventor fuit Augustus, (dd) utque perpetuò, ac sine difficultate sumptus ad tuendos milites prosequendosque suppeteret, illud cum vectigalibus novis instituit. (ee) Et quod bellorum impendia, & Castrorum fornimenta sint necessariissima, & facienda de Regio patrimonio, tenet Garcia Gallegus: (ff) alia enim vi humana Regnum non stabilitur, nec sustinetur aliis nervis, ut ratiocinatur Leo Imperator, (gg) Auth. ut Judices sine quoquo sufr. cap. 10. ubi accommodatissimus locus, ibi: *Scientibus vobis nostris subjectis, quia militares expensæ, & hostium incursiones multa egent diligentia, & non possunt citra pecunias hæc agi, causa videlicet nullam recipiente dilationem.* (hh) Tacit. lib. 20. Annal. *Neque quies gentium sine armis, neque arma sine stipendiis, neque stipendia sine tributis habere queunt.* (ii) Et D. D. Franciscus de Alfaro, (kk) ibi: *Cùm est periculum in mora, ita ut Rex ipse consuli non posset commodè, ut in expensis faciendis ex Regio ærario ordinatione 66. quod fit solemnitate*: de qua ibi 1. Machab. 3. de Antiocho: *Et congregavit exercitum universi Regni sui, castra fortia valdè, & aperuit ærarium suum, & dedit stipendia exercitui in annum.* (ll)

10 Et ut recenseam Regias schedulas, quæ illud permittunt, incipiendo ab antiquiori ordinatione, quæ est *66.* hujus Regii Senatus, ibi: „Item mandamos, que „ni el Presidente, y Oídores no puedan „prestar dineros algunos de nuestra Real „Hacienda, ni gastar cosa alguna sin nuestra expresa licencia, salvo quando se „ofreciere caso que la dilacion de embiarnoslo á mandar, cause daño irreparable: „Que entonces pareciendo al nuestro Presidente, y Oìdores, è á los Oficiales de „nuestra Real Hacienda, gastarán de ella „lo que todos juntamente vieren ser necesario para ello, y no de otra manera: „Y la libranza que de esto hicieren, vaya „firmada de todos ellos; só pena que lo „que gastaren contra el tenor de esto, lo „pagaràn de sus haciendas: é embiarán „de ello relacion de la cantidad, y en qué „y cómo se gastó, y la necesidad que pa-

(bb) Bald. *cons.* 145. *num.* 6. *lib.* 5. Menoch. *quæst.* 6. 10. *& seqq. lib.* 1. *de arbitr.* D. Valenz. *cons.* 36. *num.* 31. Belluga *in specul. Princip. rubr.* 31. §. *Quamvis, num.* 2. & ibi Camillus Borrelus.
(cc) *Lib.* 1. *Annalium.* (dd) *Suet. cap.* 49. (ee) Lips. in Tacit. *lib.* 1. *num.* 268.
(ff) *De expens. cap.* 21. *num.* 30. *cum seq.* Menchac. *controvers. lib.* 1. *cap.* 6. Bobadilla *in Polit.* 2. *tom. lib.* 4. *cap.* 1. *præcipuè á num.* 24. (gg) *In Const.* 52. *ut tam veterum Principum; quàm recentiorum, &c.* (hh) *L.* 1. §. *In causa, D. de quæst. l. quæ tutores, C. de administrat. tutel.*
(ii) Bobad. *qui plures refert in Polit. lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 1. *& seq.* D. D. Joann. de Solorzano *lib.* 1. *de Ind. gubern. cap.* 13. *num.* 31. D. Larrea *Decis. Granat. disp.* 12. *num.* 61. (kk) *De offic. fiscal. Gloss.* 24. *num.* 2. *in fine.* (ll) Cavatius *de perfect. prud. lib.* 2. *cap.* 10. *Quæ addenda sunt dictis in cap.* 1. *hoc lib.*

„ para ello huviere.

11 Sed cúm hæc ordinatio loqueretur cum Regio Senatu, ac Præside illius non tamquam Prorege, necesse fuit idem repetere ad Proreges, uti administratores, & moderatores Regii ærarii.

12 EL REY. „ Nuestros Oficiales de „ las Provincias del Perú: Sabed, que Nos „ havemos proveído por nuestro Virrey, „ y Capitan General de esas Provincias á „ Don Antonio de Mendoza, nuestro Virrey que ha sido de la Nueva España; é „ porque podrá ser, que el dicho nuestro „ Virrey provea que se paguen de nuestra „ hacienda algunas cosas que cumplan à „ nuestro servicio, en que por no tener „ orden, ni mandamiento nuestro para „ ello, no las queriades pagar: os mando, „ que las cosas que el dicho Don Antonio „ de Mendoza proveyere, y mandáre que „ se paguen de nuestra hacienda, las cumplais vosotros, como si yo lo mandase: „ que él con su prudencia no proveerà, ni „ mandarà gastar sino lo que fuere necessario, y conveniente á nuestro servicio, „ y buen recado de nuestra Hacienda; y „ en fin de cada año me embiareis relacion „ de lo que aquel año se huviere gastado „ por su mandado. Fecha en la Villa de Valladolid á 29. dias del mes de Septiembre de 1550.

13 Postea expedita fuit alia schedula, & transmissa ad D. Licentiatum Lupum Garciam de Castro, Gubernatorem, & Præsidem, ibi: „ Os damos licencia, poder y facultad, para que en tiempo de „ alborotos y guerra, con parecer y acuerdo de los nuestros Oìdores de la dicha „ Audiencia Real de los Reyes, y de los „ Oficiales Reales de nuestra Hacienda que „ residen en la dicha Ciudad, ò de la mayor parte de ellos, podais gastar lo que „ pareciere ser necessario para la pacificacion de las dichas Provincias: y la libranza que de ello se huviere de hacer, se „ haga por todos los que huvieren sido en „ el acuerdo por ante Escribano, conforme lo acordado por la mayor parte, y „ vaya firmada de los que ansi huvieren „ sido en el dicho acuerdo, &c. " Cujus data fuit die 16. August. ann. 1563.

14 Deinde die 29. Decembr. ann. 1593. ibi: „ Si no fuesen en cosas de „ guerra, y alteraciones, en que se corriese riesgo con la dilacion de consultarmelo; que en tal caso por una de las „ Ordenanzas de la dicha mi Audiencia se „ permite se gaste lo necessario, con acuerdo general de Oìdores, Fiscal y Oficiales Reales, los quales todos concurran, „ y firmen las libranzas de los gastos que „ se acordaren.

15 Præterea, cúm Regi nostro innotesceret in his Comitiis generalibus sæpissimè concedi suo Viceregi facultatem generalem ad prædictos sumptus nutu illius faciendos, eam facultatem cohibuit in Regia schedula, data Matriti die 30. Augusti, ann. 1627. nec ea uti concessit ampliùs, nisi ubi difficultas jugendi Consilium, aç urgens necessitas citò impendendi eos extorqueret, ut constat ex illis verbis: „ No „ hagan, ni puedan hacer gasto ninguno „ de mi Real Hacienda, como lo tengo „ mandado, sin juntar primero acuerdo „ de Hacienda, y que en ello no se dé poder al dicho Virrey, ni Gobernador, ni „ Capitan General, para que gaste lo que „ le pareciere; sino que particularmente se „ le señale lo que ha de gastar, y en qué. „ Y si alguna cosa se ofreciere tan breve, „ que no se pueda juntar el dicho acuerdo, „ tenga por bien que lo disponga dicho „ Virrey, ó Gobernador donde tuviere la „ ocasion, y luego dé cuenta de ello al „ acuerdo de Hacienda; y pasada, me embie relacion de lo que se huviere gastado.

16 Verum ex relatis duo non consueverunt servari, & abolita sunt praxi, & stilo, cujus vis non exilis. (mm) Primum ver-

(mm) Tiber. Decian. *lib.* 1. *cons.* 11. *n.* 161. Hunius *lib.* 2. *decis.* 297. & *lib.* 3. *decis.* 401. *num.* 32. Gamma. *decis.* 17. *num.* 7. Franc. Curt. Senior. *cons.* 65. *num.* 19. Petr. Surd. *lib.* 2. *deciss.* 135. *num.* 2. Guid. *Papæ decis.* 198. Menoch. 7. *præsumpt.* 8.

versatur circa subscriptiones tecaudatorum decretæ pecuniæ; quia scilicet solus Prorex subscribit, & signat. Secundum circa quantitatem expendendam, quæ nuspiam taxata est ad perlegatos hujus Consilii ministros; sed deliberandam semper relinquerunt arbitrio Gubernatoris. Et ratio, ut apparet non aliunde, quám quia indecens visum est, per minutias procedere cum tanto Magistratu, & summo Vicario Regiæ potestatis, cujus fidei, & humeris tota moles patrimonii Regalis incumbit, nulliusque magis quám sui intersit curare de incrementis illius, quippé qui in eo præcipuè fundari expectet proram, & puppim suæ conservationis, ac remunerationis Regiæ cum perpensis perpessis necessitatibus, ac rei familiaris angustiis á magno Philippo Rege nostro: hoc sit illi gratiús, & acceptabiliús omnium servitium. Nam ut ait Plinius secund. (nn) *Liberalitatis gratior repræsentari nulla materia potest, quám si abstinentissimi, fidelissimique custodis principalium opum facultates adjuvare contigisset.* Testem prædictæ praxis, vel unum ad vocem D. Marquionem de Guadalcazar, prudentissimum Proregem, in sua relatione, num. 71. „ Quando las cosas son de mayor importancia, se tratan en acuerdo general, que „ tambien llaman de Hacienda, el qual „ consta de los Ministros referidos, y de „ los demás Oidores que hay en la Audiencia; y con este dicho acuerdo se confieren, y platican los gastos extraordinarios que se han de hacer con ocasion de „ nuevas de enemigos, ó alteraciones, conforme á la Cedula que se dá á los Virreyes entre los demás Despachos, para que „ con este requisito puedan gastar lo necesario en las ocurrencias referidas: y hasta ahora el modo mas ordinario de la „ resolucion de ellos ha sido remitirlo à la „ disposicion del que gobierna, por ser dificultoso el acertar en cosas tan graves, „ corriendo por muchas manos, y queriendolas reducir à particularidades impracticables, quando aprieta la necesidad y „ el peligro.“ Pro quibus conspirant, quæ circa occurrentis casus necessitatem, ac præsentis rei, & instantis urgentem occasionem tradit divinum ingenium in lib. 1. de Indiar. gubernat. (oo) ibi: *Quo casu multum ampliari, & extendi posse Proregum mandata, bené considerat Ponte.* (pp) Constantius in l. unic. C. ut armor. usus, num. 34. ibi: *Quod non putarem prohibitum (Proregi subaudi, de quo loquitur) quando Princeps non posset consuli, & periculum esset in mora, & quæ de brevitate, & modicitate temporis scribuntur.* Facit Regia schedula ad D. Marquionem de Montesclaros, die 1. Maji, ann. 1610. ibi: *Os mando, que haviendolo mirado, y considerado muy bien, me embieis relacion particular sobre ello con vuestro parecer: y en el entretanto proveereis lo que mas convenga, si os pareciere que hay riesgo en esperar la resolucion de acà.* Insignis locus in Epitom. Cæsaris Catoli Quinti, ubi D. Comes de la Roca, ibi: *Y los Ministros superiores, y mas los que sirven distantes, no han de perder el tiempo à las ocasiones, esperando orden nueva; porque quando se les dán los cargos, se les fian los accidentes, &c.* Plin. in epist. 12. ad Trajan. ibi: *Quòd fiducia quasi consulto te non dubitavi facere, quem si consuluissem, seró fecissem.* (qq)

CAPUT VI.

Casus III. *De transactionibus, & compositionibus negotiorum, ac litium fiscalium.*

1 CUM transactio species sit alienationis: (a) Eaque alienatio plerumque sit voluntaria, & non necessaria. Fuit

(nn) *Epist.* 6. *lib.* 8. (oo) *Cap.* 13. *num.* 24. *& lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 22. (pp) *Dict. tit.* 1. *num.* 3. *& seq.* Alexand. Ruadens. *cons.* 49. *num.* 30. *&* 31. *volum.* 1. (qq) *Optimè, & magistralitér* Matienz. *in l.* 1. *tit.* 10. *Gloss.* 21. *ex num.* 15. *&* 16. *& seqq.* (a) *L. non solúm, C. de prædiis minor. cap. cum tempore de arbitr.* Decius *cons.* 44. *num.* 1. *&* 5. Pinell. *qui plura refert in l.* 1. *part.* 3. *num.* 44. *C. de rescind.* Afflict. *decis.* 138. Molina *de Hispan. prim. gen. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 8.

(b) Fuit aliquando in dubium vocatum, an Dominus Prorex posset transigere circa res Regii patrimonii, & resecatis longé disputationis ambagibus, affirmativè respondendum puto, dummodo fisci causa non deterioretur. Primó, quia qui habet mandatum cum generali clausula, quòd facere possit quidquid ipse Dominus, si præsens esset, ut continetur in mandatis D. Proregis, liti & causæ potest renuntiare, ut post longam disputationem judicatum in Senatu Aragonis, refert Montero. (c) Secundó, quia universalis procurator prohibitus non est transactionem inire: (d) Dummodo donandi animo pactus non sit, dict. l. si contra juris 28. §. ult. de pact. ibi: *Etiamsi maximè quis administrationem habeat concessam, donandi jus eum non habere.* Quia ut ait lex 7. de donat. Donare est perdere, vel diminuere.

2 Tertió, adstruuntur hæc per textum in l. Mandato generali 60. de Procurator. ubi Paulus Consultus, ait, generali mandato non contineri transactionem *diminuendi* causa interpositam. Diminuendi enim legendum esse, non vero decidendi, docet Jacobus Cujacius; (e) quia aliter sensus dictæ legis constare non possit, nec vitari pugna cum l. jusjurandum 17. §. Procurator, D. de in litem jur. ibi: *Procurator quoque, quód detulit ratum habendum est, scilicet si aut universorum bonorum administrationem sustinet.* (f) Et ut ait Ossualdus, (g) in administratione libera non quælibet licent, non utique quæ illi aversantur; pugnant verò administrare (quod est res curare, ut serves, & si possis augeas) ac perdere. Ergo tunc licét cum pro remissione tantundem, vel ampliùs accipitur. (h)

3 Et confirmantur per textum in l. Qua ratione 9. §. Nihil autem, de acquir. rer. dom. ubi si cui libera negotiorum administratio permissa fuerit, ita demum rem venditam facit accipientis, si ex negotiis id faciat, vel domino expedierit, ne obstet textus in l. Procurator 63. de Procurat. ubi Modestinus ait, *Procuratorem omnium bonorum nihil alienare posse*; quo fœdere amicantur hæc jura per Doctissimum D. Larrea, (i) omissa distinctione Procuratoris cum libera, vel generali, uti accipiunt dict. l. Qua ratione, §. Nihil. (k) ubi nec ex clausula cum libera ei permittitur alienare.

4 Quæ autem prævisa sunt in hoc puncto à summo Indiarum Consilio, continet hoc cap. 94. in ordine cujusdam epistolæ missæ ad D. D. Franciscum à Toleto, die 27. Februarii, ann. 1575. *Decis que convenia dar comision al que gobierna, para tomar asientos, y concertarse en los pleytos civiles, y fiscales de deudas que nos deben. Vos lo podreis intentar, y si se os ofrecieren algunos partidos utiles, resolverlos beis, y efectuareislos, con que se os embie de acá confirmacion, como hicisteis en lo de Thomàs Vazquez, y embiareisnos lista de todos los negocios que hay de esta calidad, y de la cantidad que son, y del estado en que estàn. Y entretanto tendreis cuidado de mandar, que se sigan, y despachen con brevedad los pleytos fiscales.*

5 Fulcitur hoc exemplaribus quamplurimis; sed in primis se offert compositio, quam D. Marquio de Montesclaros iniit cum D. Barbara Faxardo, tamquam uxore, & hærede Antonii de Osnajo primi mariti, die 28. Octobris, ann. 1610. ei assignans certos reditus Commendarum super possessis, & antesignatis implemento

(b) *L. si dictum* 56. §. *si compromissero*, *D. de Evict.* ibi: *Nulla enim necessitate cogente, id feci.* Idem Molina *dict. loc. num.* 28. Covarrub. 3. *var. cap.* 17. *num.* 7. Anton. Gomez 2. *tom. cap.* 2. *n.* 40. Roman. *sing.* 12. Cremens. *sing.* 114. Menoch. *casu* 82. *n.* 60. (c) *Deciss.* 28. (d) *L. Nam & nocere* 12. *& l. sed si tantum* 13. §. *sed si in rem*, *D. de pactis.* (e) *In* §. *venditæ*, *instit. de rer. divis.* Anton. Faber *in Rational. ad l.* 60. *& ad l. Nam & nocere*, *D. de pactis.* (f) Tiraquell. *lib.* 1. §. 8. *Gloss.* 6. (g) *In* Donell. *lib.* 22. *comm. cap.* 4. (h) *Dict. l.* 28. §. *ult. de donat.*

(i) *In tom.* 1. *Deciss. Granat. disp.* 12. (k) Anton. Fab. *in Rational.* Pazius *Cent.* 2. *quæst.* 47. *Quos improbat* Donell. *lib.* 4. *comment. cap.* 15. *per textum, in l.* 1. §. 1. *de offic. Procur. Cæsar. Conferunt quæ de transact. tutor. scribit* Gall. *observat.* 72. Anton. Faber 1. *jurisp.* 12. *princip.* 7. *illat.* 83. *& seq.* Tiraquell. *de retractu.* §. 1. *Gloss.* 14. *num.* 70.

ad summam quatuor mille ponderum, quorum ei data fuerat schedula die 27. Julii, ann. 1568. cum aliarum prælatione. Sed quia Domini Proreges præcedentes eam insuper habuerant, litem moverat contra stationem vacantium tributorum; petebatque centum & quinquaginta millia redituum decursorum, ea qualitate & conditione addita: *Con que primero hiciese renunciacion en forma de los dichos corridos, y qualesquier derechos, y con que dentro de quatro años llevase confirmacion.* Quam concessit sua Majestas die 8. Aprilis, ann. 1612. Idem factitatum memini à Domino Principe Squilacensi, qui debita ejusdem qualitatis composuit cum D. Laurentio de Zatate, Equite Ordinis Alcantarensis meritissimo, eique propterea commendam præstitit.

6 In eamque rem ego pedaneus Senator ita consulerem, quoties dubium litis eventum præviderem. Nam ut plerumque accidit, sæva sunt astra, & omina litis in fiscum. (l) Id quod vel ipsis Principibus conniventibus, vel annuentibus, sancitum extat. (m) Plin. secundus in Panegyr. ibi: *Sæpius vincitur fiscus, cui mala causa numquam est nisi sub bono Principe.* Fuit celebre Marci Antonini Imperatoris dicterium, fisco in causis compendii numquam favisse. Capitol. in ejus vita, sicuti perlepidum Trajani nostri scomma, fiscum lieni comparare, qua crescente, reliqui artus tabescunt. (n)

CAPUT VII.

Casus IV. *De abolitione, & compositione delictorum.*

1 HUIC tractatui, & ille est finitimus; an ad Dominum Proregem spectet compositio delictorum, ut exinde pretium aliquod in fiscum inferatur, eorum præsertim quæ carent persecutore privato. Negant ultrices leges reatus, ac benè institutæ reipublicæ ratio, cujusquam maximè interest sævire insontes. (a) Apostolus 1. ad Timothæum: *Leges ipsæ, ac Principes qui eas sancierunt, nihil meliùs, quàm pœnas, & præmia statuerunt, ut mali pœnis, boni præmiis afficiantur.* Hieronymus, (b) supplicio enim continentior factus, evadet denique melior. Divus Thomas ad Ducissam Brabantiæ, quæst. 7. David, Psal. 57. *Lętabitur justus, cùm viderit vindictam.* (c) Aliàs vel ipsa compositio pecuniaria invitabit ad delinquendum, eritque magis exitialis quam proficua ipsi fisco. Nam quis nescit,

Avidum vorata decipi escarum musca.

Ut ait Martial. (d) Non longè Arnulphus ad Papam Alexandrum: *Sicut enim disciplina cautelam, sic insolentem pronior indulgentia creat audaciam.* Quid venale non erit, si delicta nundinantur, ac reducuntur ad commercium? Nonne datum est probro Domitiano, quòd à Judæis stipendia exegerit, & Vespasiano, quòd absolutiones reorum venditaverit? (e) Ergo eo damnato

cum

(l) *L. Non puto.* 10. *D. de jure fisci, de cujus sensu agunt* Duaren. *soluto matr. pag.* 3. Mench. *success.* §. 1. *num.* 24. Costa §. *Cum in bello, l. qui duos de reb. dub. Schol. fin. num.* 14. Perez, *l.* 9. *tit.* 3. *lib.* 4. *Gloss.* 5. *col.* 2. Covarr. *var.* 1. *cap.* 16. *num.* 1. Alpha. *collect.* 157. Decius *cap.* 1. *de probat.* Turamin. *in docto opusc. ad interpretat. dict. l. Non puto, p.* 1. *cap.* 3. *num.* 60. *cum seqq.* Læl. Mancin. *cent.* 2. *genial. disquisit. cap.* 163. *num.* 2. & 3. (m) Cassiod. *lib.* 1. *epist.* 22. & *lib.* 4. *epist.* 38. (n) Alciat. *emblem.* 146. (a) *L. si à reo* 71. §. *fin. de fidejus. l. Congruit* 13. *de offic. Præs. l. Licitatio* 9. §. *Quod illicite, D. de public. & vect. l. Ita vulneratus* 53. *ad l. Aquil. l. Eum qui nocentem* 8. *de injuriis, cap. ut Clericor. de vita, & honest. Clericor. Extravag. de pœnis, & alia jura, quæ mira eruditione congessit* D. D. Joann. de Solorz. *de crimine parric. lib.* 1. *cap.* 1. Sarmient. 1. *select. cap.* 12. *num.* 5. Covarr. 1. *var. cap.* 11. Mench. *de success. progress. in præf. tom.* 2. Cavallus *resol. crim. cent.* 3. *cas.* 261. *num.* 4. Oldr. *cons.* 53. *num.* 2. Roman. *cons.* 96. *col.* 1. *num.* 1. & 2. *passim* Frarinac. Clarus, Bajard. Vela, & *cæteri sanguinarii interpretes, novissimè* Christoph. Besold. *de præmiis, & pœnis, quæ duo ut numina venerari docuit* Democritus. (b) Div. Hieronymus *in Isai. cap.* 28. (c) Franc. Patrit. *de instit. reipubl. lib.* 1. *tit.* 6. (d) *Lib.* 6. *epigr.* 18.
(e) Mantua *in lib. obser. observ.* 15. *verbo* Avaritia.

cum Juvenali, qui in eum scomaticè dixit Satyr. 14. *Lucri bonus est odor ex re qualibet.* Forsan alludenti ad vectigal urinarium, sectemur Aurelium Cassiodorum, (f) ibi: *Additur etiam, quòd nostris temporibus scelerate pecuniæ non valebunt, nec culpam suam redemit, qui reum se esse cognovit.* Crudeles in patriam Judices, qui delicta condonant, dicit Tulius. (g) Egoque dixerim, personam puniri debere, non pecuniam, ratione excogirata ab Imperatore Justiniano, (h) ibi: *Non enim res sunt quę delinquunt, sed qui res possident.* Juvat, quòd si pecunia scelera redimuntur cuilibet criminoso, incomperto est obventurum quod olim improbo civi Lucio Neratio, qui pro delectamento habebat faciem liberi hominis manu pulsare, statimque servo, cúm crumena assium plena ducere solitus jubebat, ut injuriam passo 25. asses ex lege 12. tabularum numeraret, non alia ratione, quàm quia pecuniaria mulcta id crimen vindicabatur. (i) Facit, quia nullam pœnam delinquens pertimescit, quam nummis redímire sperat. (k)

2 Scio tamen aliquando Dominos Proreges consuevisse hujusmodi compositiones inire illis primis temporibus: & in recentiori sum memor illustrissimum Principem Squilacensem commissionem dedisse ad componendas explicationes argenti vivi (nostri vocant *extravios*) magno viro, & integerrimo Gubernatori Guancabilcæ D. Joanni de Solorzano; cúm illius villæ, & famosæ lapidicinæ clavum teneret: sed illud operatum non aliter credimus, quàm præcedente jussu regali, & consultatione ad Principem, ut indicat quoddam caput Regiæ epistolæ emissæ ad Proregem Dominum Franciscum à Toleto, die 6. Februarii, ann. 1571. ibi: *Y en quanto à las composiciones que se podrian hacer de personas ricas, cuyos delitos sin parte no fuesen muy graves, nos embiareis relacion de las personas con quien se podràn hacer estas composiciones, y de los delitos que han cometido, y de la cantidad que de ello se podria sacar; que venida, se proveerà lo que convernà proveerse.*

3 Maximé cúm hæc materia sit de regalibus: (l) ubi ex Theologis, & Canonistis refert non nisi justissimis de causis faciendas à Principe non recognoscente superiorem remissiones criminum generales, vel speciales. Est videndus Azevedus: (m) Inter quos illustrissimum D. D. Felicianum à Vega, Archiepiscopum Mexicanum (heu quondam Magistrum meum, sempérque nostræ patriæ fulgentissimum juvar) (n) ubi refert schedulas illud prohibentes, nisi in casu belli, & seditionis; in quam rem est insignis locus apud Petrum Gregorium, (o) ubi plura exempla de abolitionibus.

CAPUT VIII.

Casus V. *De expensis Regiæ pecuniæ in Religiosos Patres, qui ad Indos mittuntur.*

1 QUintus casus pertinens ad administrationem majorem, versatur circa præstationem pecuniæ dari consuetę Religiosis proficiscentibus ad Indos Infideles convertendos ad nostram fidem Catholicam, & Christianam doctrinam,

(f) 12. *Var.* 6. (g) 3. *Catilinar. & in Pisoniana.* (h) *In Novell.* 17. *cap. oportet* 12.
(i) Gell. *lib.* 2. *Noct. Attic.* Alexand. ab Alex. *lib.* 6. *dier. Gen. cap.* 10. Anton. August. *ad legum* 12. *tabul. l.* 33. (k) D. D. *in cap. Irrefragabili*, §. *Cæterum. ubi pleniús* Felin. *num.* 5. *&* 9. *de offic. ordin.* Covarr. *Var. cap.* 9. *lib.* 2. Clarus *in* §. *fin. q.* 80. *& ibi* Bajard. Foller. *in Pract. Canon. p.* 2. *c.* 5. *n.* 14. Constant. *in l.* 1. *C. de pœnis fiscal. lib.* 10. *num.* 50. *tit. de pace const. ubi* Bald. *text. in extrav. qui sint rebelles, cap. pauper.* 11. *q.* 3. *l. si operis, C. de pœn.* Caved. 1. *p. decis.* 75. *omnino videndus.* (l) *L.* 1. *tit.* 32. *part.* 7. Andræas *in cap. unic. quæ sunt regalia verbo, & bona committentium ex num.* 122. Cacher. *decis.* 101. Franc. Marcus *decis.* 68. Borrel. *de præstant. Reg. Cathol.* & alii plures relati à D. Castillo *de Tertiis, cap.* 31. *num.* 146. (m) *In l.* 1. *tit.* 25. *ex num.* 7. *lib.* 8. *Recop.* Montal. *in l. tit.* 11. *lib.* 1. *ord.* Avend. *de exequend. mandat. cap.* 7. *num.* 7. *& in tract. de injuriis, num.* 14. *optimé* Caved. *deciss.* 75. *p.* 1. *quibus adde novissimé* D. Joannem de Solorzano *de Ind. gubern. lib.* 4. *cap.* 10. *à num.* 46. *& ab eo relatos.* (n) Illustrissimus D. D. Felician. à Vega *in cap.* 4. §. *de adulteriis, n.* 76. *& seq. de judiciis.* (o) *In Syntagm. p.* 3. *lib.* 32.

nam, præsupposita obligatione, qua da id tenetur noster Princeps, quippé qui eo veluti gravamine, & onere donatus fuit universali Indiarum patronatu ab Alexandro VI. Maximo Pontifice. De quo sumptu necessarió de Regio ærario faciendo, non ab alio Magistratu quàm á Domino Prorege, agunt plures schedulæ, & cap. 3. Instructionis hujus gubernii, ibi: *Religiosos para Chile, Santa Cruz, Tucuman, ù otras de las Provincias de guerra, ò fronteras de Chiriguanes ó Chiriguanaes, é tierras pobres que se embian, como se hace siempre que se entiende haver necesidad, con tanta costa de nuestra Hacienda.* D. Alfaro de jure fisci, (a) ibi: *Expensis Regiis mitti consueverunt Religiosi ad instruendos Indos.* D. Princeps Squilacensis in sua relat. num. 111. *Tambien estàn aprobados por sù Magestad los gastos que se han hecho en las Misiones; y asi no puede V. E. dudar de hacerlo siempre que la ocasion lo pidiere.* Sed caveant Domini Proreges, ac maturo judicio perpendant, ne fallantur in hoc punćto hujus conversionis prætextu: nam sæpè accidisse memini, pecuniam Regiam extraćtam ex arca deperditam fuisse, nec absumptam in hoc opere spirituali, sed in privatis emolumentis sine frućtu Indorum aliquo, sed maximo lucro recipientium inverecundo. *Nefas est enim* (ait Cassiodorus) (b) *ut in alios usus transeant, quæ sibi subtraćta non immeritó Roma suspirat. Deberemus itaque deputata pecunia in non modica pœna percellere, qui in tali causa nostram munificentiam fraudaverunt.* Sed cúm hæc operentur pietatis colore, incurabilia videntur.

Fallit enim vitium specie virtutis, & umbra,
Cúm sit triste habitu, vultuque, & veste securum.

Alius casus pendens ex ratione antecedentis derivatur ex obligatione solvendi Regiam pecuniam Religiosis missis é Regnis Hispaniæ à nostro Rege ad assignatas per eum Provincias Indiarum, ut constat ex capite Instrućtionis citato, & ex alio cujusdam epistolæ ad D. D. Franciscum á Toleto, datæ Matriti die 6. Februarii, anno 1571. ibi: *En quanto à la remision que tienen nuestros Oficiales en pagar la costa que hacen los Religiosos que vàn de estos Reynos, sò color de la Cedula que les tenemos dada, para no pagar nada de nuestra caxa: ellos tienen orden de pagar lo que para esto fuere necesario, y asi hareis que la guarden.* Sed de hoc latiùs lib. 3. ubi agitur de excusando hoc impendio uti superfluo.

CAPUT IX.

Casus VI. *De portione quam Rex noster in fabricam Ecclesiarum contribuit.*

1 SExtus casus exercetur in contributione tertiæ partis sumptuum fabricæ Ecclesiæ Cathedralis, seu Parochialis in populis Hispanorum, ex obligatione qua Rex noster veluti patronus tenetur, cujus virtute quoties hic casus offertur, occurritur ad Gubernium; & D. Prorex expedit litteras, jubens succurri ex arca Regali, juxta caput 68. Regiæ epistolæ missæ ad D. D. Franciscum á Toleto, die 17. Oćtobris, anno 1575. ibi: „En lo de la duda „que decís teneis, de la forma en que se „ha de entender lo que tenemos proveí„do cerca de la fabrica de las Iglesias que „se hacen en lugares de Labradores Espa„ñoles, dareis orden, que para su edificio „se contribuya por tercias partes. La una „parte tenemos por bien se dé de nuestra „Real Hacienda, que nos perteneciere en „la misma Provincia: y otra tercia parte „se pague de los tributos que llevare el „Encomendero; y si la Encomienda estu„viere en nuestra Corona Real, se pague „de nuestra Real Hacienda: y la otra ter„cia parte paguen los Indios. Y á los Es„pañoles que huviere en el tal Pueblo que „no tengan Encomiendas, se les reparta „conforme á las haciendas que tuvieren: „y no siendo todo esto bastante, el Pre„lado tendrà cuidado de nos dar aviso de „la

(a) Gloss. 2. num. 20. fol. 13. (b) 2. Variar. 34.

„ la necesidad que huviere de el edificio „ de la tal Iglesia, y de dónde se podria „ proveer para el edificio y sustentacion „ de ella, que sea sin perjuicio de los In- „ dios, ni de otro tercero, para que Nos „ lo mandemos proveer.“ Caput 32. Regiæ epistolæ ad Senatum Limensem, die 5. Octobris, ann. *1626.* ibi: „Haviendose tra- „ tado y platicado sobre lo que toca á las „ fabricas de las Iglesias de esas Provincias; „ y visto lo que decís cerca de si serà con- „ veniente, que en el estado en que hoy „ están las cosas, se guardase la orden an- „ tigua, que está dada para que se acuda à „ estas fabricas por tercias partes: que la „ una pague mi Hacienda, otra los Enco- „ menderos, y otra los Indios: ó que tam- „ bien contribuyesen los moradores del es- „ tado Eclesiastico y Seglar: ha parecido „ que se cumpla lo que está mandado, pro- „ curando que los habitantes y moradores „ Españoles contribuyan para las dichas fa- „ bricas, conforme á las rentas y haciendas „ que tuvieren.“ Secundum hæc velim intelligas tradita á D. Alfaro de jure fisci, (a) ibi: *In oppidis Indorum tertia pars ex Regio fisco tribuitur; aliis duobus tertiis ab Indorum Commendatario, ipsisque Indis tribuendis: unde in locis ubi Rex noster tributis veluti Commendatarius fruitur, duas tertias pro opere confert.* Latiús D. Solorz. (b) qui alias schedulas recenset: Cujus resolutionis fundamentum deduci potest ex Concilio Tridentino, sess. 21. cap. 7. §. Parochiales, ibi: *Instaurari procurent ex fructibus, & proventibus quibuscumque ad easdem Ecclesias quomodocumque pertinentibus: qui si non fuerint sufficientes, omnes patronos, & alios qui fructus aliquos ex dictis Ecclesiis provenientes percipiunt, aut in illorum defectum Parochianos omnibus remediis opportunis ad prædicta cogant, quacumque appellateone, exemptione, & contradictione remota.* (c)

2 Cęterum collapsis Ecclesiis, & egentibus instauratione, quomodo reparatio, & refectio fieri possit, est in difficili: nam etsi statim illud occurrit, eamdem obligationem, quæ adstringit ad ædificationem, urgere quoque ad refectionem: immò hanc arctiùs premere, quia jam religio occupavit solum, ut ait Plinius secundus Imperatori Trajano, (d) ibi: *Nam si facta ædes esset, licèt collapsa sit, religio ejus occupavit solúm.* Tridentinum in dict. cap. 7. Sess. 21. ibi: *Valdé curandum est, ne ea quæ sacris ministeriis dedicata sunt, temporum injuria adolescant, & ex hominum memoria excidant.* Ratio textus in l. inter stipulantem 83. §. Sacram. vers. *Nam & cum quis,* ubi qualitas religionis in perpetuum rem afficit, junctis quæ de refectione ędificiorum traditur in l. Singularum, C. de ædific. privat. (e) Pulchrè Cassiod. 1. var. 25. ubi de conservatione ædificiorum: quia major in conservandis rebus, quám in faciendis sit cautela adhibenda. Et quæ de pignore inducto ob refectionem, potius quám ob constructionem domus, seu alii ædificii traduntur á Jurisconsultis. (f) Tamen se res aliter habet in restitutione, vel instauratione Ecclesiæ dirutæ quoad partem tertiam conferendam é Regis ærario, ac se habuit in extructione. Nam Rex noster non nisi semel eam conferre vult, ut videre est per Regiam schedulam, datam Pintiæ 2. Aprilis, anno 1604. quam refert D. Joannes de Solorzano, (g) ibi: *Y es declaracion, que la contribucion que de nuestra Hacienda se ha de hacer de la dicha tercia parte para el edificio de las dichas Iglesias, conforme á la Cedula que para ello està dada, se ha de entender por la primera vez y no mas, aunque acaezca que se caygan, ò derriben, para* alar-

(a) *Gloss.* 2. *num.* 20. *fol.* 13. (b) *De Indiar. gubern. lib.* 3. *cap.* 23. *á num.* 6. (c) *Videris* Gregor. Lopez *in l.* 24. *tit.* 32. *part.* 3. Covarr. *in cap. ult. de testament. num.* 5. *lib.* 1. *var. Laié* Gutierrez, *allegat.* 10. Cenedo *in collectam* 153. *ad Decretum.* (d) *Lib.* 10. *epist.* 77. (e) *L. Ad curatoris de damno infect.* Cepoll. *in tract. de servit. urb. præd. cap.* 59. *de refectione*, 1. & 2. *col.* Gregor. *in l.* 25. *tit.* 32. *part.* 3. *Gloss.* 1. (f) *In l. si ventri* 24. §. *Divus*, *D. de rebus auct. judic. possid. l.* 28. *tit.* 13. *part.* 5. *l. Interdum* 6. *cum seq. D. qui potiores.* Gomez *in l.* 50. *Tauri*, *num.* 35. *vers.* 4. Covarr. 1. *var. cap.* 7. *num.* 3. *vers.* 50. *colum.* 2. Negusant. 4. *m.* 2. *part. num.* 162. & 2. *m.* 5. *part. num.* 13. *vers.* 15. & 4. *m.* 2. *part. num.* 141. Flores de Mena *in pract. qq. var. quæst.* 6. Evia *in laberynt. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 33. (g) *Lib.* 3. *de Indiar. gubern. cap.* 23. *num.* 15.

alàrgarlas, ò mudarlas, si Nos, avisado de ello, no proveyeremos otra cosa. Verùm attenta obligatione, qua Rex noster tenetur ad id velut Patronus, sempér in puncto sectandam indico mentem dicti D. Consiliarii, existimantis non illum animum esse nostrorum Regum in ea resolutione, ut onus reparationis omnino excutiant, sed ut occurrant fraudibus & excessibus, qui prætextu ruinarum, & ampliandi ædificii causa fieri solent; reservantes sibi, & suæ secundæ jussioni, præcedente informatione, secundam, & subsequentes contributiones ad refectionem, ubi eam necessitas exegerit. Cui addendus D. Alfarus de jure fisci. (h) Nam & Imperatoria majestas hac tertia parte vult succurri restitutioni mœnium juxta contributionem textus in l. Restaurationi 3. C. de divers. præd. urban. lib. 11. ibi: *Restaurationi mœnium publicorum tertiam portionem ejus canonis certum est satis posse sufficere.* Et in Novell. 25. tit. 4. cap. 4. ubi partim ex civili, partim ex fiscali pecunia hujusmodi operæ reficiuntur. Nisi minus apté cum aliis dicatur, inopiam patrimonii ad angustias rei familiaris adacti manum deligare, & dumtaxat ad contributionem istam consttingere Parochianos. (i) Et Velasc. consult. 179. num. 12. cum seqq. ubi refert, patronum conveniri inquantum facere possit: Quibus addendus Bobadilla, (k) qui etiam tenet, per judicem sæcularem posse compelli ad refaciendum; á qua obligatione nemo quantumvis nobilis eximitur. (l) Sed antequam hinc abscedamus, notari oportet uti suspectam D. Lopezii opinionem in l. 19. tit. 20. part. 1. quatenus ait in Ecclesiarum erectione, quæ quotidie de novo fiunt in tertis novis, & Insulis maris Occeani, partem deputatam fabricæ debere expendi ad libitum Episcopi, quasi secluso Patrono, & Vicario Regio; cùm passim in schedulis super Regio patronatu latis, & præcipuè in capite 9. epist. Regiæ, 28. Mart. ann. 1620. enixé jubeatur Domino Proregi, ut curet, ne Ecclesiæ vel Episcopi retineant, seu expendant bona fabricarum, quia sunt Regii patronatus: & ut fisci Advocati petant, quod fuerit in hoc negotio magis conveniens.

CAPUT X.

Casus VII. *De concessione dilationum moratoriarum Debitoribus fiscalibus.*

1 Septimus casus spectans ad administrationem majorem, eruitur ex materia moratoriarum, quæ concedi solent debitoribus fisci: hæ enim solúm reservatæ sunt Domino Proregi, veluti imagini Regis, cui hæc regalía competit. Textus in l. si Provincia. 10. C. de annon. & tribut. lib. 10. ibi: *Is etiam qui debitoribus fisci dederit dilationes sua auctoritate sine jussione Principis, quæ debentur fisco, de suis facultatibus exsolvat.* (a) Mastrill. eam potestatem extendit ad D. Proregem, (b) ibi: *Ante dilationem concessam convento ab Excellentissimo Prorege ob consignationem frumentorum non factam in onerario publico.* Evia (c) ibi: *Notese mas, que el Virrey puede conceder esperas de deudas.* (d) D. Joann. de Solorzano, (e) qui de praxi harum litterarum quoad Peruanum Proregem disserit remissivè. At sui exemplo illam firmat, præcauté ista facultate usus, Excellentissimus, ac prudentissimus D. Comes de Chinchon, qui de se locutus in memoriali ad supremum

(h) *Gloss. 2. num. 20. fol.* 13. (i) *Dict. cap. 7. sess.* 21. Thesaur. *fori Ecclesiast. p. 2. cap. 2.* Post. Abb. *in cap. 1. primum de Eccles. ædificat.* Surd. *cons. 62. vol.* 1. Costa *de remed. subsid. rem. 106. illat. 2. num. 1. & 2. Pro quo faciunt, quæ notat* Cacher. *cons. 3. num. 17. fol. 13. colum. 4.*
(k) *In Politic. lib. 3. cap. 5. num. 34. ubi Gloss. lit. C. tom. 2. & lib. 2. cap. 18. num. 306. fol. 844.*
(l) Avend. *de exequend. mandat. lib. 2. cap. 14. num. 19.* (a) *L. 2. l. universa, C. de precib. Imper. offer. cap. universa 25. quæst. 2.* Tuschus *in tract. de morat. præscript. num. 48. tractatuum tom. 17.* Lancel. Conrad. *in templ. omn. jud. lib. 1 cap. 1.* Petrus Anton. de Petra *in tract. de potest. Princ. cap. 8. num. 46* Rebuff. *de litter. dilatoriis in princip.* Anton. Faber *in C. lib. 1. tit. 9. diff. 1.* Evia *2. part. Curiæ § 24. num. 1.* D. Gregor. *in l. 33. tit. 18. part. 3. Laté* Castillo *de tertiis cap. 31. num. 101.* (b) Mastrill. *decis. 16. num. 17.* (c) *In labyrint. contract. lib. 2. cap. 11. n. 22.*
(d) *Cum* Rebuff. *ad l. Gall. 2. tom. tract. de litter. dilat. á num. 1. Gloss. 6.* (e) *Lib. 4. de gubernat. Indiar. cap. 10. num. 73.*

mum Indiarum Consilium, illa profert: „Aunque se solian conceder algunas esperas á deudores de Hacienda Real, en todo el tiempo que tuvo por mayor esta administracion solo dió tres, que no montaron mas de 25ꝧ. y eso fue por asegurarlos, respecto de que procedian de deudas antiguas, y con consentimiento de los Fiscales, y resolucion de los acuerdos generales de Hacienda, y con obligaciones de nuevas fianzas, y por plazos que ya ha algunos años que estàn cumplidos, &c." Ex quibus procedit, in hac materia deberi observari quædam, quæ mutare observata, laudabilem reddunt actionem istam, & spreta inutilem, & noxiam in Regium patrimonium.

2 Primùm, ne concedatur dilatio debitoribus fiscalibus nisi juxta dispositionem juris, ac requisita illius, & ubi sit evidens fisci utilitas. Regia schedula, data Matriti die 14. Octobris, anno *1626.* ibi: EL REY. „Mi Virrey, Presidente, y Oídores de mi Audiencia Real que reside en la Ciudad de los Reyes de las Provincias del Perú: He sido informado, que muchas veces concedeis esperas á las personas que son deudoras à mi Real Hacienda, en mucho daño suyo, y de que resultan muchos pleytos y diferencias: y porque conviene mirar mucho en esto, os mando, que de aqui adelante en esta materia de esperas procedais conforme à derecho; y procureis, que no sean dañosas à mi Real Hacienda, pues sabeis lo que importa mirar por ella. Fecha, &c." Requisita autem juris de quibus loquitur prædicta schedula, videnda sunt per Doctores, & jura supracitata, & infra dicenda.

3 Secundùm, ne concedatur nisi præcedente causæ cognitione; ex qua pateat ex denegatione dilationis jus fisci deterius fore futurum. Regia schedula ad rationales Regios arcæ Limensis, die 20. Julii, ann. *1618.* ibi: „Y estareis advertidos, que siempre que se dieren semejantes esperas, ha de ser, que evidentemente se tenga entendido el beneficio que de ello se sigue à mi Hacienda: y en tal caso por escusar las consequencias, y otros inconvenientes, se han de hacer Autos, por los quales conste con conocimiento de causa del tal beneficio que se sigue por razon de la espera." Est etiam cap. 49. Regiæ epist. ad D. D. Ludovicum Henriquez, olim Regis patronum integerrimum in Senatu Limensi, post illius Senatorem, nuncque meritissimum Granatensis Chancellariæ Consiliarium, mihi semper charissimum, ac innumeris titulis venerabilem, datæ ann. *1626.* ibi: „Y en razon de los daños que referis se siguen á mi Real Hacienda, de las esperas que conceden mi Virrey, y esa Audiencia à las personas que les son deudores; les escribo, que de aqui adelante procedan conforme á derecho en la dicha materia de esperas, y que procuren no sean dañosas á la dicha mi Real Hacienda." D. Alfaro de jure fisci, (f) ibi: *Ne detur dilatio debitoribus fiscalibus, l. 13. tit. 16. lib. 9. Recopil. licét aliquando, ut commodiús solvatur, dari viderim.* Quamquam doctus, ac diligens fisci patronus, quatenus affirmat id non expressé factitatum, sed dissimulando, quod utilissimum esse asserit, si cum causa fiat: (g) fallitur meo judicio; cùm nihil crebriús in Peruino Regno admissum fuerit, quàm expressa, ac apud acta dicta dilationum concessio omni tempestate, præcedente causæ cognitione, & aliis requisitis, juxta l. 15. tit. 5. lib. 2. Recopil. & tradita á Castillo suprá circa dictæ legis observationem.

4 Tertiò notari oportet istas dilationes cohibendas, ubi jam præcessit sententia condemnatoria, præcipuè Senatus, ex Regia schedula, die 14. Julii, ann. 1620. & traditis à Guido Papa. (h)

5 Quarta observatio versatur in eo, ne in uno eodemque negotio, ac debito amplior detur dilatio, quám pro unica vice,

(f) *Gloss.* 16. *num.* 67. (g) *Ex l. Infraudem* 45. §. *Qui pro alio, D. de jure fisci.* (h) *Quæst.* 97. & Genua *de script. privat. lib.* 3. *quæst.* 5. *num.* 30. Thess. *decis.* 186. *num.* 7. Treniacin. *quæst.* 3. *pract. resol. tit. de solut. resol.* 1. *num.* 8.

ce, uti præcipit ordinatio 12. hujus Regalis Audientiæ, ibi: *Y este termino no se puede dar por una misma deuda mas de una vez.* (i) Faber, (k) ibi: *Aut si jam semel antea illud beneficium impetraverit*, facit l. Boves 89. §. Hoc sermone, de verbor. signific. & inductionem tituli, C. si sæpiùs in integrum restitutio postuletur, juncta l. fin. ibi: *In una eademque causa iteratum in integrum restitutionis auxilium.* Et in terminis (ut ajunt) Ossuald. (l) ibi: *Si eamdem dilationem antea obtinuit, ejusque tempus existit, si ea nec usus fuerit, quia iterum non petenda, arg. l. ult. de feriis.* (m) Aliàs, ut ait Duaren. (n) res abiret in infinitum, ac modus restitutionis, & satisfactionis nullus esset. (o) Et tempus iteratæ dilationis modus esset tollendæ obligationis, ac debita enervandi, contra l. Obligat. (p) Per motatoriam enim rem differri, non auferri æquum est; morari enim est cessare. (q) Aliter moratoria dicenda esset peremptoria contra suum finem: qui ille est, ut non perimat jus creditoris, sed illud suspendat, & utilitér sopiat, ut transactis induciis efficaciùs exerat vires, data respiratione debitori adversos casus fortunæ passo, ut meliús conquirat pecunias, & suo creditori prospiciat: unde apud Gallos litteræ moratoriæ nuncupantur *lettres de respir. litteræ respirationis.* (r) Bellissimè in hanc rem Cassiodorus, (s) ibi: *Celsitudo tua faciat admoneri, ne in hoc biennii spatio quidquam de credita summa æstiment postulandum, quatenus sub induciis supradictis & datam possint parere pecuniam, & aliquatenus debitorum valeat respirare substantia. Quid enim proficit creditorem se urgere, quando in casum nititur nudatus exigere? quibus magis prospicimus, si ad mutuata sustinendo pervenire faciamus*: ut hæc dilatio concessa per biennium negotiatotibus in debitis Regalium tributorum, exemplar sit non leve ejusdem gratiæ pro debitoribus fiscalibus, quoties pietatis ratio eam extorquet. Conferunt quoque, quæ sublevandorum debitorum causa statuta sunt á quibusdam Principibus, quorum mentio apud Æn. Robert. (t) inter quæ & illud Valetii Maximi memorabile: (u) *Gallos, memoriæ traditum est, mutuas dare pecunias, quæ his apud inferos reddantur.*

6 Et licèt noster Anton. Faber, (x) usum induciarum nullum esse affirmet in debitis fiscalibus: (y) eum benè refellit Hilligerius, (z) ibi: *Fiscalibus debitoribus petentibus ad comparandam pecuniam, dilationem negari non placuit, cujus rei æstimatio arbitrio judicantis conceditur.* Antistat praxis recepta apud nostros secundum relatas schedulas. Et sané nihil magis Principem decet, quám humanitas & miseratio. (aa)

7 Nec contrarium docet Novell. 17. cap. 7. §. 1. nam solúm præcipit publicorum tributorum etiam intra templa decentér fieri, ea ratione animis vassallorum insculpenda. *Quoniam fiscalium ratio, & militibus, & privatis, ipsisque templis, & cunctę Reipublicę utilis, & necessaria est.* Ex hoc autem non negatur, immó apertim colligitur, aliquando fisci utilitatem versari in induciarum usu: nam si ob eatum dene-

(i) *Cap. super litteris, cap. cæterum de rescript.* Rebuff. *ubi suprá.* (k) *In C. lib. 1. tit. 9. diffinit.* 20. (l) *In* Donell. *lib. 22. cap. 9. l. m.* (m) Anton. Faber *in C. suo lib. 1. tit. 9. dif. 1.*
(n) *Ad dict. tit.* (o) *Latè* Caldas *ad tit. C. de in integr. restit. min. in diffinit. verb. Implorandum, num.* 35. Donell. *lib. 21. comment. cap.* 12. (p) *L. Obligat. feré* 44. §. 1. *de oblig. & act.*
(q) *L. si servum* 91. §. 1. *de verbor. obligat.* ibi: *Moratus solutionem, l. si ususfructus 6. de usu, & usufr. legat.* ibi: *Moratusque esset in ea danda, l. 7. C. de his qui accusare: quomodo moratoria cautio, in l. cúm possessor. 5. §. pro pecunia, D. de censibus.* (r) Anton. Faber *C. suo, tit. de exempt. dif.* 2. *&* 11. *&* 25. *de error. Pragmat. decis.* 1. Ferrer ad Guid. Pap. *quæst.* 97. Trentacin. *quæst.* 3. *pract. resol. tit. de solut. resol.* 1. Thesaur. *omnino videndus decis.* 186. *num.* 1. *& per tot.* item Petrus Surd. *decis.* 301. *&* 307. Gail. 2. *obs.* 46. (s) 2. *Variar. cap.* 38. (t) *Lib. 2. rer. judicat. cap.* 6. (u) *Lib. 2. cap.* 1. (x) *In C. tit. de except. dif. 20. num.* 9. (y) *Ex l. Nec damnosa* 3. *C. de precib. Imper. offer.* juncto Boetio, *decis.* 296. *num.* 6. Menoch. *de arbitr. cas.* 203. *num.* 16. Cassaneus, *Catalog. glor. mund. part.* 5. *consid.* 24. *num.* 199. *qui generalibus indutiis non contineri debitum fiscale tenent post* Lucam Parmens. *in tract. de privil. fisci, cas.* 22. *per Novell.* 17. *c.* 7. §. 1.
(z) *In* Donell. *dict. lib.* 23. *cap.* 9. *l. munitus Marte aperto, dict. l. In fraudem* 45. § 10. *de jur. fisci.* (aa) Cassiod. 3. *Var. cap.* 40. *Novell.* 147. *de reliquis public. & novell.* 148. *de indulg. reliq. l. 1. C. de naufr. lib.* 11.

negationem perditur debitum fiscale, fisci causa quæ ab omnibus tutari debet, hac via maximo damno afficitur; & ne illud sequatur, fisco in persona debitoris succurri oportet, non tam ob ei indulgendum, quàm ob tuendum ærarium.

8 Quinta observatio erit, ut si forte debitum de quo agitur, resultet ex calculatione, vel rationibus pendentibus in Regio tribunali calculorum hujus Regni, priusquam moratoria debitori concedatur, utiliùs sit, & securiùs, ut præcedat consultatio illius ad eam indulgendam: & ordo, ac decretum Domini Proregis subsequatur, juxta cap. 18. ordinationum impressarum dicti Tribunalis, ibi: „ Y porque he sido „ informado, que estando algunas personas presas por deudas que deben á mi „ Real Hacienda, de alcances que se les „ haya hecho, los dichos Contadores de „ Cuentas han proveído sobre la soltura, „ y han dado esperas, no debiendolo hacer: Declaro, y mando, que los dichos „ Contadores de Cuentas no puedan dar, ni „ dèn espera alguna en deuda que pertenezca á mi Real Hacienda, ni soltar á „ ninguno que por deuda de esta calidad „ estuviere preso, siendo liquida, y averiguada; si no fuere con consulta y orden „ del Virrey, y poniendo la seguridad y „ cobro necesario en la hacienda.

9 Scio dictos Calculatores aliter accipere dictam ordinationem, quasi in favorem suæ jurisdictionis loquatur, requirentem consultationem D. Proregis ad eos, ut illi possint inducias concedere, & solvere carceratos, innixi illis verbis, ibi: *No puedan dar, ni dén espera alguna*, junctis sequentibus, *si no fuere con consulta y orden del Virrey.* Verum res aliter atque aliter se habet: quia hodierna praxis, & consuetudo optima legum interpres dicta verba interpretatur, ut nos suprá exposuimus; nimirum ut *consulationis* verbum referatur ad Calculatores; *ordo* autem (hoc est jussus) ad D. Proregem, ut sic omnia aptè conveniant. Consultatio enim, & ordo, aut decretum diversas exquirunt personas, & gradum præsupponunt consulentis, & decernentis, nec utrumque præstandum á Prorege, sed ad illum referendum congruè dixerim, solum illud quod competit celsitudini, & superioritati tantæ dignitatis, cujus est consultis Jurisperitorum, & expertorum hominum oraculis, maturum finem dubiis, & gravibus negotiis imponere, juxta textum in l. fin. C. de relat. ibi: *Ut recitata consultatione.* (bb) Confirmantur hæc per ordinationem 23. ex secundis dicti Tribunalis, ibi: *Mientras no constáre de paga por certificacion de Oficiales Reales, ò espera por el Virrey.* Subaudito verbo *concedida, ò dada*, aut alio æquipollenti. Nec immeritó, cúm D. Prorex Regem referat, & ejus potestatem exerceat, ad quam jure majoritatis pertinet hujusmodi beneficia conferre, juxta integr. tit. C. de precib. Imperat. offer. ubi Anton. Faber diffinit. 3. ibi: *Id veró debitori indulget Princeps*: & in Gloss. num. 2. ibi: *Ipsius Principis subscriptione opus est, ut juri communi derogetur.* Præsertim, cúm causæ arduæ, & indultoriæ, cujusmodi est de qua agimus, non ad parvas Cancellarias, sed ad majores Judices pertineant. (cc)

10 Quintò, ex dicta ordinatione in finalibus verbis, ibi: *Poniendo la seguridad y cobro necesario*, competenti cautela colligitur concedendas inducias, hoc est cum idonea fidejussione, l. Universa 4. C. de precib. Imperat. ibi: *Non aliter valeant, nisi fidejussio idonea super debiti solutione prębeatur*, l. si debitori 21. D. de judiciis, ibi: *Dandumque diem cum competenti cautela ad solvendam pecuniam.* Quam nisi præstet debitor, beneficio non

gau-

(bb) *L. Præcipimus* 32. §. *penult. & l. in offerend.* 37. *C. de appellat. & l.* 4. *C. de tempor. & reparat. Et in tit. C. de appellat. & consultat. l. Verum* 11. §. *ex facto*, *D. de minor. singul. text. in l.* 17. *de jure patronat. ubi* Divi fratres in hæc: *Sed cum & ipso Mæciano, & aliis amicis nostris jurisperitis adhibitis, pleniús tractaremus.* Lucas de Penna *in l. omnes, C. de decur. lib.* 10. *num.* 30. *Et passim in jure Pontificio, cap. consultationi, de sponsal. de frigid. de privileg. &c. cap. Consultationibus, de donat. de jurepatronat. de offic. & potest. jud. deleg.* Plené Cardin. Palæot. *de Sacr. Consist. consult. part.* 1. *quæst.* 1. (cc) Anton. Faber *ubi suprà, dict. num.* 2. ibi: *Impetrari debere, non in parva.*

gaudeat. (dd) Modò eam exigat creditor, nam Princeps proprio motu exigit cautionem. (ee)

11 Quamquam ex sententia Cornelii Benincas, (ff) distinguere oportet, ita ut si ex causa paupertatis concessa fuerit dilatio, fidejussio minimè præstetur; nam eam non facilé pauper invenit. Novell. 88. de deposit. ibi: *Fidejussorem enim omninò dandum idoneum non facilè, neque possibile passim est.* Maximé dicente Juvenale, Satyr. 3.

Quantùm quisque sua nummorum continet arca,
Tantum habet & fidei.

Quasi nullam fidem habeat, qui nullos nummos, vel pecuniam. Cæterúm si ex alia causa concessa fuerit dilatio, veluti ob vitandam incommoditatem vendendi res non sine gravi jactura, vel quia non invenit emptores, &c. satisdationem non exigendam: aliàs inopi frustratorium esset Principis beneficium, ut ait Ossualdus, (gg) auctoritate aliorum per eum videndorum.

12 Septimò est advertendum, quædam debita talis naturæ esse, ut omnino observentur dictis induciis, & illis indigni reddantur debitores, veluti depositi, cujus conditio celerrimam satisfactionem, & promptam exhibitionem exigit, (hh) sing. text. in dict. Novell. 88. ibi: *Nulla omnino licentia sit aliquibus extrinsecus interdictionibus uti, & retinere depositi restitutionem.* Nam reddi debet, *cum tota ærugine follis.* Secundum Juvenal. (ii) Quod potiori ratione debet extendi ad debitores fiscales, ex causa administrationis Regiæ pecuniæ ab eis exactæ, nec redditæ: alioquin delinquendi ansa præstaretur, ut ait Menoch. (kk) Præsertim si debitum ortum fuerit ex dolo, lata culpa, raptu, vel usurpatione, ac denique quavis fraude commissa in officii exercitio: quibus in casibus, Regiis Officialibus moratoria denegatur. (ll)

13 Idem servari jubetur cum debitoribus fisci ex causa renuntiationis officii, in quo successerunt: nam pro ea parte, quam ærario statim inferre tenentur, seu dimidiam, seu tertiam, moratoriam non merentur, juxta cap. 9. cujusdam epistolæ ad D. Principem Squilacensem. Matriti, die 16. Aprilis, anno 1618. ibi: *A personas que han sucedido en oficios renunciables, por parte de la cantidad que son obligados à meter en mi caxa Real.*

14 Et ratio vel illa reddi potest, ne indulgeatur ei, qui vult fructibus officii potiri, & ejus emolumentis augeri, ac Principi universali officiorum domino Regiam portionem auferre: nam & proinde generalitèr moratoria excluditur in debitis pensionum ex locationibus rerum, quarum fructus conductor percipit. (mm) Ne illa occurrat iniquitas, ut emptor officii & rem habeat, & pretium retineat, contra l. bon. fid. de act. empt.

15 Tandem, ne aliquid intactum remaneat, quod ad nostrum jus municipale attinet, sciendum est, per ea quæ dicta remanent, non derogari jurisdictioni, quæ competit Regio Senatui per ordinationem 18. jam citatam; nam virtute ejus concedere solet dictas moratorias in debitis privatis, cùm exigit jus, per tempus sex mensium, & cum informatione, & satisdatione. (nn) Confirmatur cap. 102. cujusdam Regiæ epistolæ ad D. D. Franciscum à Toleto, die 27. Februarii, anno 575. ibi: *Y en lo que decís, que sin embargo de que las Audiencias suelen dar esperas à los Indios, en los*

(dd) Thesaur. *dict. decis.* 1186. *num.* 7. Gall. 2. *obser.* 46. *num.* 14. Afflict. *decis.* 378. *num.* 1. *ubi additio* Ursilli *num.* 3 (ee) Tentacinq. *dict. resol.* 1. *num.* 8. Donell. *lib.* 22. *comment. cap.* 9. (ff) *De privil. paupert. speciali* 8. *in judiciis*, *num.* 34. *& seqq. quem sequitur* Ossualdus *dict. lib.* 22. *cap.* 3. *lit. N. Et probat* Tentacinq. *dict. resol.* 1. *n.* 9. (gg) *Ubi suprá litt. N.* (hh) *L. pen. C. de posit.* ibi: *Quàm celeberrimé.* Boer. *decis.* 296. *num.* 4. Surd. *decis.* 323. Menoch. *dict. casu* 203. (ii) *Satyr.* 13. (kk) *Ubi suprá num.* 19. (ll) *L. sed si* 4. §. *quamquam*, *D. quod cum eo*, *l.* 52. *de re judic.* Roman. *sing.* 179. Arg. *l.* 1. *C. ubi Senatores.* Anton. Faber *in C. tit.* 9. *lib.* 1. *dif.* 20. *num.* 1. Besold. *in thes. pract. lit. Q. num.* 2. (mm) Menoch. *dict. casu* 203. *num.* 18. Anton. Faber *ubi supr. dif.* 20. *num.* 5. Boer. *dict. loc.* 3. *specul. tit. de emphyt.* §. *Nunc aliqua*, *vers.* 129. Doctores *in l. Cúm fructuarius* 64. *D. de usufr. & ibi Gloss.* (nn) *L.* 32. *&* 33. *tit.* 18. *part.* 3. *l.* 4. *tit.* 25. *ead. partit. l.* 15. *tit.* 5. *lib.* 5. *Recop.* Evia *in Curia* 2. *p.* §. 24. *num.* 1. ibi: *Y las Reales Audiencias.* Villadiego, *cap.* 2. *instruct. num.* 169. *fol.* 31.

los casos que las leyes permiten : á los demàs no se pueden , ni deberian dar las dichas esperas sino por los Gobernadores , por las razones que referis : este es negocio de justicia , y asi proveereis que se haga , quando se os ofrezca el caso.

16 At in debitis fiscalibus dictus Senatus se intromittere nequit in concessione induciarum , sed eas remittit ad D. Proregem , juxta jam dicta , & cap. 39. epistolæ Regię ad D. D. Franciscum á Toleto 2. Decembris , ann. 578. ibi : *En lo de las esperas que decis se han dado por las Audiencias de esas Provincias à Españoles , é Indios que nos deben deudas en tributos ; estando por Nos ordenado , que no se dén , sino que dexen cobrar libremente à nuestros Oficiales lo que se nos debiere , vos lo gobernareis allá como mejor os pareciere , que todo lo que à esto toca , os lo remitimos.*

17 Notanda est etiam Regia schedula ad Senatum Argentinum , Matriti die 18. Januarii, anno 1575. quæ damnat excessus illius in concedendo moratorias debitis Regi in villa Potoxina , ibi : *Os mando , que no deis , ni consintais que se dén esperas con exceso , por lo que se debiere à nuestra Real Hacienda* , lib. 1. impres. fol. 364. modus enim in omnibus servandus est , & vitandum , ne licentia , aut concessio in excessum erumpat. (oo)

CAPUT XI.

Casus VIII. *De præsentatione , & expeditione titulorum officiorum renuntiabilium.*

1 Octavus casus superioris administrationis exercetur in materia officiorum , in quorum messe consistit non exigua portio proventuum Regiæ Coronæ, ut ecce in primis non ad alium magistratum spectat præsentatio renuntiatarii cum legitima renuntiatione decessoris , & titulo illius , quàm ad Proregem , nec expeditio tituli ad utendum , & illud exercendum, nisi ad ipsum excluso Senatu , ut declaratum fuit Regia schedula ad D. Comitem de Chinchon. Data Matriti , die 26. Martii , anno 1634. in exclusionem Senatus Quitensis , ibi : „ Y porque como se os „ advierte en capitulo de carta mia de la „ fecha de esta , el dar semejantes despa„chos no toca á la dicha Audiencia , sino á „ vos ; he resuelto , que todos los dichos „ despachos se os remitan , como se hace „ con esta mi Cedula, mediante la qual „ os mando los veais ; y estando hechas las „ ventas , ó renunciaciones de ellos en la „ forma que està dispuesto y ordenado, „ deis á las partes los recados que conven„gan para el exercicio de los dichos ofi„ cios.“ Facit caput 2. Regiæ epistolæ missæ Domino Proregi , & Senatui Limensi, die 17. Novembris , anno 1626. ibi : *Decis que estas presentaciones no vienen à esa Audiencia , sino al gobierno que està à cargo de los Virreyes.*

2 Et ut praxis hujus muneris , quando in ejus tractatum incidimus , laconismo perstringatur , cætera suo loco laté tractaturi præsupponimus , vel officium legitimè esse renuntiatum á renuntiante vivente viginti dies post renuntiationem , & cum ea se præsentante renuntiatario intra septuaginta dies numerandos à die illius , juxta schedulam anno 1606. (a) Licentiatus Antonius de Leon in confirmationibus , (b) ubi omnia hujus tractatus exactè , perdoctè, & magistralitèr explicuit.

3 Et in hoc casu primum decretum D. Proregis visionem requirit fisci Advocati, quo non contradicente , sequitur secundum decretum ; in quo fieri æstimatio per testes deponentes de vero valore præcipitur , in forma consueta quam induxisse meminimus D. Comitem del Villar , ut liquet ex capite 5. epistolæ Regiæ ad eum transmissæ die 8. Martii , anno 589. ibi : *Està bien el haver ordenado , como decis haverlo hecho , que se pruebe el justo , y verdadero valor de el ofi-*

(oo) *Singul. text. in l.* 12. §. 1. *de re milit.* ibi : *Ne modus in ea re non adhibeatur.* Cassiod. 1. *Variar.* 19. ibi : *Modus ubique laudandus.* Cicero 1. *offic.* (a) Caved. 2. *part. deciss.* 24. ibi : *Renuntiantem vivere viginti dies.* (b) *Part.* 2. *cap.* 6.

oficio que se renuncia con citacion del Fiscal, y asi se continuará. Contradicente verò Regio Advocato, remittitur negotium ad Assessorem.

4 Expedita apprecatione, tertium decretum eo tendit. *Declarase ser el valor de este oficio tantos pesos, y entrando en esta Real caxa la mitad de ellos (si es primera renunciacion, ó el tercio (si es segunda, ó de alli adelante) con certificacion de ello, y de haver pagado los derechos de media annata, se le despachará su titulo en la forma que se acostumbra.*

5 Vel officium venditur alicui sub hasta ex causis inducentibus caducitatem officiorum, & devolutionem ad Regium patrimonium, aut quia, ut quotidie accidit, nundinari jubetur aliquod officium novitér creatum, & etiam in hoc casu aditur fisci Advocatus, & non contradicente eo, expeditur titulus secundum additionem.

6 Ubi etiam notandum adeó pertinere casus istos ad administrationem superiorem, quæ domicilium habet in D. Prorege, ut ad solum Regium Consilium Indiarum appellari debeat in casibus, in quibus non admittit renuntiationem ex defectu personæ, modo ei certiorem faciat de causis, quibus ad id motus fuerit, ex Regia schedula ad D. Marquionem de Montesclaros data Matriti die ultimo Decembris, anno 1607. (c) Quam relationem secretó faciendam, utpote insignem, ac pulsantem verecundiam exclussi optimé docet; licèt aliàs relatio ad Principem cum actis publicé confectis fieri debeat. (d) Cæterum si ex alia diversa causa appelletur in hoc casu à Domino Gubernatore, Senatus cognoscit, ut refert caput 2. Regiæ epistolæ missæ Proregi, & Senatui Limensi, anno 626. suprà relatæ; ibi: *Y si las partes apelan, vàn los negocios à esa Audiencia, donde se despacha guardando justicia.* (e)

CAPUT XII.

Casus IX. *De declaratione dubiorum in materia rei dominicæ, & competentia Quæstorum, & Calculatorum ad rem summariam pertinente.*

1 DEclarat itidem dubia occurrentia in materia rei dominicæ, & ejus ænigmata solvit, ut expressim illi concessum, & decisum est quadam Regia schedula, anno 1572. quæ licèt loquatur cum Prorege novæ Hispaniæ, ex identitate rationis, & similitudine gubernii extenditur ad Proregem nostrum. (a) Et effati ratio pendet ex eo quod Prorex declarans in hac re, nihil innovat, sed ambiguitatem interpretatur, interim quo Rex noster consulitur, & quid aptiús decernit. (b) Qua in re (ni fallor) tria observari deberent. Primum, ut juxta consuetudinem, & ut minus ab ea declinent, dubia rei familiaris interpretentur. (c) Secundum, ut id exequatur levi suspensoque brachio, non gravi, & injurio subditis, in quorum levamen cujuslibet dubii declaratio, præsertim in re tributaria inclinare debet. (d) Tertium, ut consulantur ministri, qui ratione muneris tenentur percallere materiam in quam dubium incidit, quales sunt Calculatores Tribunalis summarum, per schedulam ann. 1608. *Tractent fabrilia fabri*, sic Judex, si de finibus regundis agitur, consulit mensores. (e) Cicero pro L. Cornel. Balbo, ibi: *Si*

(c) Antonius de Leon *in libro de confirmat. part. 2. cap. 9. num. fin.* (d) *Ex text. in l. 3. C. de relationibus*, ibi: *Omnes omnino causas relationis series comprehendat.* (e) *Quibus jungenda est l. cos, l. si quando, l. à Proconsulibus, C. de appellat. & in terminis* D. Solorz. *de Indiar. gubernat. lib. 2. cap. 6. num. 12.* (a) *Argum. textus in l. relegat. §. interdicere, de interdict.* Jasson *in l. 1. num. 7. de constit. Princip.* Parlador. *lib. 2. rer. quotid. cap. fin. 5. part. §. 10. n. 26.* (b) *Argum. textus in l. hæredes palam 21. §. 1. de hæred. instit.* ibi: *Nihil enim nunc dat, sed datum significat. L. Adeó 7. §. Cum quis, D. de acquir. rer. dom.* ibi: *Non novam speciem facit, sed eam quæ est, detegit.* Gilchen. *in l. 3. C. de edendo, num. 16. in fin.* Petr. Gregor. 48. *syntagm. 5. num. 9.* Boer. *sing. 31.*

(c) *L. si de interpretatione 37. & l. nam Imperator. 38. de legibus, cap. Cúm dilectus de consuetud.* Xuarez *in proœmio fori, num. 18. & 19.* Menoch. *cas. 199.* Velasc. *quæst. 7. num. 2. vers. Quamvis.*

(d) *L. non puto, D. de jur. fisci*, ibi: *In dubiis quæstionibus contra fiscum. Auth. ut judices sine quoquo suffrag. cap. 11.* Plin. 2. *in Panegir. Quæ præcipué tua gloria est, sæpius vincitur fiscus.*

(e) *L. si irruptione, §. fin. D. fin. reg.*

Si Q. Scævola ille augur cum de jure prædiatorio consuleretur, consultores suos nonnumquam ad Furium, & Casselium rejiciebat: unde Valer. Maximus dicebat, *suæ denique artis optimum quemque & auctorem esse, & disputatorem.* (f) Et ut est in trito juris proloquio, sempér consulendi sunt in arte periti. (g)

2 Idem conceditur in dubiis Regii patronatus, quæ explicare debet non alius, quàm Præses supremus, hoc est D. Prorex, & locum tenens suę Majestatis, juxta ordinationem 55. hujus conventus, ibi: *Item, quando huviere duda acerca de entender alguna cosa de las contenidas en la ereccion de las Iglesias, ò sobre las colaciones que el Obispo ha de hacer à los por Nos presentados, que el Presidente de la Audiencia lo declare.* (h) Quamquam si contentio fuerit inter D. Proregem, & Prælatum circa intelligentiam alicujus dubii occurrentis in executione Regii patronatus, statuitur, ut Rex noster consulatur, & relatione pendente nihil innovetur, ex schedula ad Marquionem de Cannete, data Matriti die 29. Decembris, anno 1593. lib. 1. impres. fol. 88. (i)

3 Hujus loci est notare, quód quando vertitur dubium inter Officiales Regales, & Tribunal summarum in causa calculationis, ad administrationem generalem D. Proregis pertinet declaratio, priusquam perveniatur ad litigium: nam pendente eo, coram Judicibus sequendus est ordo præscriptus in ordinatione 19. secundarum dicti Tribunalis.

CAPUT XIII.

Casus X. *De locatione redituum Regalium, & gabellarum, præcipuè Alcavalas, & Almoxarifazgos.*

1 OB vitandam acervam exactionem publicanorum in collectione vectigalis, hispanè *alcavala*, fuit obtenta Regia schedula die 4. Augusti, anno 1596. qua jussum fuit D. D. Ludovico á Velasco, ut curaret hujusmodi vectigal commendari ipsis Civitatum, vel oppidorum capitulis, ut per modum capitationis, vulgò *encabezamiento*, sub certo pretio moderato illud conducerent, & solverent quotannis in arca Regali canonem conventum. Quæ quidem resolutio civibus, quam indulgens fuerit, optimè callet, qui scierit quantis odiis, & execrationibus prosequuti fuerint omni ævo publicanos, & omnes exactores civilis pecuniæ. (a) Unde nomen eorum odiosum, sic vulgó publici canes: latrones de die, & nocte furantes, in quos invehitur Christoph. Besold. de ærario, *cap.* 4. & ex sententia Salisberiens. (b) *Quid est Publicanus? nonne caput ruinæ, & violentiæ, & prædo sine pudore, medicus exterminii? nonne immanior furibus est?* Per quos, ut ait Bocal. (c) *Sępé exactio odiosa minùs quàm exactor.* Prosequitur D. Amaja in l. 2. C. de exactor. tributor. quare olim exactores injusti capitali supplicio afficiebantur. (d) De his non malè Petrus Herodius: (e) *Nimiam diligentiam adhibendo in publicis exigendis, iniqui multum contrahere.* (f) Nec omittendus Salvianus, qui eleganti cuspide eos lancinat, (g) ibi: *Quibus exactio publica peculiaris est præda, qui fiscalis debiti titulos faciunt quæstus esse privatos, & hoc non summi tantùm, sed pene*

I *in-*

(f) *Lib.* 8. *cap.* 13. (g) *L. Comparationes*, §. *omnes*, *ubi* Bald. *num.* 17. *C. de fide instrum. l.* 1. *in princ. ubi* Bart. *num.* 4. *de ventre inspiciend. l. Semèl. C. de re milit. lib.* 12. Bald. *in l. Nemini*, *C. de advoc. diver. Jud.* Vivius *opin.* 412. (h) Parlador. *differ.* 9. §. 4. *num.* 26. Garcia *de nobilit. Gloss.* 9. *num.* 23. (i) *L.* 1. *C. de relationibus*, *cap. licet*, *de offic. legat.* (a) *L.* 12. *de public. & vect.* (b) *Policratico* 6. *cap.* 2. (c) 2. *ragg.* 6. *fol.* 34. (d) *L. unic. C. de superexactor. lib.* 10. *Novell. Leonis* 61. *cujus titulis: Tributorum exactores, si plusquam debeant exegerint.* (e) *Rer. judicat. lib.* 2. *tit.* 12. *cap.* 4. (f) Cassiod. *lib.* 2. *epist.* 25. *notant nostri*, *in l. eum. qui vectigal.* 16. *de* V. S. Velasco *quæst.* 31. *in princ.* Conan. *lib.* 4. *cap.* 16. D. D. Joannes de Solorzano *ex Ciceron. & Divo August. de Indiar. gubern. lib.* 4. *cap. unic. num.* 62. (g) *Lib.* 5. *de provid.*

infimi, *&c.* Ergo actio hæc commendandi hujusmodi vectigalia ipsis Civitatibus, vel nominandi administratores ad eorum exactionem, aut ineundi locationes eorum sub conditionibus generalibus ad gubernium spectat; & in confirmationem adsunt trita exemplaria, & præcipué Domini Principis Squilacensis, qui Priori & Consulibus mercatorum locavit Limensis Civitatis gabellas, non sine assensu Regis nostri, id quod posteà sectatus fuit D. Marquio de Guadalcazar per tempus quindecim annorum; sed sua majestas ad novem dumtaxat permissit, forsan ratione l. 4. C. de vectig. & commiss.

2 Tandem administrator generalis, ac D. Prorex, ut muneri suo satisfaciat, cogitare debet, & tractare de prorogandis istis conductionibus, vel aliis novitér ineundis, antequam tempus antecedentium adimpleatur, ne aliquo tempore quantumvis brevissimo sint vacua, ac sine curatore vectigalia prædicta. Sic dictus Princeps in sua relatione, num. 154. ibi: *Advierto à V. E. que antes de cumplir los arrendamientos, ò encabezamientos que estàn hechos, conviene hacer otros, tratando de ello un año, ó medio antes por la distancia, y como hasta hoy no tiene para esta administracion por mayor ayuda ninguna el Gobierno: V. E. ha de cuidar de todo, como hemos hecho sus antecesores.*

CAPUT XIV.

Casus XI. *De contractu locationis fodinarum Guancabilcę ineundo cum metallariis idoneis, benemeritis, & antiquis, & de conditionibus præcipuis.*

1 GUancabilcæ mons celeberrimus, ingens, & famosa fodina metallorum argenti vivi, quæ licèt ab exteris Hispani Regis invidis *commune sepulchrum* indigitetur, & innumerabilia Indorum examina absorberit fovearum ore patefacto, ut ait Cassiod. (a) adeò ut de ejus voracitate, & aeris corruptissimi violentia usurpet Besold. (b) quod de Scaprensulæ fodina antiquus Lucretius; (c) ibi:

Nonne vides, audisve perire in tempore parvo,
Quam soleant? & quam vitæ copia desit,
Quos opere in tali cohibet vis magna?

Non tam id obtingere ob duritiem servitii metallici, quàm ob præcepta Regia non custodita, è re est; cùm si effati liceat verissima, pleræque Indianarum calamitatum ob sævitiam, iniquitates, avaritiam, & depravatos mores ipsorum exterorum illuc concurrentium acciderint, ut alibi latiús dicemus. Pensari tamen incomperto est, quodvis noxæ, vel damni invito, & ignorante piissimo Rege nostro accidentis, maxima utilitate publica, & universali, ex qua pendet deductio argenti Regii, & privatorum; quippé quod sine argenti vivi beneficio, & mixtura, colligi, aptè, & ubertim nuspiam posset ad levandas Regis necessitates, & colligendas præcipuas opes quibus fidem Catholicam sustinet ille, & cuncta sua Regna defendit, ut laté discutit D. D. Joannes de Solorzano; (d) & novissimè post eum Joannes Laet. (e) qui ait: *Major enim copia argenti hujus metalli ope extrahitur, quàm aliàs flamina educeret è fornice: denique Guancabilcę decies centena millia pondo hydrargyri quotannis hauriuntur; &c.* Quare majores curas, quàm aliud negotium rei dominicæ protudit, & onerat administrationem generalem in tribus animadversionibus non contemnendis.

2 Prima tendit ad actionem celebrandi à Domino Prorege nomine Regis nostri contractum conductionis illius fodinæ cum antiquis metallariis: nam cúm sua majestas sibi retinuerit, ac suæ coronæ reservaverit proprietatem illius, cum cæterorum metallorum fodinas liberali manu suis vassallis fodiendas condonaverit sub lege quinti regalis, has non nisi conductitio vel precario nomine ab eis possideri, & laborari permissit, ut omne vivum argentum extractum

(a) *Lib.* 11. *variar. cap.* 34. (b) *In thesaur. pract. lit. B. num.* 31. (c) *Lib.* 6. *de rer. nat.*
(d) *De Indiar. gubern. lib.* 1. *cap.* 15. (e) *In novo orbe. lib.* 10. *cap.* 29.

tum suis arcis inferatur; nec per privatorum manus quovis titulo divagetur, soluto pretio convento pro quovis quintali: argumento textus in l. 1. C. de metall. lib. 11. ibi: *Quidquid ampliùs colligere potuerit, fisco potissimum distrahat, à quo competentia ex largitionibus pretia suscipiat.* Alfaro de jure fisci: (f) D. Joannes de Solorzano, (g) qui bené observat in omnibus metallis Principem habere privilegium, ut ea sibi sumat; & cæteris emptoribus præferatur. (h)

3 Ex prædictis conductionibus repetitis à tempore D. D. Francisci à Toleto, non aliud jus habent minerarii veteres hujus fodinæ, quám conductorum, sive publicanorum, ut in ea præferantur cæteris conductoribus, qui in ea nondum laborarunt. Schedula Pardi die 1. Decembris, anno 1573. ibi: *Dexando las minas à quien las posee, y dandoselas, con que todo el azogue venga à nuestras manos.* Cap. epistolæ Regiæ ad Comitem del Villar, data die 9. Novembris, anno 1586. ibi: *Prefiriendoles en esto à otros qualesquier, porque esta es mi voluntad, é que en todo lo que huviere lugar, sean ayudados, y favorecidos, para que por esta via sean recompensados, y otros se animen á buscar las dichas minas.* Caput 15. Instructionis ad D. Garciam de Mendoza Proregem, ibi: *En este asiento que haveis de hacer con los dichos mineros que descubrieron, haveis de advertir no excluir á ninguno.*

4 Et in alio capite ejusdem Instructionis: *Este asiento haveis de tomar con los Mineros descubridores de las dichas minas, porque como lo llevais entendido, mi voluntad es, que sean preferidos à otros qualesquiera, &c.* (i)

5 Et ratio est secundum Baldum, (k) quia dicti conductores possent inviti detineri in locatione, & conductione. (l) Caput 9. Instructionis mineræ argenti vivi ad Dominum Marquionem Cannetii, anno 588. ibi: *Y que no depende de su voluntad dexar de labrar esta mina; porque de rigor de justicia puedo yo mandarla labrar, siendo como es necesario para el beneficio universal.*

6 Sed ne obstet l. locatio, §. 1. de pub. & vect. ibi: *Ad conducendum vectigal invitus nemo compellitur.* Dicunt quidam non loqui de eo, qui anteá fuerit conductor; in eo enim verificatur detentio, utpote qui jam erat in possessione, & perceperat fructus antecedentis conductionis, sed in favorem novi conductoris, quem compelli ad conducendum nulla ratio suadet, verum quia hunc intellectum excludunt sequentia, ibi: *Et ideò impletó tempore conductionis elocanda sunt*, nempé vectigalia, *ad quæ conducenda* (ait lex in principio) *invitum nemo compellendum.* Eam mentem, inquam, Julii Pauli esse in utroque textu, ut in dict. §. 5. inducat compulsionem duplex ratio illa, & maximorum fructuum perceptio antiqui conductoris, ceut coloni, & difficultas alterius novi inveniendi, cui tantò locari possit, ut hæc sit limitatio regulæ, quam posuit in dict. l. 11. §. 5.

7 Rursus angit gubernium sedulitas remittendi pecuniam ex arca Regali Limensi ad arcam Guancabilcæ singulis binis mensibus ad solutionem Indorum fossorum, qui metallariis in dicto contractu distributi sunt, & quorum opera, & labore inexcusabili magni proventus ex profundi montis visceribus quotidie percipiuntur, in cujus promptitudine collocare solent Proreges prudentiores non exiguam partem fortunati exitus suæ dominationis; siquidem non deficiente pecunia suis temporibus, minerarii, qui ob illius penuriam, & eam sublevandam parati sunt sempér furtivis commeatibus argentum vivum transmittere ad lon-

(f) *Gloss.* 20. §. 6. *num.* 105. (g) *De Indiar. gubernat. lib.* 5. *cap. unic. num.* 31. *& sequent.*
(h) *Ex* Alvar. Velasco *de jure emphyt.* 1. *part. quæst.* 24. *num.* 3. (i) *Ex l. Congruit, C. de locat. prædiorum civil. lib.* 11. *l. C. de administr. rer. publicar.* Gregor. *in l.* 5. *tit.* 19. *part.* 6. Cotta *in memor. verbo conductor primus.* Ursill. ad Afflict. *decis.* 238. *num.* 1. Mantic. *de tacit. & amb. lib.* 5. *tit.* 3. *num.* 27. Cevall. *comm. quæst.* 756. *à num.* 61. Brit. *in rubr. de locato part.* 1. §. *num.* 48. *citat plures* Doctiss. August. Barbosa *in l. Ne cui* 32. *C. de locat.* (k) *In l. Ne cui, C. de locato.*
(l) *L. Cotem ferro, §. Qui maximos, D. de publican.* Boer. *decis.* 167. Mising. *cent.* 4. *observat.* 23. Franchis, *decis.* 406. Ponte *cons.* 23. *volum.* 1.

longinquas Provincias, non obstantibus graviorum pœnarum comminationibus, ubi succursi sunt, statis missionibus conventæ pecuniæ, se omnino temperant ab extractionibus, sive usurpationibus illius, apud nostros extravios de azogue, vel à verbo trabio. Lucretius lib. 4.

Species qua traviat omnis.

Et lib. 6. *Foraminibus liquidis, quia*
transvia tignis.

Vel propriè, & partité loquendo patrio sermone ab extra, & via; nam fures ne deprehendantur in furto, immanitér plectendo, vitæ, & omnium bonorum amissione, vias regales, & itinera assueta declinant, ac per abrupta, invia, & periculosa transitum arripiunt, argum. l. 4. C. de aquæductu, ibi: *Furtivis aquarum meatibus.* (m) Cum aliis diligentèr, ac scité congestis à D. D. Christophoro à Moscoso sapientissimo, ac meritissimo Jurisprudentiæ, & eximiæ virtutis maximo Myste à Consiliis supremis Castellæ, & Equite D. Jacobi, in allegat. impres. contra Linaris Comitem, fol. 7.

8 Quo remedio ad comptimendam inveteratam fraudem minerariorum Guancabilcensium, nullum aliud efficacius expertum est, vel securiùs, aut acceptabiliús ipsis prædonibus: nam præterquamquod istud inescat manus prædatorum, & veluti hamo aureo illos apprimé captat, urget, ex remediis illud esse majori virtute præditum, quod morbis grassantibus occurrit, & obviam it, ne introducantur, quasi publicè expedientiùs sempèr fuerit à culpa, & reatu præservari quemquam peccaturum, quàm illum peccantem coerceri. Nam eadem ratione, meliùs est in tempore occurrere, quam post vulneratam causam remedium quærere. (n) Unde vide Cassiodorum: (o) *Malis principiis obstandum; nam quæ nunc virgulta sunt, erunt, si negligantur, & robora. Ista enim quæ modo facili avulsione dirimuntur, posteá vix securibus ista succumbunt.*

9 Aliás avidi, & indigentes pecuniæ, plerique ex dictis metallariis omnem adinvenerunt artem fraudandi istam Regaliam, ut ait Justinianus. (p) Quamquam ni obstaret, & enixé urgeret necessitas in unum colligendi cunctum argentum vivum, ut juxta mensuram, & cujusvis Regni fodinæ merita, per unicam manum eamque D. Proregis distribuatur; cúm illud non sit ex speciebus, quæ possunt usui esse in culinis, tabernis, ganeis, seu in pharmacopoliis, sed solúm in argenteo beneficio, eoque augendo, non multum curandum esset de inquisitione acritér ineunda; nimia, miseraque illa diligentia, quæ adhiberi solet: (q) ut vulgó ratiocinari solet ex quorumdam æquitate cerebrina, quasi delinquentibus istis illud conveniat, quod ad Plinii consultationem reliquit scriptum Trajanus Imperator: (r) *Conquirendi non sunt; si deferantur, & arguantur, puniendi sunt.* Junctis illis, quæ notant nostri agentes de inquisitione. (s)

10 Cæterum non solùm arguendos, plectendosve, sed etiam inquirendos argenti vivi emptores, & venditores publicos, seu occultos, nocturnos, vel interdiarios cum fidelioribus sentio: in primis, quia rem veritam, & expertem commercii privati, uti Regiam, & Principi reservatam fœdant nundinationibus, & eam subripientes, non semel delinquunt contra tit. C. Quæ res venire non poss. & tit. C. de murileg. lib. 11. & l. fin. C. de vestib. Holober. inter quæ purpura, & sericum. (t)

11 Rursus, quia sua noxa nondum con-

(m) *L. qui fiscales, 7. C. de navicularis, lib.* 11. ibi: *Litora devia sectatus; recta navigatione contempta, l. 4. §. ingressum de offic. Procons.* Sixtin. *de Regalib. lib. 2. cap. 6.* D. Valenz. *cons.* 52. *à num.* 34. Mauson. *de contravand. quæst. 6. num.* 11. (n) *L. unic. C. quandò liceat unicuique, l. ult. C. in quibus causis in integr. restit. l. 2. C.* (o) 5. *Variar.* 38. (p) *In Novell. 38. tit. 17. coll. 4. in princip.* (q) *Juxta l. 88. §. 17. de legat. 2.* (r) *Lib. 10. epist. 104.* (s) Farinac. *de inquisitione, quæst. 1. num. 6. tom. 2. prax. crim.* Julius Clar. *in pract. in q. 5. verbo Scias.* Ubi remissive Jacobus, *Novell. in pract. in princip. num.* 4. Gomez *variar. lib. 3. tit. de delict. cap. 1. num.* 39. Caved. *decis. 78. part.* 1. (t) Cujacius *lib. 12. observat.* 24. Petr. Faber 1. *semestr.* 16. Gotofred. *in notis ad dict. l. 2. C. quæ res venire.* Ossuald. in Donell. *lib. 12. comm. cap. 20. litt. F. Item sal, quæ non nisi à mancipibus vendi potest, l. si quis 11. C. de vectigal.* Donell. *lib. 12. dict. cap. 20. &*
con-

contenta longiùs progreditur prædicta subtractio, & suo exemplo invitat metallarios argentinos, qui emunt vivum argentum, ut etiam æmula præda quintum subtrahant Regi nostro, quod illi debetur ex argento solido, sicuti ex argento vivo, ut latiús alibi dicemus.

12 Ergo ut omnia inconvenientia evitentur, & dictis minerariis consulatur rempestiva solutione, juxta legem contactus, & scripturæ, mitti debent vicibus majoribus, quæ sunt quatuor in anno, & minoribus, quæ sunt duo, pecunia conventa, ut illi gratantér laborent, & in arcam inferant quotannis argentum vivum, quòd inferre tenentur ad summam determinatam centupondiorum dicti metalli in liquido, apud nostros *en caldo*, ad rationem trium pro unius Indi operis annuis.

13 Et quoniam aliquando abesse solet pecunia in ærario (præcipué post expeditionem Classis, quæ vehit Regium thesaurum) juxta Horatianum illud:

Mancipiis locuples eget æris Cappadocum Rex.

Decet Proregem, ut vel de suo penuario necessitati occurrenti provideat, ut sæpé se fecisse profitetur Princeps Squilacensis sua relat. num. 136. *Y como no todas veces la caxa tiene fuerzas para esto, ni aun credito los Oficiales de ella para hacerlo, sin notable daño; ha de ser V. E. el proveedor general, prestando lo necesario de lo que tuviere ahorrado de su salario, como yo lo he hecho algunas veces.* Ita enim fiet, ut ait Cassiodorus, (u) ibi: *Ut nec illis desit subventio necessaria, & nullus se læsus tali conventione cognoscat.*

14 Secunda animadversio, quæ incumbit generali administrationi in eo residet, ut inspiciat D. Prorex, & vigilantér inquirat quantitatem auri & argenti, quæ ex fodinis Peruinis eruitur quolibet anno; ut juxta vires, & substantiam cujuslibet de argento vivo trutina recta providere possit, illudque omittat ad loca mineraria tempore necessario, & præscripto; cavendo ne distribuatur minerariis commentitiis, sed veris dominis fodinæ, & molendini, qui veré egent illius, illudque consumunt in concinatione argenti: cæteri enim, qui non sunt nisi hirudines ærarii, ut loquar cum Lipsio, vel falsæ apes, seu pseudomelissæ, qui melifluum opus potius impediunt, quàm juvant, deterrendi sunt. Et quia nundinatii faciunt vivum argentum prosequendi non minoribus pœnis, quàm alii, quorum etiam in dictis locis non parvus numerus, qui Indos sibi distributos non occupant in ministerio metallico, sed venditant eos, & cauponantur, quare illi nuncupari solent *azogueros de bolsa*; hi autem, metallarii *de faltriquera*. Utrosque damnat provida cautio Regii Indiarum Consilii in plurimis schedulis, quas citat D. Joannes de Solorzano. (x) Præcipué in quodam capite epistolæ scriptæ ad D. Principem Squilacensem, Matriti die 15. Julii, anno 1620. quod ad litteram inseri libuit ob gravitatem materiæ.

15 „Asimismo me escribe el dicho „Contador, que mas de la tercia parte de „los Indios que están repartidos para la labor de las minas del dicho cerro, dexan „de subir á trabajar á ellas, porque los Mineros á quien están repartidos los relievan de ello, por cobrar á siete pesos de „á ocho reales cada semana por cada Indio „de los que se quedan, diciendo que con „esta plata alquilan otros Indios que trabajen; y que aunque es verdad que algunos lo hacen, los mas en general se quedan con la plata, y no llevan quien trabaje en lugar de los Indios: Lo qual, demás de ser cosa que ni en conciencia, ni „en justicia se debia permitir, era ocasion para que los dichos quintos hayan „venido en tanta diminucion; y que sin „embargo de que se os havia dado cuenta „de ello, y al Presidente de las Charcas, „para que lo remediasedes, y entendia lo „hariades, convenia que de mi parte se „acu-

contra tit. C. de crimin. peculat. §. *Item. l. Julia*, *inst. de public. judiciis.* Cavall. *resol. crimin. cent.* 1. *casu* 99. *num.* 41. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cas.* 586. Jass. *cons.* 111. *lib.* 1. Cacheran. *decis. Pedemont.* 70. *num.* 9. Gregor. *in l.* 14. *tit.* 18. *part.* 7. (u) 5. *Variar.* 10. (x) *De Indiar. gubernat. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 11.

,, acudiese à ello, poniendo muy graves ,, penas á los transgresores. Y haviendose ,, considerado por los de mi Consejo de ,, las Indias lo mucho que convenia acudir ,, á atajar una introduccion tan perniciosa, ,, de que tanto perjuicio se sigue asi à los ,, dichos Indios, como al beneficio de mi ,, Real Hacienda: He tenido por bien de ,, de mandar al Presidente, y à la dicha mi ,, Audiencia de la Provincia de las Char- ,, cas, proceda en esta razon contra los de- ,, linquentes en ello; y no solo los prive ,, de los Indios, sino que les condene en ,, las penas corporales y pecuniarias que ,, pareciere justo: y que si vieren que en ,, execucion de este caso es necesario hacer ,, otra demostracion, la hagan, y provean, ,, como se ponga por capitulo de residen- ,, cia, y haga cargo y culpa de ello al di- ,, cho Corregidor de Potosì, si disimuláre, ,, ó consintiere se continùe semejante ex- ,, ceso; y que desde luego hagan que el ,, Fiscal de la dicha Audiencia salga à esta ,, causa, y pida lo que conforme á justicia ,, fuere conveniente, &c.

16 Quem quidem excessum, sive plagium nullibi magis frequentari existimo, quám apud Guancabilcam, ubi obsistente nihil quadam ex conditionibus contractus cum minerariis initi, plurimi ex illis à mittendariis Provinciis expetunt pecuniam pro Indis, & certum statutum pretium habent juxta earum distantiam. Nam Mitaji, Xauxini, Guantam, & Andaguailenses solvunt pro quolibet ad rationem quinquaginta ponderum, singulis vicibus duorum mensium, & sic cęteri. Et plerumque accidit eos, ubi eunt personalitèr, & non nummatim variis artibus, & molestiis deterreri, & fugari, ut sit occasio mittendi judicem per gubernatorem prætextu defectorum, qui eos extorqueat á correctore in pecunia, invitis tamen, & contradicentibus quibusdam minerariis honestis, & benemeritis, qui Indos quærunt ad elaborandum, & nummos rejiciunt, ne gravent, & expilent pauperes Indos, & deplument miserandos passerculos, quia ut ait Cassiodorus: (y) *Ut tenues levi dispendio vulnerantur, quando vel mediocri injuria totum videtur amittere, qui exiguum cognoscitur possidere.* Unde adversus tale pretium ex nundinatione Indorum imbursantes, optimè invehitur D. Joannes de Solorzano, (z) dicens: Judæ instar tradere istos, & vendere justorum sanguinem, vel ab eisdem Indis, vel eorum Caciquis pecuniam accipientes.

17 Tertia animadversio in hoc negotio est, ut D. Prorex in distribuendis Indis huic labori destinatis attento judicio perpendat merita, & servitia minerariorum Guancabilcæ, ad eos remunerandos, & proficiendos in prædicta distributione, & curet ne rejiciat præcipué primarios, & vetustos, & eorum successores ob admissionem novorum juxta supradicta. Quales, & quot fuerint isti, & in quos ex hodiernis fuerit jus transmissum, cunctis erit perutile agnoscere: Sed quia res prolixa est, & contra nostrum institutum, mitto lectorem ad ipsas distributiones cujusvis Proregis tempore celebratas, & præsertim ad relationem accuratam conditam à D. D. Joanne de Solorzano, (bone Deus, quali, & quanto viro) dum apud Indianos meos habenas moderaretur gubernii Guancabilcæ. Ibi enim enumerat personas gradatim á potioribus, sive magis dignis ad inferiores decurrens, necnon & Indos, qui in quavis conductione antecedenti eis fuerint assignati, & tandem Dominum Principem Squilacensem direxit suis notis, & regulis, & ut ita dicam, manuductionibus ad distributionem suo tempore faciendam; ex quibus brevitèr aliqua potest instillari doctrina, quæ in simili aliquando proficiat ad obtinendam aliquam cognitionem de hac re optimé meritorum, quorum tres species constituam.

18 Primam occupant sicuti potiorem gradum, descendentes, seu habentes causam à detectoribus fodinarum. Nec mirum, cùm sempèr prædicti fuerint variis privilegiis, & favoribus prosecuti, ut qui sua sorte, labore, & sumptibus repararunt aptam ditandi Regis, Reipublicæ, & eorum ci-

(y) *Variar. 7. form. 14.* (z) *Ubi suprá num.* 11.

civium. (aa) Quæ qualitas regulanda non dignitatis titulo, sed pro uniuscujusque merito, in hæredes proprios jure sanguinis transfunditur, vel in extraneos distractionis, donationis, vel cujusvis alienationis jure transcribitur. (bb) Siquidem servitia hujusmodi non ingrata, nec inutilia Principi, sicuti vassallo præstant jus eum conveniendi, possunt legari, vel cedi alteri. (cc)

19 Hi detectores (ut rerum primordia pandam) fuerunt in primis Petrus de Contreras, oriundus ex populo S. Lucaris de Barrameda, & Henricus Garces Lusitanus, qui ex nova Hispania venerunt ad Peruanam Provinciam minii cupidine pellecti, quód audierant venditari in platea Limensi, & ejus beneficio facies Indorum rubere sub nomine *Limpe*. Tandem post varios anfractus detexerunt fodinam dictam *Tomaca*, in situ de Paras, anno 1560. (dd). Et inierunt contractum cum D. Prorege D. Hurtado de Mendoza, Marquione Canetii, quo tenebantur eam elaborare suis sumptibus sub onere quinti pendendi Regi; sed omnia inanitèr, nam ob paupertatem metalli res non habuit effectum.

20 Amator de Cabrera posteá anno 1564. professus est in Guamangensi civitate apud Correctorem fodinam nuncupatam, *la descubridora todos Santos*, quam in monte diviti Guancabilcæ detexerunt Indi Angaraes ei commendati, sive ut alii volunt, quidam Indus D. Gonzalus Navincopa populi de Chachas ejusdem commendæ: de qua Joannes Laet. (ee) hæc: *Inter fodinas autem excellit quæ Amadei Cabrera, vel etiam Sanctorum nomen sustinet, durissima rupes, & infinitis hydrargyri venis per totam molem discurrentibus, tumens, octuaginta quidem ulnas Hispanicas in longitudinem, quadraginta in latitudinem occupans; & quaqua patet, octuaginta cubitos in profundum suffosa, ita ut trecenti metallici hic simul operi possint vacare.* A terminali lapide istius, vulgó *estacas*, professæ fuerunt aliæ fodinæ, nempé *Santa Inès*, *Santa Isabèl*, *Correa de Sylva*, *Juan Garcia*, *Inés de Robles*, *&c.*

21 Antonius Rodriguez Cabezudo detexit itidem *Chacllatacanam* montem sic nuncupatum.

22 Alonsus Hernandez deinde invenit puteum venæ nominatæ, *La descubridora*, prope quem aliæ etiam detectæ fuerunt non exilis compendii.

23 Franciscus de Argumedo lavacra Indorum offendit, in quibus pulvisculus metallicus ab eis diluebatur.

24 Joannes Ruizius de Coria alium montem ad unius leucæ distantiam detexit, quem appellarunt *del plomo*, cum non paucis venis ejusdem metalli, sed nuspiam excavatis, ut nimis sumptuosis.

25 Sequitur secunda species benemeritorum, quæ conficitur ex minerariis antiquis, qui emerant ab Amatore de Cabrera fodinam principalem, antequam ille eam renuntiaret in favorem Regis nostri, in manibus D. Francisci á Toleto nomine Regio uti Proregis, sub quibusdam remunerationibus, & incorporatio ejus fieret cum cæteris venis argenti vivi in Regiam coronam, ut in capitulo 16. Instructionis rei dominicæ, die 15. Decembris, anno 1568. illi injunctum fuerat, ibi: *Las minas del azogue que se han descubierto, ó descubrieren adelante en la Provincia del Perú, havemos mandado se incorporen en nuestro Patrimonio y Corona.* Hi fuere Joannes de Sotomajor, Petrus de Contreras, Rodericus de Torres Navarra, Alphonsus Perez: cum quibus post dictam incorporationem addito Petro de Contreras Ferias, & Joanne Rationero, fuit celebrata prima conductio hujus Regaliæ trium annorum tempore, (ff) data ad id commissione Licenciato Loarte Quæstori Senatus Limensis à dicto D. Prorege, qui hanc primam, & aliam secundam conduc-

---

(aa) D. Joann. Baptist. de Larr. *decis. Granat. disp.* 44. *num.* 7. (bb) *L.* 1. *C. de annon. civil. lib.* 11. Joann. Fab. *in* §. *is veró, de rer. divis. in institutis.* Æneas Robert. *lib.* 3. *rer. judicat. cap.* 3.
(cc) Vasconcel. *lib.* 3. *var. iur. argum. cap.* 8. Gratian. *discept. cap.* 179. *num.* 24.
(dd) Gregor. Garcia *lib.* 4. §. 2. *de orig. Indor.* (ee) *In novo orbe lib.* 10. *cap.* 29.
(ff) *Juxta præfinit. text. in l.* 4. *C. de vect. & comm. l.* 7. *tit.* 7. *p.* 5. Azevedo *in l.* 2. *num.* 7. *tit.* 11. *lib.* 9. *novæ Recop.*

ductionem ab eodem Quæstore cum eisdem sex minerariis contractam, de ejusdem mandato confirmavit die 9. Junii, anno 1573. & 1. Septemb. ann. 1574.

26 Ad tertiam subsecutam conductionem initam ab ipso dicto Prorege die 29. Maji, anno 577. quia Rex jusserat cum vetustis minerariis eam iniri, in quodam capite epistolæ 1. Decembris, anno 573. admissi fuerunt sequentes, ex quibus plurimi ex hodiernis, uti eorum jura referentes, admitti solent.

Petrus de Contreras.
Rodericus de Torres Navarra.
Joannes de Sotomayor.
Martinus Alonsus de los Rios.
Alonsus Gonzalez Bocache.
Alonsus Gonzalez Chamorro.
Joannes Rationerus.
Petrus de Contreras Ferias.
Alonsus Perez.
D. Diegus de Meneses.
Joannes Garcia de la Vega.
Hernandus de la Peña.
Joannes de Almonte.
Joannes de Velasco.
Petrus de Ucedo.
Franciscus Lopez Crespus.
Petrus Pintus.
Melchior Coronatus.
Didacus de Troja.
Ludovicus de Pinela.
Joannes Lucas de Valencia.
Diegus Garcia de Chaves.
Joannes de Contreras.
Gasparus Ramirez.
Simonius Lopez.
Christophorus de la Milla.
Gasparus de Contreras.
Joannes de Raja.
Gonzalvus Fernandez de Herrera.

27 Et in hac ultima conductione distribuit D. Prorex 1300. Indos, ut patet ex cap. 26. epistolæ Regiæ ann. 1578. ibi: *En lo que decis, que para la labor y beneficio de las minas fueron 1ʒ300. Indios, &c.*

28 Tertia species optimè meritorum componitur ex peritis in re metallica, & aptis ad laborandum; quorum in quavis conductione non parvus numerus cæteris intertextus est à D. Proregibus, ut qui pro arbitrio suo, moderato tamen rationis compedibus, tenentur curare de hoc, sicut de cæteris membris rei dominicæ. Et quidem cùm scopus hujus operis eo tendat, ut extractio metallorum, & eorum beneficium augeatur: nullus idonior visus est ad hanc rem, quàm artifex; & quivis hujus artificii dogmatibus imbutus, eventibus, & experientia non incognitus, & qui sui jam optimum specimen dederit, argumento textus in l. fin. C. de murileg. lib. 11. ibi: *Et tam arte, quám ętate habilis, atque idoneus, actis apud Præsidem Provincię factis, & esse illum idoneum, corpore deponente.* L. per illiricum. 9. C. de Cohort. lib. 12. ibi: *Adhibendi autem sunt ad hujusmodi ministeriorum obsequia, non illi qui vano militiæ nomine immania lucra sectentur, sed qui necessitatem solicitudinibus debitis exequatur.* (gg) Et præcipue opifices artis metallicæ, ubi adeó necessarii sunt, haud foveri nequeunt, ne illic, ut utar Plinii secundi verbis, (hh) pecunia, & quod est omni pecunia pretiosius, munus regale malè collocetur ob defectum peritorum. Unde Trajanus illi respondens, ait: (ii) *Architecti tibi deesse non possunt. Nulla Provincia est, quæ non peritos, & ingeniosos homines habeat, modò ne existimes brevius esse ab urbe mitti, cúm ex Græcia etiam ad nos venire soliti sunt.* Eisdem pené verbis Rex noster in cap. 4. instruct. rei domin. ad D. D. Franciscum á Toleto, die 28. Decembris, anno 1568. ibi: *Todavia sería bien, que de acá se llevasen algunos maestros especialmente Alemanes, que en este arte tienen grande experiencia y suficiencia, pues podrian ser de mucha ayuda, y servicio para las dichas minas.*

Hic

(gg) *L.* 1. *C. de metallar. eod. lib.* ibi: *Labore proprio, l.* 1. *C. de excusat. artific. lib.* 10. ibi: *Quo magis cupiant, & ipsis peritiores fieri. Notant nostri in l. Inter artifices, de solutionib. junctis quæ diximus suprà in casu octavo.* Vincent. de Franch. *decis.* 363. *&* 679. Æneus Robert. *lib.* 2. *rer. judicat. cap.* 16. (hh) *Lib.* 10. *epist.* 41. (ii) *Epist.* 42.

29 Hic tamen fuscare neque oblivione amicum Lupum de Saavedra, aliàs *Busconem* nuncupatum, potius per excellentiam, quàm per scomma, veluti quæsitorem secretorum artis, & naturæ in re metallica, qui nostro ævo furnos *busconiles* invenit, procera forma, & veluti in brachia ex tubulis lateritiis structa se extendentes: quorum beneficio irrigatorum aqua fluviali recolligitur hodie plus argenti vivi, quàm olim in ollis coopertis, hispanè *Caperuzas*, nullo jam spreto metallo, utcumque paupere. In cujus præmium tria pro centum additi per eum augmenti, illi condonata sunt à Domino Prorege in perpetuum sibi, & successoribus. His proximum est quædam observari circa administrationem, & conductionem hujus Regaliæ non inutilia, nec contemnenda quæ passim offerri solent, & ut plurimum provisa sunt in Regiis ordinibus.

30 Primum, quód licét ad has conductiones ineundas accedant plus offerentes per animosam licitationem, aut quovis modo, ut excludant minerarios antiquos, admittendi non sunt: nam, ut jam suprà enuntiatum est, voluntas Regia eos in omni eventu præfert, insuper habita auctione lucri Regalis, seu oblatione majoris compendii, cap. 15. instruct. argenti vivi ad D. D. Garcia de Mendoza, die 19. Septembris, anno 1588. ibi: *Y aunque haya otras personas que quieran hacer baxas en los dichos precios, no las admitireis, si vieredes que los dichos Mineros se acomodan á lo que fuere justo; pues como està dicho, mi voluntad es, que sean preferidos à otros qualesquiera: y el bien del negocio no está tanto en que sea el precio poco mas, ó menos, como en que se saque mucha cantidad, y que para poderlo hacer, anden descansados, y sobrellevados*, l. Prædia 5. C. de locat. prædior. civil. lib. 11. ibi: *Sed nec locabitur alteri, licèt ingenti superari videantur augmento possessio.* Pulchrum exemplum apud Plinium secundum, (kk) ibi: *Miraris, quòd Hermes libertus meus hæreditarios agros, quos ego jusseram proscribi, pro meo quicunce, septingentibus millibus Coreliæ addixerit, adjicis, posse eos nongentis millibus venire.*

31 Secundum pretium solvendum minerariis pro quovis centum pondio argenti vivi debet esse utrinque accommodatum; taliter, quod nec minerarius ob ejus vilitatem pauperetur, & deterreatur ab opere metallico, nec Rex ob ejus magnitudinem lædatur. Nam ut ait Cassiodorus: (ll) *Ne cuiquam labor suus videatur ingratus, salaria ejus pro qualitate locatæ rei vestræ volumus æquitati constitui: non enim nostra, sed illorum rura dicenda sunt, si pro voluntate conducentis modus eveniat pensionis.* Inæqualitas enim pretii turbat firmitatem contractus, & corrumpunt conventiones, notant nostri, (mm) præcipué Pinelus.

32 Quare ut illud evitetur, & conductio ritè, & recté fiat, curandum, ut merces, vel pretium non pendeat ex privata affectione, sed ex communi hominum consuetudine. (nn) Sing. text. in l. si servum 33. ad leg. Aquil. ibi: *Non affectiones æstimandas esse puto, sed quanti omnibus valeret. Sextus quoque Pedius ait, pretia rerum non ex affectione, nec utilitate singulorum, sed communiter fungi.* (oo) Quod notari velim ex eo quod licèt jussum fuerit, ut pretium cujuslibet centum pondii sit centum ponderum, in cap. 16. dictæ instruct. ibi: *En lo que toca al precio à que han de dar los dichos Mineros cada quintal de azogue, puesto en mis Almacenes en poder de mis Oficiales Reales de mi Hacienda que alli residen; ha parecido que fuese à quarenta y seis pesos ensayados: que es algo mas del ultimo precio, porque el Virrey Don Francisco de Toledo se concertò con ellos.* Illud non cuilibet tempestati aptari potest, & variationem consuevit recipere juxta tempora, & profunditatem illius mineræ, ac reditus, & ubertatem metalli. (pp) Nempè se-

L

(kk) *Lib.* 1. *epist.* 11. (ll) 5. *Variar.* 39. (mm) *In l.* 2. *C. de rescind. vendit.* (nn) *L. in leg.* 62. §. 1. *&* *l. Pretia* 63. *ad legem falcid.* (oo) Dueñas *reg.* 34. Menoch. 1. *rem. recuper. num.* 416. *&* 418. D. Gregor. Lopez Mader. *animadvers. cap.* 10. *num.* 2. Vivius *lib.* 1. *decis.* 70. Hering. *de fidejus. cap.* 22. *num.* 67. (pp) *L. si quos, C. de rescind. vend. dict. l.* 63. §. *Nonnullam, l. speciebus* 8. *C. de cohortal. lib.* 12. *l.* 18. § *ult. de donat. caus. mort. l.* 14. *de condict. furt. id enim est, quod* Ulpian. *vult in d. l. in leg.* §. *corpora.*

secundum rei veritatem taxationem faciendam esse, non veró secundum pretium formale, ibi: *Nec quidquam eorum formali pretio estimandum esse, sciendum est; quasi pretium formale sit, quod præscriptum est in forma censuali.* (qq)

33 Rursus caveri oportet, ut excipiantur in his conductionibus metalla collapsa ruinis, vel terræmotu, aut alia vi majori de fuscris, pilis, vel pontibus metallicis, quibus sustinentur fodinæ, ne ad conductores pertineant, nec eis fruantur, ut consueverunt in vetustis conventionibus; quia his non exceptis, aviditas publicanorum temerè ausa est in ipsa fulcra, pontes, & columnas grassari, & abradere paullatim metalla, ex quibus ea componuntur, quæ omnium sunt opulentissima, quo facto attenuari contingit, & proptetea nutari, immó & corruere maximam partem illius maquinæ. (rr) Quare in omnem eventum ramenta hæc, sive crustæ Principi reservari debent, uti Domino; argum. Novellę Imperat. Leonis 95. sub titulo de avulsa terræ crusta, uti cautum est à prudentissimo Prorege D. Comite Chinchonensi, in cap. 12. suæ conduct. ibi: *Para remedio de lo qual su Excelencia manda, que todo el metal que durante este arrendamiento se derribare, y cayere en las dichas minas de los dichos pilares, estrivos, puentes, tablones y bobedas, ha de ser de su Magestad, y no de los dichos Mineros.* Et ibi: *Y los Oficiales Reales lo venderàn de contado à quien mas diere por el dicho metal caìdo.* (ss)

34 Accidit sæpissimè minetarios prædictos relocare, seu in administrationem dare, quod illis locatum est à Rege, ex quo plurima damna exoriri solent. Nam in primis Indi plus solito gtavantur, & affliguntur ab istis redemptoribus, & libertas eorum infringitur subjecta commercio, cúm sit expers illius, & opera, ac illorum servitia mutantur, & per consequens ipsa mineralia incuria maxima tractantur, nullis extractis metallis, cúm Indi operarii ad alios labores traducantur; aut perperam, & avidè elaborata, ut parvo tempore dicetur reconductor, destuctantur metalla, & cuncta ad fraudem, & periculum reducuntur. Quare licèt regularitèr locare non denegetur conductoribus; (tt) tamen conductione, de qua noster sermo, illud prohiberi debet, ne incurrantur inconvenientia prædicta, maximè cúm non æqué idoneus reconductor inveniatur: (uu) & denuo introductus, & admissus à primo, proclivis sit ad defluctandum, & perversè fruendum dextra, & læva. Apposite in hos Constantinus, (xx) ibi: *Emphiteuticarios gravant coloni agros præter consuetudinem usurpantes, quos nullis culturis erudierunt.* Cassiodorus itidem in eosdem, qui suffecti sunt nomine vellicorum: (yy) *Vellicorum quoque genus quoad damnosam tuitionem queruntur inventum, tam de privata possessione, quàm publica funditus volumus amoveri.* Non longè Martial. lib. 10. epig. 30.

O vinitores villicique fœlices,
Dominis parantur, ista serviunt vobis.

Videndus Gregorius Lopez, (zz) ibi: *Agens de conductoribus, qui ultimo anno, & residuo tempore defructuant, & deteriorant prædia, & vineas, ut ampliores fructus percipiant.* Cum Joann. de Plat. in dict. l. 1. C. de mancip. & colon. cap. 7. dictæ scriptutæ. *Es condicion, que ningun Minero de los comprehendidos en este asiento pueda arrendar, ni dar en administracion la labor de las minas que por el dicho asiento le perteneciere; ni los Indios que para labrarlas se le repartieren, aunque sea para ocuparlos en el mismo ministerio, porque ha de quedar obligado à asistir en la dicha Villa ò cerro; y no ha de hacer ausencia sin licencia de su Excelencia, que se la darà, conviniendo, &c.*

Fœ-

(qq) *L. Forma* 4. *D. de censib. juxta interpretat.* Duareni, *ad tit. ad legem Falcid. cap.* 8.
(rr) *Contra l. si quis* 38. *D. de pœnis*, ibi: *Si quis aliquid ex metallo Principis. Et l. in Ægypto* 10. *de extraord. crim.* ibi: *Qui chomata rumpit, vel dissolvit.* (ss) *L. in fraudem* 45. §. *conductor. de jure fisci.* (tt) *L. cúm in plures* 60. *D. locat. l. si tibi* 7. *l. Nos* 8. *D. eod. l. Nemo* 6. *C. eod.* Gom. 2. *tom. variar. cap.* 3. *num.* 11. Conan. *lib.* 7. *c.* 11. *num.* 6. *col.* 2. Dueñas *regul.* 304. Donell. *lib.* 13. *comment. cap.* 7. Gregor. Lopez *in l.* 5. *tit.* 8. *part.* 5. *Gloss.* 8. (uu) Ossuald. in Donell. *dict. cap.* 7. *lib.* 13. *litt. D. per text. in l. Sed neque* 7. *de usu, & habitatione.* (xx) *In l.* 1. *C. de mancip. & colon. lib.* 12. (yy) 5. *Variar. epist.* 49. *in fine.* (zz) *In l.* 74. *tit.* 8. *part.* 3. *Gloss.* 4.

Fœlix illa contingit , & prędicanda captivitas, ut ait Cassiodorus, (aaa) *cæteris dominis in hac sorte deteriores , quoniam alienare nequeunt , quod possidere prævaluerunt.* Unde non ineptè dicere possumus quodammodo istos publicanos veluti conditionatam habere libertatem, cùm à loco, & scitu minerarum liberé discedere nequeant intra tempora contractus, nec in suum locum alios possint constituere ad exemplar Curialium, de quibus in l. Nullus 60. C. de Decurion. lib. 10. ibi : *Nullus qui nexu generis Curię tenetur obnoxius , per substitutam quamcumque personam curiales impleat functiones , sed ipse per se munus exsolvat.* (bbb) Metallariorum, de quibus in l. fin. C. de metall. lib. 11. ibi : *Ad propriæ originis stirpem , laremque revocentur.* Bastagariorum, & murilegulorum, de quibus in l. æternam, & l. Murileguli 11. C. de murilegul. lib. 11. Fabricensium, Corporatorum, Collegatorum, Nummulariorum, Colonorum, Patrimonialium, &c. (ccc)

35 Prætereà observari oportet, ne admittantur ad novissimam conductionem minerarii, qui ex antecedentibus remanserint adstricti debitis fiscalibus quousque ea exsolvant, sive satisdent, cap. 2. dictæ scripturæ, ibi : *Es condicion , que los Mineros que ansi debieren alguna cantidad , no han de poder gozar de este arrendamiento , ni entregarles los Indios que les fueren repartidos en él , si primero no huvieren pagado la dicha deuda en azogue en caldo , quintado à quarenta y quatro pesos ensayados ; y no teniendo azogue , en reales , como les fueron dados para la paga de los dichos jornales.* Elegans textus in l. Locatio 9. §. 2. D. de public. & vect. ibi : *Reliquatores vectigalium ad iterandam conductionem antequam superiori conductioni satisfaciant , admittendi non sunt.* (ddd)

36 Sequitur providendum, ne dicti minerarii præter argenti vivi fodinam conductam possint aliàs argenti, auri, & aliorum metallorum conducere; tum ut expeditiùs, & accuratiùs Regi elaborent in plura non distracti; tum ne detur occasio transmittendi Indos ad earum effossionem, in dispendium primæ conductionis cui additi sunt, ut continetur in cap. 3. dicti contractus, ibi : *Otrosí , los Mineros de este asiento , durante el tiempo de él , no puedan labrar minas de plata , ni oro , plomo , y cobre , suyas , ni agenas , ni tener à su cargo ingenios de ellas , &c.* (eee) *Ne ex alia causa eorum debita onerentur.* (fff)

37 Tandem conductio hæc iniri non oportet, nisi idonea cautione & satisdatione præstita à dictis minerariis, l. 1. C. de locat. prædior. civil. ibi : *Neque enim quidquam potest ex devotionis plenitudine vacillare, si apparitione judiciaria , & fundi idoneis attributi sunt , & inde fiscalis indemnitas idonea fidejussione est munita.* L. Locatio 9. §. 3. D. de vestig. ibi : *Nisi fortè tales fidejussores obtulerint , qui debitis eorum satisfacere parati sunt.* L. Quilibet 7. C. de executor. & exact. lib. 12. ibi : *Præses ipse , vel alius ad quem jussio dirigitur, cautione exigit.* Edictum 13. Imperatoris Justiniani, cap. 10. ibi : *Aut sufficientem tractoribus scriniariisve cautionem præstet.* Et cap. 24. §. 3. ibi : *Omnibus modis explendum fiscum , illive satisfaciendum curent.*

38 Ubi tamen animadvertendum oportet, conjungendos itidem dictos minerarios in hac conductione sub nexu obligationis individuæ, & insolidum, vulgò *mancomunidad*, ut firmior, & securior fiat executio contractus; & omnes pariter invigilent in satisfaciendo suo muneri, quolibet illigato pro aliis, & excluso cui illud recusaverit. Sic præcipitur in capite 15. dictæ Instruct. D. D. Garciæ de Mendoza, ibi : *Y procurar que se mancomunen todos , y que se asegure el*

(aaa) 12. *Variar.* 9. (bbb) *L.* 1. *C. Si curiales , relicta civit. lib.* 10. Cassiodorus 2. *var. epist.* 18. *& lib.* 9. *epist.* 2. (ccc) *De quibus in titulis* 9. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 50. 51. 52. 62. 67. *C. lib.* 11. Baeza *de inope debitore , cap.* 2. *à num.* 17. Gregor. *in l.* 89. *tit.* 18. *part.* 3. (ddd) Crinit. *discept.* 15. *cap.* 3. Sebast. Nevius *in dict.* §. 2. (eee) *Argum. text. in l. Curialis* 30. *C. de locat. & cond. l. Licet* 35. *C. cod. ratio text. in l. Locatio* 9. § *Debitores , D. de public. & vect.* (fff) *L.* 2. *C. de agr. & mancip. lib.* 11. ibi : *Ac tantùm colendis nostris rebus additi , l.* 1. *C. de conduct. prædior. fisc. Dom. Augustæ* , ibi : *Non privatis se negotiis.*

el cumplimiento de su obligacion quanto fuere posible ; y no dareis Indios al que no quisiere entrar en la mancomunidad, excluyendole del asiento , y todos se han de obligar à dar la cantidad de azogue. L. 5. C. de fabricens. lib. 11. ubi apposité Imperator: *Denique quod ab uno committitur , id totius delinquitur periculo numeri , ut constricti nominationibus suis, sociorum actibus quandam speculam gerant, & unius damnum ad omnium transit dispendium.* Facit integer titulus , & lex unica , C. sumptus injuncti muneris ad omnes collegas pertinere , lib. 11. ibi: *Cúm ad munus exhibendarum angariarum cum aliis creatus à consortibus, muneris sollicitudine deserta, solúm te functum esse proponas , &c.* L. Imperator 11. D. ad municip. ibi: *Officium individuum , ac periculum esse commune.* Et l. Quid 13. D. eod. ibi : *Individuum officium , & commune periculum suscepturum.* (ggg) Quibus addenda est ratio textus in l. fin. C. de agricol. & mancip. domin. lib. 11. ubi in emptione agri dominici non unus colonus tantúm, sed plures sociari jubentur ; nec mirum, cúm propterea dicantur dicti metallarii, corpus , societatem , & collegium habere in l. 1. quod cujusque univer. ibi : *Vel auri fodinarum , vel argenti fodinarum , &c.* Eleganter P. Adam. Contzen (hhh) monet Principem , ut ad operationem metallicam more antiquo Romano conjungat plures homines simul , & divites , qui olim dicti publicani. (iii)

39 Addimus semper curandum , ut ad mensuram quantitatis argenti annui , quod é mineris argentinis Perubii deducitur , se extendat quantitas argenti vivi quotannis tradenda per publicanos, ut sic abundè omnibus provideatur , quando juxta benemeritam rationem utriusque genetis , & inter se mutuam indigentiam experimento comperimus non plus unius , quàm alterius copiam desiderari ; immó argenti vivi ampliorem esse debere, ut si necesse fuerit, provideatur fodinis Mexicanis ; & superfluum servetur in tempus futurum , propter casuales defectus qui possunt contingere ex pluribus causis, ex schedula ad D. Garciam die 19. Septembris, anno 1588. ibi: „Una „ de las cosas en que principalmente con„ siste la grosedad y riqueza de las dichas „ Provincias, y por esta parte lo mas de lo „ que conviene á su buen asiento , y tam„ bien à la posteridad de estos Reynos , es „ dar orden en que se saque , y haya azo„ gue en abundancia para el beneficio de „ los metales , de los quales mediante los „ ingenios de que se usa para este efecto, „ se saca otra tanta plata , como se provee „ de azogue , &c." Quo tendit exemplificatio D. Principis Squilacensis in sua relat. num. 135. ibi : „ Será necesario consumir „ cada año en el beneficio de los metales „ mas de seis mil quintales , porque otros „ tantos se sacan de plata , cinco mil en „ Potosí , setecientos en Oruro , doscien„ tos en Castrovirreyna , y ciento en las „ demás minas ; por ser asientos pequeños, „ en que entran las de oro de Zaruma en „ Loxa , porque las de Caravaya son de „ solo lavederos." Posteá tamen superadditæ sunt fodinæ de Cailloma , Chocaia , Condotoma , Conchuchos , Rauma , quæ absumunt magnam quantitatem , & Potosini montis lassitudinem , & debilitatem supplent. Sum tamen persuasus minorem suffecturam , si in quovis scitu minerario adesset peritus beneficiator á Prorege prævio examine approbatus , juxta l. fin. C. de murilegul. lib. 11. *Et tam arte , quám ętate habilis, atque idoneus , actis apud Præsidem Provincię factis.* Nam ob hujus artificii defectum , & imperitiam beneficiandi argentina metalla , & abusus commissos in utendo argento vivo improvidé , & nondum perpurgato metallo , nec vitiis ingenitis excussis virtute hujus , vel illius medicaminis ferri , scilicet calcis , plumbi , & cæterorum , plurimum argenti vivi revoluti cum terrea argentea , é contignatione dilabitur, & perditur : sed de his alii.

40 Quoniam argentum vivum non priús formam liquidam , & fugacem adipisci-

(ggg) Boer. *decis.* 8. *num.* 11. Mand. *cons.* 356. *vol.* 2. Raudens. *decis. Pisan.* 4. *per totam.*
(hhh) *In Polit. lib.* 8. *cap.* 12. (iii) *Vid. l.* 4. *D. de colleg.* Bodin. *lib.* 3. *Polit. cap.* 3.

citur, quàm fumus, á quo procedit, fuerit ab attritis, & concrematis metallis evaporatus, & combustioni hujusmodi nullum lignum aptiùs invenitur, quàm Gerva, *Hicho* appellata, quæ non sine causa veluti inexcusabilis conjux cum dicto metallo urenda, & copulanda in eadem montana patria enascitur, & abscissa renascitur, & germinat: prudentér supremum Consilium jussit, rescribens ad Comitem del Villar, die 9. Martii, anno 1586. *Que se hagan plantas de rama, pepitas y semilla, y se conserve la yerva, ó maleza que llaman hicho, con que se beneficiaban las minas.* Et ibi: *Y he entendido, que el que estaba cerca, ha venido casi á acabarse, y que asi se trae de lexos; y que sin esto no se podrian labrar las dichas minas, haciendo Ordenanzas para su conservacion.*

41 Nec mirabilis, aut insolens cura hæc lignaminum videri debet, ex his quæ notat Joannes de Platea. (kkk) Propterea apud Romanos custodia sylvarum, montium, & nemorum Consulibus demandata fuit. (lll)

42 Postremó scire oportet, detectori mineræ argenti vivi in præmium detectionis deberi usumfructum illius per tempus triginta annorum, quibus elapsis, reddit ad proprietatem, & cum ea consolidatur incorporata Regio patrimonio, juxta ordinationem 20. D. D. Francisci á Toleto, nisi ampliùs vivat dictus detector; nam hoc casu, quoad decedat, illi permittitur uti frui, ut in ea continetur, quæ sic se habet: „ Ordeno, y mando, que qualquiera „ persona dende la publicacion de esta Or„ denanza en adelante en todo este Reyno „ pueda descubrir minas de azogue, y las „ manifieste, y registre, y en ellas tenga „ las varas que á los descubridores les están „ señaladas, y concedidas en las minas de „ plata por estas Ordenanzas, en la parte „ y lugar que las escogiere; las quales ten„ ga, y posea, y se aproveche del metal „ que de ellas sacáre por termino, y espa„ cio de treinta años, que corran, y se „ cuenten dende el dia que hiciere el regis„ tro del dicho descubrimiento, con facul„ tad que pueda vender el derecho, que por „ lo que dicho es, se le concede en las di„ chas minas que asi descubriere por el „ dicho tiempo; y de la misma manera pa„ se á los sucesores, que por qualquier ti„ tulo huvieren de haver los demàs bienes „ del dicho descubridor. Y si el tal descu„ bridor en todos los dichos treinta años „ no huviere dispuesto de las dichas mi„ nas, y viviere mas tiempo, que goce de „ ellas hasta que muera; y cumplido lo „ susodicho, queden incorporadas en la „ Corona Real, con los demás que huvie„ re en la dicha beta, que asimismo se po„ nen en ella dende el dia del registro, sin „ que persona alguna se pueda estacar, ni „ tener parte en toda ella, sino tan sola„ mente el dicho descubridor: el qual por „ el dicho tiempo há de ser obligado á „ vender á su Magestad todo el azogue que „ se sacáre de las dichas minas, dandole „ por cada quintal, si fuere de las minas „ de Guancabilca para abajo, ò hasta el „ Cuzco, lo mismo que dà á los que la la„ bran, ò labraren; y si desde el Cuzco „ para arriba, la quarta parte mas. Con los „ quales dichos aditamentos se cumpla, y „ execute lo contenido en esta dicha Or„ denanza: por manera, que los dichos „ descubridores de las dichas minas de azo„ gue, ni sus herederos, ni sucesores, ni „ aquellos à quien fuere vendido el dere„ cho que ellos tuvieren, que asi les es „ concedido por esta Ordenanza, no pue„ da vender, ni rescatar, ni en otra ma„ nera alguna tratar, ni contratar con el „ dicho azogue, si no fuere dandolo á su „ Magestad por el precio, y en la forma „ que está declarado. Mándo, que los Ofi„ ciales Reales de su Magestad, que han „ de tener asimismo estas Ordenanzas, „ asienten en un libro de su oficio todas „ las minas que del dicho metal de azogue

M se

(kkk) *In lib. 2. C. de cupr. ex luco* Daphnidis, *&* Lucas de Penna *in rubric. referens eo textum insignem in l. in fraudem* 45. §. *penult. D. de jure fisci.* (lll) Cassan. *in Catal. glor. mund. part.* 7. *consid.* 21. *in fin.* Cæl. Rodig. *lib.* 14. *cap.* 4. Forcatul. *in cupidin. jurisper. cap.* 4. *num.* 1.

„ se registraren, y quedaren desde entonces incorporadas en la Corona Real. La „ qual dicha venta han de hacer los dichos „ descubridores, haviendo pagado primero el quinto à su Magestad perteneciente, „ como se paga de lo que se saca de las „ minas de plata." Hanc ordinationem confirmavit Rex noster in cap. 22. instructionis de hac re ad Comitem del Villar, die 17. Septembris, anno 1588. ubi arbitratui, & deliberationi dicti Proregis commissit dictas mineras liberè detegi, & excavari ab omnibus tam detectoribus, quàm cæteris, ad instar fodinarum argenti, vel auri, modo quartum Regi penderent pro quinto, vel quintum; ea lege, ut non alii, quàm ei venderent pro certo pretio omne argentum vivum, aut tandem eis liceret uti frui triginta annorum curriculo, quinto persoluto, ibi: „ Por una Ordenanza de minas de las que hizo Don Francisco de „ Toledo, que habla sobre los azogues, „ se dispone, que á los nuevos descubridores de ellas se les dè el usufruto por „ treinta años, que corran desde el dia „ que se descubrieron; y porque conviene „ que se favorezca mucho este descubrimiento, y ha parecido que serà bien ordenar, que los descubridores tuviesen „ libertad para descubrir las dichas minas, „ y estacarse en ellas ellos, y otros, segun „ y como se estacaban los descubridores „ de minas de oro y plata, y gozasen de „ ellas ellos, y sus sucesores, con que fuesen obligados à pagar el quarto en lugar „ del quinto, ó el dicho quinto, con que „ huviesen de acudir con todo el azogue „ que sacasen, por el precio què pareciese, „ conforme al que se paga à los Mineros de „ Guancabilca respectivo, teniendo atencion á la distancia: mirarloheis, y haviendoos informado de lo que converná, „ lo asentareis como mejor os pareciere, „ dando al descubridor la mina en perpetuidad para sì, y para sus descendientes, „ acudiendo con el quinto, como está dicho, ó dandosela por los dichos treinta „ años, ó por su vida qual mas quisiere, „ acudiendo solamente con el quinto. De „ lo que llevais Cedula para usar de ella, „ y publicarla, como os pareciere.

43 Quod referri libuit ad litteram, ut sciatur communitèr, non aliud præmium hujus detectionis esse, quàm relatum: nam cætera, quæ vulgò circumferuntur tituli Marquionis, vel Comitis, & alia hujusmodi á Rege detectoribus promissa, sunt merum ægrotantium somnium; cum Regali arbitrio varianti juxta qualitatem personarum, sint præmia hujusmodi reservata.

44 Transactis autem prædictis triginta annis, & intra illos diem functo detectore, ususfructus evacuatur, & proprietas vestitur fructibus, qui ex tunc sunt Regales. (mmm)

45 Cur autem in prolixius tempus concessus non fuerit ususfructus detectoribus, ratio ex eo pendet, quia illud sufficiens visum fuit, tum ob communem vitæ hominis metam, tum ne proprietas diù abscedente usufructu, redderetur inutilis. (nnn) Lex enim sicuti ad imaginem naturæ nihil facit frustra, ita nec patitur quidquam manere frustra, prosequitur subtilis Antonius Faber. (ooo) Propterea civitas licét veré mori non possit, cùm non habeat veram personam, sed fictam, quia nec pedes habeat, nec manus; (ppp) & semper manere intelligatur, (qqq) nisi aratrum patiatur, (rrr) quomodo olim passa est Carthago à Romanis devicta, Ilion, Thebæ, Corinthus, Numancia, Athenæ, & Sichen, de qua Judic. cap. 9. quo spectat illud Micheæ: *Idcircó propter vos Sion quasi ager arabitur.* Et Horatianum lib. 1. Odæ 16.

Im-

(mmm) *Argum. text. in l. 3. §. Morte, quibus mod. ususfruct. amit. l. in singulos* 8. *de annot. legat. l.* Sempron. Attalus 26. *de usufr. legato, l. Ambiguitatem* 12. *l. Corruptionem, de usufruct. §. Finitur insta de usufruct.* Morl. *in emporio, tit.* 6. *de servit. quæst.* 1. 2. *&* 3. Gomez 2. *tom. variar. cap.* 15. D. Joann. del Castillo *integro tract. de usufr.* Donell. *lib.* 10. *comment. cap.* 16. 17. *&* 18. Anton. Faber *lib.* 19. *conject. cap.* 8. (nnn) *L.* 3. *§. Ne tamen, de usufruct. l. Antiquitas* 14. *C. eod. l. sciendum* 70. *de V. S.* (ooo) *In rationalibus ad dict. l.* 3. *§. Ne tamen.* (ppp) *L.* 1. *§ ult. de acquir. possess.* (qqq) *L.* 76. *D. dejudiciis.* (rrr) *L. si ususfruct.* 21. *quibus modis usufr. amitt.*

Imprimeretque muris,
Hostile aratrum exercitus insolens.

(sss) Tamen ne inutilis reddatur proprietas, fingitur mori anno centessimo, quod est longissimum spatium senescendorum hominum, (ttt) ea ratione à Gaio excogitata: *Quia si quis municipes perpetuò tuetur, nulla utilitas erit nudæ proprietatis.*

46 Sed antequam huic tractatui addam colophonem, non possum non commemorare, vel animi reficiendi causa, fortunatissimum cœleste munus, ac publicam lætitiam, qua hæc civitas Regalis perfussa est, quo est nuntiatum die (non solùm candido lapide, verum pretiosa margarita signando ob fœlicis nuntii gratissimum adventum) esse peractum penè desperatum opus antiqui foraminis, sive annosi cuniculi, nostri vocant *de nuestra Señora de Belèn*, quo perforata saxea viscera montium Guancabilcæ, per medias durissimas rupes planium, ac rectum stratum est iter plaustrorum, sive carrucarum non expers, quibus more Almadenico, è profundissimo mineræ sinu, facillimo negotio extrahi, & bajulari possint hydrargyri metalla, jam humeris miseræ Indianæ gentis ejus fossioni mancipatæ, & adscriptitiæ levigatis, & redemptis. Nam dicti foraminis ortus incipit à radice montis *de la Trinidad*, ac via undique plusquam trium ulnarum latitudinis patet hiatu, ac porrigitur spatio 753. longitudinis, & desinit in planitiem prædictæ fodinæ *novæ*, *& S. Jacinti.* Jam insuper habitis, & spretis veluti non necessariis immanibus chrystis, & supernis scopolis, necnon periculosis scalis, & ferè nutantibus pontibus, per quorum prolixos gradus Indi metallarii quotidie unica vice ægre descendebant ad eruenda metalla plusquam tercentarum orgiarum progressu, cum sarcina merallica ad humeros, & lumine cereo, vel potius sevi candelis, ad illustrandam vialem caliginem in zona capitali. Nam illi, ut elegantèr Cassiodorus, 9. var. 3: *Cameris ingeniosa presumptione revolutis, talpinum animal imitantes intrant profunda, & subterranea, vivunt sine supernis, fodiunt itinera, quæ nullis anteà patuerant, & sub terris compendia aliena quærentes, plerumque propria lucis gaudia derelinquunt; aliquando illis ruina via sua, redditus exosus, qui pedibus suis semitas operosis manibus effecerunt.* Et sinus autem profundi ferventi opere concurrentibus laboratorum numerosa multitudine agitato, tum vel inviti improvisum, hinc inde excussum ebibebant lethale pulvisculum, tum exeuntes foris, & supernæ luci restituti, calefacti, & anxii *pœnali opere in maledictorum metallorum feralibus officinis*, ut ait Tertullianus, (uuu) rigida ostii intemperie affecti, & candicantium montium nivi, ac frigore tacti, mortalitér rigebanr; sed bone Deus! hodie ex terminatis erumnis, ac ultimo discrimine, nacta est res novam faciem, & fortunam dissimilem, & parvo Indorum laborantium numero quingentorum, scilicet anno præterito 1644. octo mensium spatio plusquam octomille dupondiorum argenti vivi *en caldo* fuerunt extracta. Cujus fœlicitatis, & fabricæ miraculosæ (*sileant miracula Memphis*, & crypta Neapolitana) debetur gloria Deo in primis Optimo maximo, deindé sancto Comiti Excellentissimo Montis Regii, qui Prorex Perubicus anno 1604. inspiratione motus divina, jussit aperiri prædictum cuniculum, veluti tot bona parturum in exitu; quanquam non minorem laudem, sed emeritam tribuunt nostro excellentissimo, ac prudentissimo D. Comite de Chinchon, providè locanti hoc opus ad limitatum tempus, sub certo pretio in finem operis solvendo, quo addidit calcar artifici, & conductori *Joanni de Bielsa* nuncupato, qui tandem ad umbilicos tantúm opus fœliciter perduxit.

47 Ex quo fortunatu successu, usu, & operatione ferri rosarum novitér invectarum in hanc fodinam, Almadenis exemplo, judicio, & industria multiscii viri D. Constantini de Vasconcelos, paucis Indis distri-

(sss) Petr. Gregor. *lib.* 4. *sintagm. cap.* 5. Parlador. *quotid. cap.* 21. *num.* 4. *&* Interpretes *in l.* 139. §. *Urbs*, *de verb. sign.* (ttt) *L. si ususfruct.* 8. *D. de usu ex usufruct. legat.* (uuu) *De habit. mulieb. lib.* 11.

tributis in nupero contractu, nempè sexcentis & viginti, immensum, & penè incredibile argentum vivum tenentur extrahere novissimi minerarii, cujus nomina hìc inseri libuit. Don Lorenzo de Ulloa y Cabrera. Don Antonio de Ulloa y Cabrera. Don Juan de Aliaga Sotomayor. Doña Maria de Perales. Don Gabriel de Montalvo. Doña Isabèl Manrique. Don Antonio de Ledesma Salazar. Don Christoval de Torres Navarra. Don Fernando de Villalva. Don Joseph Tamayo. Don Joseph Garcia de la Vega. Don Pedro de Avellaneda. Don Ignacio Castellanos. Antonio Mendez. Don Juan Enriquez del Castillo. Don Alvaro Enriquez del Castillo. Don Juan de Sayas. Andrès Sanchez. Nicolàs Sanchez. Don Christoval Orejon. Juan Fernandez Talavera. Juan Jorge de Talavera. Francisco Gomez de Padilla. Amaro de Abreu y Ortiguera. Christoval Muñoz. Francisco de Arroyo. Pedro de Lumbier. Don Antonio de Aguilera. Lope de Saavedra. Don Rodrigo de Mendoza. Don Constantino de Vasconcelos.

48 Faxit tamen Deus, ne spem fallat eventus, neu obligationem corrogandi annua septem millia hydrargyri quintalia, juxta recentem contractum sors pessundet ominosa; nam sicuti divitię subterraneæ sunt dona fortuita, ut ait Triphonin. (xxx) & Plutonis opes fluxæ, & fragiles, ac nutantis conditionis; (yyy) sic Mercurius est numen fallax, fugax, falsum, infidum.

CAPUT XV.

Casus XII. *De locatione fodinarum Regię Coronæ, vel earum venditione, & auctionatu, aut retentione.*

1 INter casus majoris administrationis reponi debet, quamvis oblitus ab omnibus, casus præsens, nempè utrum Regis plus intersit vendi, locari, aut in administrationem dari mineras Regias, quæ in quavis detectione suæ majestati applicantur, in 60. ulnas in venis argenteis, & quinquaginta in aureis. Nam in Regiis schedulis, & præcipuè in quodam capite ad D. Franciscum à Toleto Proregem, Regiæ epistolæ, ann. 1573. hoc enuntiatur. *Pues que decìs, que algunas minas que estàn tomadas en nuestro nombre en diferentes partes, entendeis no conviene se labren por cuenta nuestra, sino que se vendan, ó arrienden, en que se sacarà mas aprovechamiento, lo hareis asi; y se os embia para ello comision nuestra: y lo mismo hareis de las minas del azogue de Guamanga.* Et schedula eidem Proregi scripta Pardi die 17. Octobris, anno 1575. ibi: *Os mandamos, que os informeis de las minas que estàn por nuestras en esas Provincias, y de la calidad y bondad de cada una de ellas, y las hagais beneficiar, arrendar, ò vender, ó como mejor os pareciere que conviene al acrecentamiento de nuestra Hacienda.* Et licèt rationales hujus arcæ Regalis, & alii (exceptis ministris arcæ Potosinæ, Cusquensis, Pacensis, & Oruro, qui fodinarum Regalium locationibus utuntur) sint in praxi, & consuetudine vendendi eas liberè, & pro arbitrio, sicuti quamlibet aliam rem vendibilem jam diù illis fuit prohibitum, ne id faciant inconsulto Domino Prorege in cap. 44. ordinationum, quas dictus D. D. Franciscus à Toleto condidit, deditque dictis rationalibus, ibi: *Avisareis al Virrey, ó Gobernador en particular, para que os ordene lo que haveis de guardar, y cumplir, porque este negocio en particular me tiene su Magestad cometido à mi, como se contiene en las Cedulas que os quedan asentadas en vuestros libros, y por el libro general de ellas, que está en mi poder, se verá la calidad que tienen, y si serà util el dicho arrendamiento.* Quo etiam spectat quoddam caput ordinationum conditarum à D. Principe Squilacensi ad gubernium, & administrationem arcæ Potosinę, ibi: *Y las que no se labraren, las hareis traer en pregones, para que se arrienden á quien mas por ellas diere, de que me haveis de dar cuenta, para que yo, como à quien to-*

(xxx) *In l. ult. D. locat.* (yyy) Ulpian. *in l. Æquissimum*, §. 5. *vers. & si fort. D. de usufruct.*

toca la administracion por mayor, vea si conviene, ò no hacer los dichos remates: y en caso que se hayan vendido algunas minas por orden de los señores Virreyes mis antecesores, se advertirá en la margen del asiento de las tales minas, y en quánto se vendieron.

2 Ex quibus duo notantur. Primùm prohibitam esse venditionem, & locationem, inconsulto Domino Prorege. Secundúm, venditionem hujus membri rei dominicæ interdictam non esse Proregibus, qui prout perpetuitas, & constantia, ac divitiæ fodinæ Regiæ responderint, hunc, vel illum contractum inducent, fisci causam agentes. Nam in quibusdam Provinciis venæ metallicæ ut in propatula superficie, & prima humiditate divites appareant, extemporalis sunt lucri, & facilé vanescunt, & hæ ubi experimento temperiei, & situs agnoscuntur, non multum curandum de eis non alienandis, & retinendis in patrimonio, & fonte Regio, sed statim subhastari, & venundari debent ad instar rerum corruptibilium. (a) Id enim prudentis administratoris, ac cauti est, nec deerit exemplum fisci arctiori casu, ubi species fiscales corruptæ erogantur, in l. 1. C. de condit. in publicis horreis, lib. 10. ibi: *Et si forté vetustate species ita corrupta est, ut per semet erogari sine querela non possit, eidem ex nova portione misceatur.* De cujus legis justitia, & simul de inquietudine, quam induxit sua publicatione in urbe, ubi publicata fuit, agit Galganet. (b) At ubi fodina perpetuam, ac continuam causam opulentiæ habere creditur, delibari, aut discerni non debet à Regio patrimonio per contractum emptionis, & venditionis, sed retineri, & locari sub hasta. (c) Antonius Faber, (d) ibi: *Si metalla pupillus habeat stipteriæ, & aluminis, vel cujusvis alterius materiæ, vel si creti fodinas, vel argenti fodinas, quia ex his fructum habere possit, &c.* Pecunia enim est lubrica res, & labilis, & semel absumpta, ingratitudinem, & poenitentiam parit; & ut ait Imperator: (e) *Licét in ea robur omne patrimoniorum veteres posuerint, fœnerandi usus vix diuturnus, vix continuus, & stabilis est, quo subsecuto interdicente, sæpè pecunia ad nihilum patrimonia deducuntur.* Hinc proverbium: *Pecuniam sine peculio fragilem esse.* (f) Et cúm non sit *ut pecus pecunia*, sed sua natura sterilis, ne otiosa jaceat, reponenda est in immobilibus, & prædiis ea comparatis, ut ait Plinius secundus consulens Trajanum, (g) ut ex fructibus, vel metallis, annui proventus, vel canones resultent Regiæ coronæ, quæ ratio cogit tutores pecuniam pupillarem in emptionem prædiorum expendere, vel mercatori tradere ad partem honesti, & liciti lucri recipiendam. (h)

CAPUT XVI.

Casus XIII. *De distributione Indorum mercenariorum spectante ad Dominum Proregem ad operationem, & laborem metallicum.*

1 PUblica necessitas eruendi metalla auri, & argenti solidi, & vivi in Peruanis Provinciis, ut Regiis necessitatibus

(a) *Text. in l. Lex quæ tutores 22. C. de administrat. tut.* Latè Menoch. *de arbitr. casu* 171. Gutierrez *de tutel. part. 2. cap. 5.* Petrus Gregor. *syntagm. 2. num. 54. & seqq.* Donell. *lib. 3. comment. cap. 12.* (b) *De jure pub. lib. 4. tit. 13. num. 10.* (c) *Argum. l. 3. §. ult. de reb. eor.* (d) *In Jurispr. lib. 1. tit. 12. part. 7. illat. 57.* (e) *In dict. l. 22.* (f) *De quo* Erasm. Chil. 4. Centur. 6. Adag. 2. Ræbard. *lib. 5. variar. cap. 17. & lib. 3. conject. cap. 6. quæ ipsa numeratione consumitur, l. innumerationibus 44. D. de solut. §. Nunc admonendi, Inst. quibus alienare licet, & mixtione inseparabili amittitur, l. si alieni 78. de solut. juxta interpretat.* Jacob. Cujac. *lib. 13. observat. cap. 28.* (g) *Lib. 10. epist. 56.* (h) Covarr. 3. *var. resol. 2. num. 1.* Escovar. *de ratioc. cap. 14. ex dict. Novell. 72. cap. 6. & 7. l. ob fœnus 49. de administrat. tutor. l. 28. de rei vendic. l. 22. §. nec veró, C. de administrat. tutor.* Aschaff. *in cons. pro ærar. class. 20. ordin.* 1548. *Facit 3. Reg. 21. ubi Naboth vineam Achab vendere noluit.* Bornit. *lib. 2. de ærario. Quare licita est prohibitio alienationis immobilium, l. 114. §. Divi, l. 2. de legat. 1. l. 69. §. 3. de leg. 2. l. 88. §. 15. D. eod. l. 38. §. 3. de leg. 3. l. fin. C. de rebus alienis non alien. tit. C. de usur. pupill.* Tiraquell. *de retr. §. 2. Gloss. 6. num. 3.* Borrel. *cons. 41. num. 2.* Socin. *cons. 2. part. 1.* Laté & elegantér Anton. Faber *in jurisprud. lib. 1. tit. 12. part. 7. illat. 84.*

bus subveniatur, & fide Catholica defensetur, ac universalis Romana Ecclesia tueatur contra ordinarios inimicos, invita ingenuitate Indorum extorsit; ut vel obtorto collo cogi possint ad elaborandum per vices, id est *Mitas*, ad rationem septimæ partis in dictis mineris distributæ minerariis, juxta qualitatem, facultates, industriam, & cujusvis artem; siquidem cætera gens huic ministerio apta visa non fuerit. Nam Hispani, aut alii albi homines quantumvis ignobiles, non nisi imperandi officium exercent in illa regione; servi autem Ætiopes intemperiem, & rigorem frigoris minerarum argentinarum sustinere non possunt; delinquentium autem (per quos loco pœnæ omni ævo expediebatur hujusmodi servitium) non est copia: solúm autem Indi, industrii, duri, & assueti, ac versati á tempore suæ infidelitatis, in labore metallico distribuuntur sub certa mercede diaria, & aliis cautionibus in eorum favorem, & levamen, pié & prudentér decretis á summo Indiarum Senatu, & Peruanis Proregibus, sed nuspiam benè observatis, de quo articulo, quia satis abunde ad Cleantis lucernam scripsir D. D. Joannes de Solorzano in lib. 1. de Indiarum gubernatione á cap. 14. omnino videndus, ne videar crambem recoquere, vel contrahere parenchirisim, ejus scripta nec rranscribo, nec meum judicium expono; referam tamen ordinationes, quæ datæ sunt ad distributionem Indorum competentem non alii, quam Gubernatori, ac administratori generali Regii patrimonii. Et in primis se offert caput instructionis rei dominicæ ad D. Franciscum á Toleto transmissæ.

2 „ Presupuesto que en la labor de las „ minas en el Perú no puede haver servi„ cio de Españoles, pues es cierto que los „ que allá están, no se aplicarán á esto, y „ se dice, que de los esclavos no se pue„ den servir en la dicha labor, por la cali„ dad, y frialdad de la tierra: y asi es for„ zoso, que se ocupen en esto los Indios. „ Los quales, como quiera que estè orde„ nado, que no se les haga fuerza, ni „ compulsion, deben ser por todos los me„ dios justos y razonables atraìdos, para „ que en las dichas minas haya continuo „ el numero necesario à la labor de ellas, y „ y para este efecto parece se debe procu„ rar con gran cuidado, que en los sitios „ y estancias mas cercanas á las minas, ha„ ya, y se hagan gruesas poblaciones de „ Indios, donde con mas facilidad, y co„ modidad, y aun con mas seguridad de „ su salud, escusando la mudanza de tier„ ras, y climas, podrán los dichos Indios „ entender en la labor.“ Deinceps alio capite ejusdem Instructionis illud providetur. „ Los Indios que anduvieren en las dichas „ minas, es nuestra voluntad, que sean „ muy bien tratados, y no se dé lugar, que „ trabajen mas tiempo del que está ordena„ do, y señalado; y teniendo fin á lo que „ toca á su salud, conviene no sean dete„ nidos contra su voluntad, acabado el „ tiempo en que han concertado de servir; „ y que se cumpla con ellos muy bien en „ los jornales, y asientos, y contratos que „ se hicieren, y que se procure sean creci„ dos, y aventajados para los acodiciar, „ pues el interese serà el principal medio „ para atraerlos, y que sean proveídos en „ lo que toca á sus mantenimientos sufi„ cientemente; y que el tratamiento, y re„ galo, y entretenimiento de los que tra„ bajaren en las dichas minas, sea de ma„ nera, que todos tengan entendido, que „ los Indios que se ocupan en este minis„ terio, en interès, y en todo son aventa„ jados á los demàs; y aun se debe mirar, „ si se les podria conceder algunas preemi„ nencias, para los que huvieren servido „ algun tiempo.

3 Virtute hujus ordinis invitantis Indos, non veró cogentis, D. D. Franciscus à Toleto omnem lapidem movit in eis attrahendis, & accommodandis labori metallico; sed cùm homines liberé nati ægrè ferant operarum servilium exhibitionem, (ut fusè tractat Stephanus Gratian.) (a) renuerunt Indi se obstringere huic labori, suspicati, & veriri ex initio voluntatis medium,

(a) *Discept. forens. cap.* 185. *cum multis juribus per eum videndis.*

dium, & finem necessitatis oriri, juxta vulgatum dicterium. Quare summa necessitate, & utilitate communi cogente, quæ multa contra leges inducere solet: (b) consultus supremus Senatus á dicto D. Prorege, & persuasus urgentibus rationibus, aliter fodinas Peruanas excavari non posse, quàm per impressionem, & compulsionem Indorum; temperatam tamen providis cautionibus distributionem eorum decrevit, ut videre est ex hoc capite Regiæ epistolæ ad D. Franciscum à Toleto datæ, die 17. Octobr. ann. 1575.

4 „ Para la claridad que pedis se haga, de lo que haveis proveído en la ocupacion de los Indios en las minas, por ser contra lo que por Nos estaba mandado, y á que se os respondió, lo haviades proveído bien, se ha hecho por la Cedula que os mando embiar con esta, que es en conformidad de lo que tenemos proveído para la Nueva España, y otras partes de las nuestras Indias; hareis que se guarde como cosa que ha parecido acá ser justificada, y de que no se seguirá daño à los Indios: Y si otra cosa tuvieredes entendido al contrario, nos dareis aviso, para que se provea.“ Hinc effluit distributio 13U500. Indorum á D. Prorege prædicto ad laborem mineræ Potosinæ ad 150. leucarum distantiam. Posteá subsècuta fuit alia epistola ad D. Comitem del Villar, 10. Januarii, anno 1589. ubi hæc notabilia verba in proposito: „ En muchas de las Cartas que me haveis escrito, y particularmente en la de ocho de Mayo de este año, referís las muchas minas que cada dia se ván descubriendo en esas Provincias, y la gran suma de plata que de ellas se sacára, si se pudieran dar Indios para su labor; y que por ser naturalmente inclinados á vicios, ociosidad, y borracheras, cuyo remedio consiste en ocupallos, fuera bien repartirlos por las minas. E porque haviendose platicado sobre esto, ha parecido, que sin embargo de lo proveído por Cedulas antiguas, cerca de que no fuesen compelidos á este trabajo contra su voluntad, se les podria mandar, que vayan à ellas, lo hareis de aqui adelante, no mudando temple de que se les siga daño en la salud, teniendo doctrina, y justicia que los ampare, è comida con que se sustenten, è buena paga de sus jornales, y Hospital donde se curen, &c.

5 Et quoad excavationem minerarum argenti vivi, & distributionem Indorum, in cap. 3. epistolæ 19. Septembris, anno 1588. prius Domino Proregi D. Garciæ de Mendoza illud fuit scriptum: „ Para que se pueda cumplir con la provision del dicho azogue, dareis orden, en que se repartan los Indios necesarios para la labor de las minas, y en que estos sean de los Lugares, y partes mas cercanas á ellas, y no tierras desviadas, ni de diferente temple, que pueda dañar á su salud: y sobre todo haveis de proveer, y procurar, que con muy particular cuidado se mire mucho por su buen tratamiento y conservacion, y que no se detengan en aquel trabajo mas tiempo del porque hubieren sido repartidos, y que este no sea en el que han de labrar sus heredades. Y que asimismo se mire mucho por los enfermos, para que sean curados, y regalados.“ Deinceps in prima schedula ann. 601. circa servitium personale Indorum provisa, in capite 13. enuntiatum fuit illud Domino Proregi D. Ludovico á Velasco. „ La conservacion de esas Provincias, y de los mismos Indios, y la de estos Reynos depende, como sabeis, en el estado presente, principalmente de la labor y beneficio de las minas de oro, plata, y azogue. Lo qual estoy informado, que en ninguna manera se puede hacer sin la industria, y trabajo de los Indios; y que por esto, y por estar habituados, y acostumbrados á ello, en ningun caso se puedan escusar á esto: mas deseo mucho, y conviene, que sean relevados en quanto fuere posible; y siendolo, no haya re-

„ par-

(b) *L. Ita vulneratus* 51. *ad l. Aquil. Cùm sit inevitabile telum, ejusque morsus gravissimi.* Eremberg. *cap.* 8. *de Regn. subsid. & onere subdit. num.* 8. *propè finem.*

„ partimientos de ellos, como hasta ahora „ los ha havido, y que los Mineros se pro- „ vean de Negros en la cantidad que pu- „ dieren, y huvieren menester, y alquilen „ los Indios que de su voluntad quisieren „ trabajar en este beneficio de minas, por „ sus jornales como se concertaren, ó ta- „ saren por vos, obligandolos, y compe- „ liendolos à que trabajen, y se alquilen, y „ no estén ociosos: y que para este efecto „ se junten, y lleven à las plazas y partes „ que se señalaren." Idem enixius repetitum fuit in secunda schedula servitii personalis ann. 1609. ad D. Proregem Marquionem de Montesclaros, cap. 1. ibi: *Primeramente ordeno, y mando, que se hagan los repartimientos de Indios necesarios para labrar los campos, criar los ganados, beneficiar las minas de oro, plata, y esmeraldas; pues de su labor resulta la comun utilidad de ese Reyno.*

6 Et in capite 5. iterum cavetur: „ Y „ porque no se ofrece traza mas convenien- „ te al descanso, y alivio de los Indios, que „ hacer poblaciones de ellos cerca de los „ asientos de minas de oro, plata, y esme- „ raldas, para que de esta suerte se les ha- „ ga mas ligero el peso de los repartimien- „ tos, y se escuse el traerlos de fuera: os „ encargo, que procureis poblar los Indios „ necesarios en las comarcas de los asientos „ de minas, para cuyo efecto os podreis „ aprovechar de los Indios que voluntaria- „ mente se quisieren poblar en estas vecin- „ dades, ora sean otros, ó de aquellos que „ al presente acudieren en los asientos de „ las dichas minas, de los quales hareis sa- „ car una lista; y en caso que no quieran, „ ó no basten, escogereis los que fueren „ menester para este efecto; y entretanto „ continuareis los repartimientos en la con- „ veniente cantidad, con advertencia de „ que se vayan siempre rebaxando, al paso „ que fueren creciendo las dichas poblacio- „ nes.

7 Incurrit necnon alia insignis schedula ad D. Marquionem Guadalcazaris, die 13. Decembris, anno 1620. ubi inter alia arbitraria augendi Regiam gazam, illud commendatur.

8 *Procureis, que el beneficio de las minas, que es lo principal, se prosiga, y adelante, aplicando para ello todos los medios mas eficaces, que el ingenio puede hallar, y descubrir, asi en proveer de Indios, como esto sea sin su sujecion, y molestia, bien tratados, y pagados, que sobre esto os encargo la conciencia, descargando la mia.*

9 Tandem moderante habenas hujus Regni prudentissimo Protege Domino Comite de Chinchon, qui adactus in scopulos angustiæ argenti vivi, & scrupulos introducendi novas Indotum Provincias in cunabilis sui gubernii, inveniens ab antecessore suo relicta dumtaxat quatuor mille centum pondia hujus metalli *en caldo*, (ut nostri ajunt) nullaque sperans proximé ab Hispania emittenda, petitis hinc inde consiliis à doctis, & strenuis viris scientia, doctrina, experientia, & religione, consuluit Supremum Indiarum Consilium, veritus forsan quod scriptum reliquit D. Princeps Squilacensis in sua relatione, num. 25. circa novæ Provinciæ assignationem, ibi: *Bolviendo, pues, á la labor de las minas, digo, que es inmenso el trabajo que los Indios padecen: y asi ha mostrado la experiencia, que se vàn acabando muy aprisa los repartimientos que enteran esta mita; y pienso, que antes de muchos años ha de obligar su falta à alguna nueva resolucion. Y supuesto que la ocupacion de esta labor la equiparó el derecho antiguo á la pena capital, holgaria mucho, que no llegase esta ocasion en tiempo del gobierno de V. E. porque con obligar Indios nuevos à este peligro, no se funda buena, ni aun segura Capellanía para el alma de quien lo hace por solo su parecer, haviendo superior, que con acuerdo de muchos tan prudentes, y grandes Letrados proveerà lo que convenga.*

10 Juncta retractatione, quam sui consilii dati D. Francisco à Toleto in ultimis elogiis expressit Archiepiscopus D. Hieronymus à Loaisa, quam refert ad litteram D. Joannes de Solorzano, (c) & quam emissit P. Agia, postquam personalitér lustra-

(c) *Lib. 1. cap. 15. num. 89.*

travit fodinam Guancabilcensem, cujus etiam memini, num. 96.

11 Sed dictus supremus Senatus retinentissimus prædictorum ordinum, & omnia trutinans justa, & assueta prudentia, & in mente habens quæ expendit Agia in schedula servitii personalis, ann. 1601. fol. 63. ubi decem fundamenta congerit, item quæ D. Joannes de Solorzano (d) pluribus, & solidioribus rationibus pro affirmativa conducit, distributiones Indorum continuari præcepit, illa prudentissima schedula data die 18. Februarii, anno 1631.

12 EL REY. ,,Conde de Chinchon, ,, pariente, de mis Consejos de Estado y ,, Guerra, Gentil-hombre de mi Camara, ,, mi Virrey, Gobernador, y Capitan General de las Provincias del Perú. He visto lo que en diversas Cartas me haveis ,, escrito, acerca de la falta de azogue con ,, que os hallabades para el beneficio de las ,, minas de plata de esas Provincias, y dificultades que se os ofrecian en poderlo ,, sacar de las minas de Guancabilca, por ,, los pareceres encontrados que hallabades ,, para determinaros á repartir Indios para ,, ellas; por lo qual pedìs, que de acà se ,, os embie resuelta y distintamente la orden que de ello huvieredes de executar, ,, con claridad y precision, porque vos no ,, os atreviades à tomar sobre vuestra conciencia el arbitrar en ello, ni os resolveriades á continuar lo pasado, por lo mal ,, acreditado que estaba este negocio: como quiera que conformariades vuestro ,, dictamen en continuar el asiento por ,, tiempo de tres años, sin repartir nuevas ,, Provincias, estrechando á la septima parte de los Indios que han quedado efectivos, lo que hallasteis que vuestro antecesor havia estendido á la novena, respecto del azogue que tenia sobrado. Y ,, sobre todo pedís, que de estos Reynos ,, se os socorra con alguna cantidad de azogue, para acudir á necesidad tan urgente. Y por ser esta materia de la calidad y ,, gravedad que es, se trató, y confirió ,, sobre ella por los del mi Consejo de las ,, Indias, con la atencion y cuidado á que ,, obligaba: y haviendose discurrido largamente sobre el caso, y visto todo lo que ,, cerca de ello me haveis escrito, y papeles que embiasteis, y otros que acà ,, havia, y de nuevo se escribieron con ,, esta ocasion, se me consultó, y diò cuenta de todo: y yo con el deseo que he ,, tenido de tomar en ello una acertada resolucion, de tal manera, que à un mismo ,, tiempo se asegure mi conciencia, y acuda al remedio de tan grande falta, tomé ,, asimismo diversos pareceres de otras personas de letras, ciencia, y experiencia, ,, que desapasionadamente me dixeron lo ,, que en conciencia acerca de ello sentian; ,, y conforme à lo que se me consultò por ,, los del dicho mi Consejo, y pareceres ,, que se me dieron, he tenido por bien ,, de resolver en ello lo siguiente: Principalmente, que estos repartimientos de ,, Indios para el servicio de las dichas minas de Guancabilca, se continuen de aquí ,, adelante, como os mando que lo hagais, ,, sin embargo de todo lo que acerca de ,, ello decís: y si conforme á la oportunidad del tiempo, y accidentes que sobrevinieren, os pareciere necesario, y preciso crecer los dichos repartimientos en ,, otras Provincias circumvecinas, lo hareis; pues siendo como es justificado el ,, continuar los que hoy están hechos, tambien será conveniente repartir el trabajo ,, en mayor numero de Provincias, con que ,, serà menor la carga para los Indios.

13 Sed nihilominus dictus D. Prorex, operata solemni distributione Indorum Guancabilcensium, & coangustata ob vastationem Provintiarum vererum ad numerum sufficientem Indorum, non est ausus novas gravare, nec visum fuit facilé id effici posse, tum ob earum longinquitatem, tum ob diversum, & plané oppositum quarumdam temperamentum, deniqué ob præcisam, & non minus necessariam Reipublicæ occupationem in aliis servitiis personalibus, veluti cultura agrorum, pastu pecudum, textrinis, veredariis, & cursoribus

O

(d) *Dict. lib. 1. cap. 13.*

bus epistolicis, à quibus tolli non possunt Indi adjiciendi labori metallico, nisi magna publicæ rei contracta pernicie. Supposito, quod in pari causa melior est semper conditio occupantis, vel possidentis. (e) Et ut ait Leo Imperator: (f) *Utilitatibus publicis occupati, agrorum cultui, & custodiæ animalium, vel mercimoniorum quæstui adscribi non debent.* Quo spectat adagium: *Non debet discooperiri unum altare, ut aliud operiatur.* (g)

14 Ubi autem temporum calamitas, publica necessitas, & Indorum infœlicitas eo rem perducat, ut necesse sit novas adjicere Provincias, expendenda erunt dubia excogitata, & scripta à D. Comite de Chinchon circa executionem dictæ schedulæ, quæ mecum habeo, quæque tanti ponderis fuere, ut nec ipse conveniens judicaverit in tota sui gubernii annorum decade extensionem istam facere, nec ejus successor D. Marquio de Mancera ausus fuerit eam aggredi, immó nec novam conductionem cum minerariis contrahere, contentus repetitis prorogationibus antiqui præcedentis contractus usque ad annum 1645. quo illum celebravit fœlici (quod ajunt) alea.

15 Adeó autem D. Proregi competit hæc distriburio, ut in distribuendo, seu adaugendo, vel uno Indo sit denegata potestas cæteris dignitatibus, seu Officialibus, ut præcipitur in provisione D. D. Francisci à Toleto, data Potosiæ, die 12. Februarii, anno 1575. ibi: *Dí la presente, por la qual mando, que el Corregidor, ni otra ninguna Justicia, ni persona de qualquier estado y condicion que sea, no pueda añadir, ni pedir mas Indios para el beneficio de las dichas minas.*

CAPUT XVII.

Casus XIV. *De locatione molarum metalli, ac fodinarum debitorum Fiscalium ineunda per Regios Officiales quoad ex reditibus, vel fructibus satisfiat Ærario.*

1 SEquitur alius casus non minoris momenti, quám superiores, cui dare locum solent Minerarii ob debita contracta, nec soluta arcæ regali ex causa argenti vivi eis divenditi fide de pretio, ut plerumque usitatum est ab Officialibus Regis. Ex quo accidit, ut gravati ære alieno, & quotannis multiplicato eodem debito, tractu successivo, non solùm impediti inveniantur isti debitores, ut plurimum, sed impossibilitate quadam solvendi in posterum districti, necesse habeant confugere ad sequestrum, seu locationem molendinorum, & minerarum faciendam subhasta à dictis rationalibus majori licitatori, seu magis idoneo, ut pensio ab eo solvenda convertatur in debiti diminutionem juxta ordinationes Regias, ne perveniatur ad summum rigorem vendendi prædicta bona, & eis in perpetuum dominio privandi, pro viliori forsitan pretio, quám pro quo sunt comparata, quod licet esset secundùm præscriptum, & solemnem juris ordinem. (a) Præcipuè attentis juribus, quæ regularitèr prohibent sequestrum. (b) Tamen Rex noster verus æquitatis amator plus quàm Prætor, (c) acervitatem istam remittens, pro indulgentia mineratiorum nedum contentus fuit indulgete illis, ut eorum immobilia, molendinaria, & mineræ vendi, seu dis-

(e) *L. in pari.* 131. *D. de reg. jur. l.* 3. & 4. *C. de condict. obtur. caus.* Covarr. *in reg. peccatum, part.* 2. §. 2. *num.* 1. *c.* 2. *si à sede, de præbend. in* 6. Menoch. *de arbitr. casu* 48. *num.* 10. Rebuff. *tract. de pacificis possessor. num.* 297. Jas. *cons.* 192. *n.* 2. Ruin. *cons.* 19. *n.* 9. *lib.* 1. Natta *cons.* 351. *lib.* 2. Gregor. Lopez *in l.* 7. *tit.* 14. *part.* 6. *gloss.* 1. *in princ.* (f) *In l.* 13. *C. de re milit. lib.* 12.
(g) Bertrand. *cons.* 377. *viso processu num.* 26. *lib.* 6. Raud. *respons.* 50. *num.* 280. *vol.* 1.
(a) *De quo in l. à Divo Pio* 15. §. *In venditione, cum* §§. *sequent. de re judic. l.* 3. *C. execut. rei judic. l.* 1. & 3. *C. si in causa judic. pignus capt. sit, l.* 6. *tit.* 27. *part.* 3. Parlador. *quotidian.* 5. *part.* § 12. Paz 1. *tom.* 4. *part. cap.* 3. Gutierrez *in l. nemo potest ex num.* 391. & *lib.* 1. *practicar. cap.* 113. Azeved. *in l.* 3. *tit.* 17. & *in l.* 4. *ex num.* 2. *tit.* 21. *lib.* 4. *Recopilat.* Rebuff. *de litter. obligat. artic.* 1. *gloss.* 10. Ossuald. in Donell. *lib.* 27. *comment. cap.* 3. *ubi plures citat.* (b) Azeved. *l.* 1. *num.* 1. *tit.* 12. *lib.* 4. *Recopilat.* Paz *de tenuta cap.* 11. *num.* 1. Velasc. *consultat.* 191. *num.* 35. Valenzuela *consil.* 43. *num.* 168. August. Barbosa, *qui plures refert in collect. ad l. unic. C. de prohibit. sequestr. pecun.* (c) *L. quod si Ephesi. D. de eo quod cert. loc.*

distrahi non possent, ut liquet ex Augusta schedula Imperatoris Caroli Quinti, Matriri die 19. Julii, anno 1540. quam refert ad litteram D. D. Sebastianus de Sandoval, Senator Panamensis, in allegatione pro Minerariis Potoxinis, fundamento 6. fol. 180. sed ne diutius exularentur à possessione bonorum, quæ sibi maximis cum impendiis, & laboribus pararunt, in quibus majorum imagines aut non videre fixas, aut revulsas videre, satis est lugubre, (d) medium elegit consulendi æqua lance sibi, & debitoribus, inducta hac locatione judiciali, & necessaria, ineunda per suos Officiales, ut in modum retenti pignoris ex constitutis reditibus, aut fructibus perceptis creditori satisfiat, computatis in sortem, & tandem exactione peracta, bona eis restituantur. (e) Et hęc est quædam *anthicresis*, cujus loco antiquiores ridiculè legerunt *antiphonam*: (f) ubi Accursius quadruplicis remedii quo jure sucurri creditori ait, hoc unum illudque prius esse refert, ut ex pignorum retentorum fructibus sibi solvat. (g) Sed eos redarguit ratio Imperatoris, ibi: *Nam invicem justæ obligationis succedit ex causa contractus auctoritas jubentis.* Quasi idem operentur in proposito factum partis, seu conventio, ac factum judicis, ut communitèr proloqui solet, ut ex utriusque facti præventione, & cautio creditoris, & levamen debitoris oriatur. (h)

2 Quibus adjungenda est decisio text. in l. creditor. 23. D. de pignor. ubi creditor prædia sibi obligata ex causa pignoris locare rectè potest, ut ex pensionibus debitum diminuat. (i)

3 Conducunt tradita in cap. dilectus de sequest. possess. & fruct. (k) circa sequestrationem faciendam etiam immobilium, ubi ob dilapidationem, & abusum debitoris notoriè constat pauperem reddi, nec solvere posse suo creditori; quo etiam casu non denegantur alimenta debitori. (l) Atque ita dictis Minerariis debitoribus sexta pars redituum molæ, & fodinæ reservatur in causam alimoniæ; cæteræ autem partes deserviunt, & applicantur solutioni debitæ quantitatis, & instructioni, & provisioni rerum, quibus necessario instruitur, ac indiget illa maquina molendinaria.

4 Sed ut jam diximus, ne in juris Regii, & rei dominicæ recuperatione erretur, & absque jussu D. Proregis illam administrantis procedatur ad hoc, vel illud remedium, præsens casus ad eum spectat. Sic signantér expressum est Regia epistola ad D. Marquionem de Montesclaros, die 22. Novembris, anno 1609. ibi: „Hase entendido lo que satisfaceis acerca de la relación que se os pidiò, sobre los inconvenientes que se havian entendido resultaban de arrendarse los ingenios de moler metales; y que por estar à los Mineros mejor, tener arrendadas sus haciendas, procuran causar mayores deudas à mi Real Hacienda, y procuran que mis Oficiales Reales se las tomen por las deudas, y se arrienden; y que siendo algunas veces fuerza tomar este medio para cobrar mi Real Hacienda, ordenastes à los dichos Oficiales Reales, que primero de hacer estos embargos y arrendamientos, lo comunicasen con el Presidente de la Audiencia de las Charcas, y no lo pudiesen hacer de otra manera, declarando esto por materia de gobierno. Y ha parecido, que esta materia pueda tener dos partes, que la primera es examinar, si haviendo llegado el plazo en que mi Hacien-

(d) *L.* 22. *C. de administrat. tutor.* (e) *L.* 1. *C. de distract. pig. l.* 2. *C. de pign. act. c. cum contra de pignor.* Calder. *cons.* 4. *tit. de usur.* (f) *In l. si pecuniam de pign. act. l. si is qui bona* 11. §. 1. *de pign.* Alciat. *dispunct. lib.* 2. *cap.* 3. Balduin. *de pignor.* Bald. *in dict. l. si is qui* §. 1. Carocio *de locato p.* 1. *q.* 4. *fol.* 49. *l. à Divo Pio* 15. §. *Si pignora de re judic.* (g) *Ex l.* 1. *C. si in caus. judic. pignus captum sit renuente, licet* Anton. Fabro *de errore pragm. decad.* 56. *err.* 1. 2. *& seqq.* Alciat. 6. *Paradox.* 3. Duaren. *ad d. l.* 15. §. *si pignora.* (h) *L.* 1. *&* 2. *C. de pignorat. act. l. fin. C. de partu pignor. & omni causa*, Donell. *lib.* 9. *comm. c.* 20. (i) Negusant. 1. *memb.* 3. *part. num.* 3. (k) *L.* 1. *tit.* 9. *p.* 3. Carocio *in tract. de sequestr. n.* 8. *spec. de seq. n.* 6. Lancel. *de attentat. p.* 2. *c.* 12. *limit.* 12. *n.* 11. Barbos. *ubi suprà num.* 11. (l) Lara *in l. si quis à liberis*, §. *Si vel parens n.* 62. *de lib. agnosc.* Covarr. *pract. c.* 6. *n.* 6. Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 123. *& q.* 129. Castillo *quotidian. lib.* 3. *cap.* 27. *num.* 34.

„ cienda haya de cobrar alguna de estas „ deudas, conviene, ó tiene inconvenien- „ te, que se execute en los ingenios de los „ Mineros, y este punto pertenece al go- „ bierno, y administracion de la Hacien- „ da; y asi parece bien lo que haveis or- „ denado, remitiendo à la comunicacion „ del Presidente los Oficiales Reales, para „ que con acuerdo suyo resuelva en cada „ caso de estos lo que mas convenga, que- „ dando todo con la dependencia que siem- „ pre tienen estas materias del Virrey.“

5. Quamquam si verum dicere liceat, nec præfatum medium locationis aptum, seu justum visum est, immò sæpe sæpius sinistrum, & scrupulosum; nam ut ratiocinabatur D. Marchio de Guadalcazar, proponens in Senatu istam materiam, die 18. Augusti, anno 1628. circa remedium hęrens, & omnia tentans. „ El arrendarlos „ era escrupuloso, porque se venia á hacer „ el arrendamiento de los mismos Indios, „ cuya cantidad se traía en pregones, por- „ que lo demás no era sino unos palos, y „ los que los arrendaban eran tambien azo- „ gueros, y deudores, y consumirian la „ cantidad del arrendamiento, ó la mayor „ parte de ella en alimentos de los dueños, „ y reparos y obras de los mismos inge- „ nios; y despues se havian de venir á „ componer para la paga, como si fuesen „ los deudores principales, con los quales „ era mas propio el hacerle, si se havia de „ venir á lo referido: y muchos de ellos „ se holgarian se arrendasen, porque sin „ trabajo, ni asistencia suya gozarian de „ sus alimentos; y los que los arrendasen, „ no ocuparian en ello los Indios, sino los „ sacarian en plata para sus gastos ordina- „ rios, y costear sus ingenios propios, que „ era el mayor daño para todo.“ Sed cúm minus malum comparatum ad majus, habeat rationem boni: (m) ad hujusmodi locationes, sive pignora confugitum est, veluti ad minus malum, illudque necesarium, & inevitabile pro causa fiscali tuenda. (n) Cur autem debitores Minerarii Poctoxini montis *levi suspensoque brachio* tangendi sint, non autem *rigida majestate manus*; plures rationes antistant; sed præcipua est, quia hi vassalli utiles, & necessarii publicæ rei & ærario, plus quàm alii favendi sunt, sic Cassiodorus de Romanis locutus 11. variar. 5. ibi: *Cives siquidem omnes fovendi sunt, sed Romani aliquid plus merentur.* Nam præter id quod suo labore, & impendio è terræ visceribus eruunt aurea, vel argentea metalla quibus cuncti ditantur; ipsis effosoribus indigentibus (ejusdem Aurelii verbis loquor) *officinis solemnitér institutis montium viscera perquirunt, intrant beneficio artis in penetrale telluris, & velut in thesauris suis natura locuples inquiritur. Sed quibus cautior ars, vita fœlicior est; intrant egentes, exeunt opulenti.* Omni commiseratione, levamine, & Regiis honoribus sunt digni, consideratis incommodis, frigore, sumptibus, vigiliis, & pauperie quam patiuntur, ut alios ditent, atque adeo de illis dixerim, *incautiorem artem, & vitam infœliciorem indipisci, opulentos introire, & exire egentes, atque pannosos, plerumque frustratos, & elusos spe fallaci*: nam ut ait Plinius, (o) *Tanta ad pericula evenienda fuit satis causę sperare quod cuperent.* Prosequitur D. D. Joannes de Solorzano, (p) adducens textum in l. cuncti, C. de metall. lib. 10. ibi: *Laboriosis effossionibus, l. 1. C. eodem*, ibi: *Labore proprio & sibi, & Reipublicæ commoda comparet.* (q) Idem mihi sæpé vocandus D. Solorzanus, ibi: *Et quia revera hi homines, qui in metallis, & thesauris investigandis occupantur, Reipublicæ utilissimi sunt, cúm tamen ipsi cæteris pauperiores, & sordidiores existant.* Provenit inde, ut in exactione æris alieni, præcipuè Regalis, dissimulent leges, & fræna relaxent, ne isti debitores atterantur, & communi afflictione graventur carceris, inediæ, servitutis, catenæ, sectionis, & aliorum cru-

(m) *Cap. juravit* 22. *quæst.* 4. *cap. duo mala* 13. *dist.* Camill. Borrel. *de magistrat. edict. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 104. *elegans locus in l. si patre cogente* 22. *de ritu nupt.* ibi: *Maluisse hoc videtur.*
(n) *Simile apud* Cassiodor. 5. *variar. cap.* 8. *omnino videndus.* (o) *Lib.* 33. *natur. histor. c.* 4.
(p) *De Indiar. gubernat. lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 33. (q) Agricol. *de re metall. lib.* 1. *per totum, & lib.* 5. *cap. unic. de Indiar. gubernat. num.* 20.

cruciatuum, de quibus latè Æneus Robert. (r) referens exempla Principum, qui debitorum inopiæ sublevandæ studuerint; quasi cum similibus practicanda sit decissio textus in l. si bene collocatæ 33. D. de usur. quæ apprimé aptatur miserabilibus Minerariis, ex quorum sorte & debito maximæ pariuntur usuræ, & proventus Camerales, ibi: *Si benè collocatę sunt pecuniæ publicę in sortem, inquietari debitores non debent, maximé si parient usuras: si non parient prospicere securitati Reipublicę debet Præses Provinciæ, dummodo non acerbum se exactorem, nec contumeliosum præbeat, sed moderatum, & cum efficacia benignum, & cum instantia humanum.* (s) Eodem tendit schedula Pardi, die 18. Februarii, anno 1608. locuta cum D. Marquione Montesclario, ibi.

6 ,, El Licenciado Maldonado de Torres, mi Presidente de la Audiencia de las Charcas, me ha escrito, que al Tribunal de los Contadores de Cuentas ha advertido el diferente estilo, que se debe tener en la cobranza de lo que deben los Mineros, y Azogueros de Potosì, de lo que obligan las ordenanzas de las Contadurias, porque si no se usa con ellos de alguna equidad, ó comodidad, no podrán pagar lo que deben de azogue que se les fia, que es cada año mas de quatrocientos mil ducados; y las causas que hay para ir sobrellevandolos son justas, y aunque parecen de gracia, resultan en utilidad y aumento de mi Real Hacienda, consideradas las grandes costas que les tiene á los Mineros el beneficio y labor de los metales, que apenas sacan su caudal: y la causa porque muchos de ellos no desamparan este modo de vivir, es por tener metidas muchas prendas, y hacienda en los ingenios y minas, y estar casados, y emparentados muchos de ellos, y con las esperanzas que tienen de descubrir vetas ricas; y que por estos respetos es necesario irles esperando, y çada año se tome asiento con cada Minero, de lo que pueden pagar conforme à la calidad, y cantidad de la deuda, y de sus haciendas, y pagan cada Armada lo que pueden, y aun mucho mas, en que se suelen ver apretados, y lo buscan á daño, y se fian, y ayudan unos á otros, y que asi es fuerza que la cuenta vaya adelante, porque si con cada uno se feneciese de una vez, sería necesatio venderles todas sus haciendas, y muchas no alcanzarian, con que se acabaria aquella maquina. Y como quiera que à los dichos Contadores de Cuentas he ordenado, y mandado, que en la cobranza de las deudas procedidas de azogue guarden la orden que les dieredes, me ha parecido advertiros de lo sobredicho, para que para proveer en ello lo mas conveniente, vayais con las consideraciones que el dicho Licenciado Alonso Maldonado de Torres representa; y de lo que en todo se hiciere, me avisareis.

7 Sequitur schedula ad D. Principem Squillacensem, die 27. Septembris, anno 1614. ibi: *Con que se irá minorando la deuda atrasada con suavidad, y gozando de sus haciendas los que las tienen, y son deudores, sin quedar destruidos, y acabados, como sería fuerza quedarlo, vendiendo, ó poniendo en administracion, ó arrendamiento las haciendas, como se havia propuesto.* Et alia schedula ad D. Marquionem de Guadalcazar, die 22. Julii, anno 1626. ibi: *Atendiendo asi à la cobranza de lo que se me debe, como á la conservacion de los dichos Mineros.* Et in epistola Regia missa ad D. Comitem del Villar, cap. 20. data Matriti die 8. Martii, anno 1589. *Y ella, y mis Oficiales Reales os escribian, que no era bien apretar à los deudores, porque no quebrasen, y faltasen del beneficio de los minerales.* Hujus rei experimentis benè instructus D. Marquio de Guadalcazar, in citata propositione addidit illa prudentissima verba, veluti ex Oraculo Delphico dictata: *Y en materia de tanto interés para su Magestad, y bien de sus vasallos, era forzoso, que de su Real Ha-*

P

(r) Æneus Robertus *rerum judicat. lib. 2. cap. 6.* (s) Pinel. *in rubric. de rescind. vend. 2. part. cap. 1. num. 26.* Alciat. 5. *parerg. cap. 7.*

Hacienda huviese de traer cantidad ocupada, como los que tienen una compañia, y ponen su parte en ella con riesgo, y sin seguridad de ganancia tan grande y cierta; y que para ello era necesario conservar, alentar, y ayudar vasallos tan utiles, de cuya ocupacion y trabajo tanto dependia, pues no eran menester para lo presente, ni se havia de atender à solo ello, sino à la perpetuidad, pues siempre tenia su Magestad necesidad del servicio que de aquella Republica recibia, en quanto á la deuda de los oficios vendidos, &c. (t) ita providendum est, ne graventur debitores. Eadem ferè verba apud Constantinum invenio. (u) *Apud eos* (inquit) *quos superstites integris facultatibus esse pervideres, vel quorum hæredes incolumia retinent patrimonia, sortes Reipublicę perseverare debebunt; ita tamen, ut annuas usuras suis quibusque temporibus exsolvant, cùm simul Reipublicæ utile sit retinere idoneos debitores.* Ut sic deducamus aliquando, quam maximè fisci, vel Reipublicæ interesse conservare, ac tueri idoneos debitores; nec acritèr urgendos cum annali commodo, & perpetuo proventu litare conantur; sed cum illo grano salis ex Imperatorio saligno, (x) ibi: *Dummodo cumulus debiti exaggerati minimé nutriatur.* Nec nova, aut insolens ista pietas pedisequa publicæ utilitatis, & fiscalis compendii, juxta illud Justiniani, (y) ibi: *Anxia itaque reputatione habita, quomodo & fiscus, & subditi illæsi, & indemnes permaneant.* Cùm ex novell. 147. de reliquis publicis non exigendis, & novell. 148. de indulgentia reliquotum, constet, non solúm pié tractatos debitotes in exactione reliquorum ab Imperatore, immó ea remissa, & condonata debitoribus prægravatis, quæ confirmantur ex indulgentia Theodorici in debitores oppressos: ubi Cassiodorus (z) illa verba nimis conducentia ad propositum. *Nam si fessis minimè relevetur onus, necessitate cernitur jacere prostratus. Melius est enim presentia damna contemnere, quàm exiguo quæstu perpetua commoda non habere.* Induce textum in l. 1. de interdict. & relegat. ibi: *Scio relegatorum bona avaritia superiorum temporum fisco vindicata, sed aliud clementię meæ convenit, qui inter cętera, quibus innocentiam rationum meorum temporum hoc quoque remissi exemplum.*

CAPUT XVIII.

Casus XV. *De vigilantia, & cura D. Proregis in exigendis debitis arcæ Regalis adhibenda.*

1 Simile est homini peculium (ut dicebat Papirius Fronto); nascitur, crescit, decrescit, moritur, refert Martianus. (a) Eodem modo patrimonium Regis crementa, & decrementa recipit, & utraque sita sunt in exactione debitorum: nam si ea solvantur, crescit, & augetur; si vero negligantur, diminuitur, & multoties intercidit: qui casus cùm tam magna contineat, non potest non pertinere ad administrationem generalem Proregis, Præsidis, & Capitis totius Provinciæ; ac propterea tanti Magisttatus versari periculum ob desidiam, & ex ea ortum sinistrum eventum, vel Regiam gratulationem sequi ob bonum factum, & annuam ubertatem proventuum arcarum, l. 6. C. de exactor. tribut. lib. 10. ibi: *In fiscalibus debitis, hoc est annonariis, cæterisque titulis qui ad arcam eminentissimę pertinent præfecturæ, necnon in his debitis quæ rationale usurpant officium, Rectores Proviciarum constringantur.* Novell. 29. de Prætote Paphlagoniæ, cap. 2. ibi: *Sed ipse omnia dispensabit, & publica tributa summa cum animi promptitudine profligabit, neque plus, neque minus exigens.* Et Novell. 102. de Moderatore Arabiæ, cap. 1. ibi: *Sed & publicis exactionibus cum summa vehementia adhærescito.* Et Novell. 103. de Proconsule Palestinæ, cap. 2. ibi: *Ut publica tributa sine retardatione, detrimentoque inferantur.* Edictum 13. Justiniani, cap. 13. ibi: *Restat in ea exactionum cura, quàm spectabilis Præfectus Augustalis, ipsique obsecundans cohors militaribus*

(t) *Novell. 4. cap. 3.* ibi: *Undique enim creditoribus.* (u) *In l. 2. C. de debit. civit. lib. 11.* (x) *Dict. l. 2.* (y) *In proœm. novell. 149.* (z) 4. *Variar. 19. & 36.* (a) *In l. 40. D. de peculio.*

bus impensurus est sumptibus, ut hęc suo periculo & exigant, & tradant. Et cap. 24. ibi: *Omnibusque modis explendum fiscum, illive satisfaciendum curent.* Cassiodorus 12. variar. 13. *Cogitetur præ omnibus pecuniæ publicæ fidelis exactio.*

2 In quo casu summè cavendum est, ut invigilet, & ut ait in simili Imperator: (b) *Ad obnoxium sibi, non obdormiat*; sed ut statutis temporibus debita exigantur, ne suo periculo ad cumulum inexplicabilem ascendant, & difficilia, aut impossibilia quoad exactionem reddantur, non solùm præteritæ illationis, sed currentis, & instantis temporis. Elegantèr Impetator, (c) ibi: *Itaque intra constituta tempora, in nulloque prorsus illa transgressus, ne videlicèt portariorum rationis impedimentum inferat, quod rursus solemnem illationem impediat.* Cassiod. variar. 2. ibi: *Tempora exactionum statuta serventur; ita tamen, ut nullus sub immaturæ compulsionis injuria se ingemiscat exactum, nec iterum sub turpi venialitate induciarum largitas damnosa præbeatur. Dilatio enim tributi major fit causa dispendii, quando irritè suspenditur, quod nullis protractionibus evitatur.* Quæ ultima verba sunt notabilia, & signanda, ur debitores sibi persuadeant, suam conditionem deteriorem facere comperendinationibus istis, & eodem modo rationales exactioni incumbentes suam non meliorare dissimulatione gratiosa; nam ubi illatio protrahitur, complicantur, & impediuntur statæ exactiones ob veteres cicatrices debitorum. Iterum audiamus Cassiodorum: (d) *Rationum publicarum reliquiæ infaustæ sunt ægritudini comparandę; quæ gravatum delibatam, nisi sub celeritate discedant; reatus quidem est esse sub debito, nec liber potest veracitér dici, qui probatur obnoxius reperiri. Prudens se ipse compellit: minus cautus est, qui urgetur ab altero, parcendo non parcitis, exonerando prægravati, & dum venales moras quæritis, tributi onera duplicatis: relinquere tandem crudelem misericordiam, beneficia tota detestatione fellita, graviús percutit, qui blandiendo grassatur, & sub indulgentia lædit, qui consuetis temporibus exigere tributa distulerit.* Et ideo possessor, seu solvens ultroneus, ut idem ait: (e) *Et Regi necessitatem morarum tollit, & sibi damna competentibus illationibus abrogat.* (f) Item, quia qui tardius solvit, quàm solvere debeat, minus solvit Regi nostro. (g) Et ne id eveniat, vigilantèr cavere debent cuncti Officiales, & Administratores, quorum muneris est augere, conservare, & tueri domini patrimonium: elegans locus in Novell. de deposit. c. 1. ibi: *Cognoscat enim, quia si tale aliquid egerit, & per occasionem ejus ceciderit, aut administratio panum, aut pensionum datio, ex hoc accidens ipse sustinebit periculum.* Consonant plurima capita Instructionis rei familiaris, datæ D. D. Francisco á Toleto, die 15. Decembris, anno 1568. & cap. 27. epist. Regiæ ad D. Comitem del Villar, die 8. Martii, ann. 1589. ibi: *He holgado de ver el memorial que embiasteis, de la plata que se ha cobrado de deudas atrasadas, despues que entrasteis en ese Reyno: y por lo que conviene, que en esto se proceda con mucho cuidado, os encargo, que le tengais muy particular, de procurar que se vaya cobrando, y embiando todo lo que se me debiere.* Schedula ad D. Principem Squillacensem, die 27. Septembris, anno 1614. quæ jubet exigi debita argenti vivi. Item alia ad D. Marquionem de Guadalcazar, anno 1626. die 22. Julii, ibi: *Atendiendo siempre à la cobranza de lo que se me debe.* Principalis autem ordo, & cautio hujus materiæ continetur in ordinatione 21. secundarum Tribunalis Calculorum: id enim est familiare obligationi optimi administratoris, (h) ut latiús alibi dicemus.

3 Sed cùm indultoriæ, ac amicabiles cessationes istæ ex gratia, vel desidia, seu ne-

(b) *In Novell. de deposito* 88. *in fin.* (c) *In Edict.* 13. *de Alexand. & Ægyptiac. cap.* 23.
(d) 12. *Variar.* 10. (e) Cassiod. 12. *Variar.* 8. (f) Ludovicus á Valle *in praxi collector. Ecclesiasticæ Hispaniarum par.* 2. *cap.* 4. *num.* 1. *fol.* 22. *ubi citat* Barbos. *in l. si debitori, num.* 182. *de judiciis.* (g) § *Si quis agens* 34. *instit. de act.* (h) *L. Tutores* 13. *l. sanximus* 25. *C. de administrat. tut. l. si plures*, §. *Negligentiæ*, *l. qui nominibus* 44. *l. Lucius Titius* 46. §. *fin. l. Chirographis* 57. *de administrat. tut. l. Nomina* 2. *C. Arbitrium tutelæ.*

negligentia, sordibus, aut dolo exactorum sit assiduum malum, quòd altas habeat radices in regno, ei adhibere medelam, ut eæ evellantur, & extirpentur, conatum est Supremum Consilium, & prudentissimi Proreges juxta dispositionem juris statuentes multa, quæ si, ut oportet, observarentur ab arcariis, haud dubié debita quæ fisco debentur, minora essent, & magis exigibilia.

4 Ut ecce in primis post multas altercationes est diffinitum, quod in subhastationibus rei dominicæ non contrahant nomina prædicti Officiales, sed vendant in numerato: aliâs pretio statim non soluto, nec res fit emptoris, nec Regi præstatur, quód illico ei debetur solvi. (i) Constantius in l. 1. C. de vendit. rer. fiscal. cum privat. num. *69.* ibi: *Est autem resolutum, fidem de pretio haberi non posse, quando venditur res fiscalis*; (k) atque adeó bené possumus dicere Plautinis verbis in Pseudolo Fiscum Regium: *Non vendere die cæca, sed oculata.*

5 Et præcipué illud provisum est in quibusdam membris, quæ non ita paratam, & ut dicunt, in sacco exquirunt solutionem, quâm alia quibus adeó prompta satisfactio insita, & devincta est, ut dilationibus juris debiti non sit locus; cujusmodi est quintum Regium argenti, vel auri &c. quod remanere debet in arca in eadem specie, priusquam portio sua tradatur privato. Item Almoxarifazgus talitér deducitur, ac dependi debet, ut fardelli, & res obnoxiæ ejus pensioni sint loco pignoris, & retineri debeant, quousque revera solvatur. Eodem modo Media-Annata, Mesata, & tertia commendarum ejusdem rei, & beneficii nexu vinculata est. (l)

6 Solúm autem Alcavala ægré dependitur, quia solutio ejus sequitur possessionem rei venditæ, tempore quo jam est facta, ut vulgó dicitur *caro*, & *sanguis*; & sic sera, ac minus rigorosa ejus pensio est, ipso Rege nostro dissimulante, siquidem in Regia schedula data Toleti die 4. Augusti, anno 1596. ibi: *Cobrando por otro camino la dicha alcavala con tanta suavidad, y buen termino, como confio de vuestra prudencia.* Idem enixius cautum est in debitis servitii gratiosi, seu donativorum, quæ judicialitèr exigi posse, non videntur ex Regia epistola ad Tribunal Calculorum, die 2. Martii, anno 1608. & Domini Proreges epistolis cum absentibus, seu mitibus verbis cum præsentibus tractare jubentur de exactione hujus membri, quod habet ortum á libera voluntate, & gratia promittentium. Nec melioris fortunæ exactio argenti vivi ex superiori casu, & ibi traditis, licét arcté prohibitum fuerit, ne venderetur Minerariis Potoxinis, habita fide de pretio, quæ utplurimum defecerat, sed innumerato, illa comminatione adhibita, ut de suo teneretur ad periculum, vel damnum non soluti pretii sartiendum, qui præstaret auctoritatem distributioni, & venditioni initæ contra prædictum ordinem, ex Regia schedula ann. 1633. de quo fusse alibi. In subhastatione specierum commendarum Regiæ coronæ provisum itidem ne distrahantur, habita fide de pretio, sed præsentis pecuniæ numeratione Regia schedula transmissa ad D. Præsidem Licenciatum Lupum Garcia de Castro, data Matriti die 17. Martii, anno 1567. ibi: *Y hasta que el precio (por lo que se rematare) se pague, no se entregue á las personas que las sacaren; y esto mandareis, que asi se guarde inviolablemente, porque conviene á nuestro servicio, y buen recaudo de nuestra Hacienda.* Arcaria ordin. *9.* ann. 1573. ibi: *Todos los tributos y almoxarifazgos que se nos pagaren en especies, se han de vender en almoneda pública al contado, y no al fiado.* (m)

Se-

(i) *L. si curat.* 5. §. *unic. de jure fisci.* (k) *Post* Jason *in l. à Divo Pio*, §. *Sed si emptor. D. de re judic.* Accurs. *in l.* 1. *C. de jure hastæ fisc. lib.* 10. *verbo facultas.* Valenz. Piscator. *num.* 8. *&* 9. Petr. Surd. *cons.* 166. *vol.* 2. Pereg. *de jure fisci, lib.* 6. *num.* 9. Fontana *de pactis, claus.* 7. *gloss.* 3. *p.* 6. *num.* 20. *tom.* 2 *Addendus* Hermosilla *in l.* 52. *tit.* 5. *p.* 5. *gloss.* 7. *num.* 2. (l) *Arg. l.* 26. §. *Si centum in fin. de condit. indeb. l.* 20. *C. de administrat. tutor.* Socin. *cons.* 180. Faber *in C. lib.* 5. *tit.* 36. *diff.* 1. (m) *Arg. text. in l.* 5. §. 1. *de jur. fisc. l.* 1. *&* 3. *C. de fide instr.* D. Alfar. *gloss.* 34. *num.* 40.

7 Secus statutum est in subhastatione officiorum, quia cùm sint plura magni pretii, nec ad licitationem accedentes, semper paratam habeant pecuniam in numerato, necessitas ipsa extorquet, ut distrahi possint, habita fide de pretio: sed ne solutio in tam longum tempus protrahatur, ut sit pretium inutile: effrenis ista facultas coangustata fuit termino triennali, qui excedi nequit Regiâ schedula, expedita instantia doctissimi, ac integri viri D. Joan. de Mena, tunc Regii advocati in Supremo Indiarum Consilio, die 7. Octobris, anno 1636. ibi: „Por quanto el Licenciado „Juan de Mena, mi Fiscal de mi Consejo „Real de las Indias, me ha hecho relacion, „que en la venta que se hace en las Pro„vincias de ellas, de los oficios de pluma, y „otros que están mandados vender, se dan, y „conceden para su paga plazos tan largos, „y dilatados, que casi es inutil el precio „que de ellos se saca, porque con el be„neficio, y usufruto de los tales oficios „vienen á pagar los poseedores lo que por „ellos dan, en que mi Real Hacienda re„cibe mucho daño y perjuicio; suplicóme „atento á ello, mandase proveer en el ca„so del remedio conveniente. Y haviendo„se visto por los del mi Consejo de las „Indias, fue acordado, que debia de man„dar dar esta mi Cedula; por la qual „mando á todos los Virreyes, y Gober„nadores de las dichas mis Indias Occiden„tales, à quien toca, y pertenece la ven„ta de los dichos oficios, que de aqui „adelante en ninguna manera concedan „plazos largos para la paga de ellos, sino „que procuren que sean cortos, y acomo„dados de manera, que con brevedad se „dé la satisfaccion que es justo à mi Real „Hacienda; y los que concedieren, no „han de pasar, ni exceder por ningun ca„so de tres años, y esta orden se guardarà „precisa, è inviolablemente.

8 Cui adjungenda est alia schedula, data die 1. Novembris, anno 1603. qua præcipitur subhastari officia pro pretio debito in præcedenti auctione, & pro vita debitorum, ut sic moræ eorum cohibeantur, quæ semper dispendio sunt juribus creditorum, quod eis ex negligentia officialium resarciri debet. (n) Et quod publici administratores teneantur ad damna ob eorum negligentiam. (o)

9 Sed quia, ut ait regula juris, mora sua cuilibet est nociva, ne ex propria comperendinatione, & cessatione jus tertii diminuatur, receptum est, ut exigantur cum sorte usuræ retardatæ solutionis, ad rationem decem pro centum in fisci favorem, (p) junct. l. cum quidam 17. §. Fiscus de usur. ibi: *Fiscus ex suis contractibus usuras non dat, sed ipse accipit, ut solet à foricariis, qui tardius pecuniam inferunt*: item ex vectigalibus, l. fin. C. de usuris fiscalibus, ibi: *Ut ipse etiam fiscus ultra dimidiam centesimæ partem á debitoribus suis minimè exigat.* (q)

10 Postremó hic oportet animadverti, adeò strictos esse ad satisfaciendum fisco ejus debitores, etiam ex causa tributorum quæ jure Divino, & Canonico Principi deberi; (r) ut confugientes ad Ecclesiam metu exactionis, nequeant gaudere immunitate ecclesiastica, ut bené fundat novissimè D. Marius Cuteli in aureo libro de immun. Ecclesiast. (s)

Q CA-

(n) *L. Susceptores, C. de suscept. lib.* 1. Aviles *in cap.* 45. *Prætor. verbo, Poner.* Bobadill. *in politic. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 79. Quos citat D. Solorz. *de Indiar. gubern. lib.* 5. *c. unic. n.*124. (o) *Est text. in l.* 1. *C. de peric. nomin. lib.*11. *l.* 80. §. 1. *de leg.* 2. *l.*11. *de usur. l. Lucius ad municip. l.*2. *l.*18. *C. de Decur. lib.*10. *l.* 2. *C. de administr. rerum public. lib.* 11. *l. Magistratus de administr. rerum ad civit.* Senatus Genuensis *decis.* 80. *num.* 4. Socin. *cons.* 2. *n.* 10. *lib.* 1. (p) *L.* 9. *tit.* 18. *lib.* 5. *Recopil.*
(q) Bald. Salicet. & Angel. *in dict. l. cum quidam*, §. 5. Fabius de Anna. *cons.* 93. *lib.*2. D. Alfar. *de offic. fiscalis, gloss.*16. *privil.* 56. *n.*19. *& privil.* 64. *n.* 20. *in fine.* Noguerol. *tom.* 1. *allegat.*16. *n.* 124. Jacob. Cujac. *lib.* 22. *observ. cap.* 24. *fol. mihi* 46. *tom.* 2. Nicol. à Genoa *de script. privat. lib.*3. *quæst.* 5. *num.* 53. *fol.* 271. ibi: *Debitores Camerarum ex causa, præcipué vectigalium, certis præfinitis temporibus, teneri solutiones suas facere, aliàs in pœnam decem pro centenario incidere.* (r) *Constat ex Paul. cap.* 3. *à Roman. cap. si in morte* 23. *quæst.* 8. *novell. de mandat. Princip.* §. *Publicorum.*
(s) *Lib.* 1. *quæst.* 32. *á num.* 42.

CAPUT XIX.

Casus XVI. *De satisdationibus, & fidejussionibus dandis ab Officialibus arcariis, ac renovandis, repetendisve, quotiès securitas rei Dominicæ illud postulaverit.*

1 OB majorem securitatem Regiæ pecuniæ, & meliorem administrationem illius inviolabilitér cautum est, ut Regii Officiales idoneè satisdent, & fidejussores præstent de benè administrando, & reddendo calculum juxta formam præscriptam in arcaria ordinatione 25. instructionis rei dominicæ, ann. 1573. ibi: *Para cuyo cumplimiento, y seguridad de nuestra Hacienda haveis de dar fianza en la cantidad, segun, y por la forma, y orden contenida en vuestros Titulos y Provisiones.* Cujus tenorem posuit Alexand. Ruadens. decis. Pisan. 4. in princip. qui omnino videndus quoad plura, quæ in materia fidejussorum Magistratum offerri possunt, quem citat D. Joannes de Solorzano. (a) Conducunt, quæ scripta sunt in jure circa fidejussores aliorum administratorum, (b) qui satis non dedit: toto titulo de fidejussor. tutorum, vel curatorum, D. & C. (c) cum aliis, quæ in tractatu minoris administrationis fussins dicentur, infrà hoc lib. part. 2.

2 Fidejussores isti solent deficere, & ejus bona pluribus ex causis, de quibus variis in locis: (d) & ut indemnis servetur omni tempore arca Regalis, exigit ars administrationis majoris, ut D. Prorex adeatur à Calculatoribus Regii Tribunalis Calculorum, ut ipse jubeat fidejussores recognosci, & in eorum bona inquiri, ut si foro cesserint fidejussores, vel facultatibus lapsi sint, aut emortui illi, & heredes, repetatur satisdatio; & novitér cogantur dicti rationales ad hoc onus subeundum, ad quod adstricti sunt suis instructionibus. Constat ex dict. ordinat. 25. ibi: *Las quales haveis de subrogar, y dar otras de nuevo siempre que convenga, conforme à lo por Cedulá nuestra mandado.* Quæ Regia schedula videtur transmissa ad D. Franciscum à Toleto, die 30. Julii, anno 1572. ibi: *Y asi os mando, que acaeciendo que alguno de los fiadores que dieren los dichos nuestros Oficiales que al presente son, ò adelante fueren, fallezca, ò quiebre de su credito, ó se ausente de la tierra, compelais, y apremieis al Oficial, cuyo fiador fuere la tal persona, à que subrogue otro fiador en lugar del tal muerto, quebrado, ó ausente.* Est etiam Regia ordinatio 47. impressa primarum dicti Tribunalis Calculorum, qua conscribi præcipitur in libro fidejussorum, & sedulo custodiri, quæ idem jubet his verbis: *Y porque con el tiempo faltan, ó que por muerte de los dichos fiadores, ó quiebras de ellos, ó de los principales, en qualquier caso que suceda, que se entendiese, conviene las dèn de nuevo, se dará cuenta à los nuestros Vireyes, ò Presidentes en las dichas Provincias, para que se ponga el cobro y recado que con-*

(a) *Lib. 5. cap. unic. de Indiar. gubernat. num.* 126. *l. 6. tit. 4. part.* 3. ibi: *Deben tomar fiadores.* Anton. Faber *in Jurisprud. lib. 1. tit. 12. princ. 8. per tot. præcipué á illat.* 45. Plat. *in l. 1. C. de convent. fisc. debitor. lib. 10. l. 1. C. de usur. fisc. l. 1. C. de pericul. nomin. lib. 11. l. 1. C. de pericul. eor. qui pro magistrat. conv. l. 1. & 6. de magistrat. conv. l. 2. ad municip. l. 1. C. de Decur. lib. 10. text. cum mat. in l. 9. §. 3. de administ. rer. ad civit. pertin.* ibi: *Sine cautione non oportere committi. Singul. text. in Novell.* 149. *in præfatione*, ibi: *Fisco rectè cavissent; & cap. 2.* ibi: *Tamen ut publicum, & fiscalem Canonem se illaturos caveant; textus de fidejuss. magistrat.* & ibi Bart. *in l. fidejussor. magistrat. de fidejussor.* Puteus *de syndicat. verbo, Fidejussor officialis, cap. 1. num. 8. fol. 185. l. 2. C. de fundis rei privat. lib. 11. l. prætoriæ, D. de prætoriis stipul. l. si is à quo in fin. ut in possess. legat.* Alfar. *gloss. 34. num.* 145. Pancirol. *in notit. utriusque Imperii, cap. 73. in fine*, ibi: *Hi Præfecti pecuniam Principis tractare non poterant, nisi prius satisdedissent.* Thedos. *in l. Privatæ, C. de murileg. lib. 12. l. ult. in C. Thedos. de divers. officiis thesauror.* Puteus *in tract. de syndic. fol. 376. tom. 2. verb. Fidejussor officialium, num. 8. vers. fidejussor magistratuum.* Marsil. *in rubr. de fidejuss. num.* 182. *q.* 23. Bart. *in l. 1. C. de magistrat. conven.* (b) *In l. 1. & 2. de tutor. vel curator.* (c) *L. 5. & 6. D. de suspect. tutor.* Donell. *lib. 15. commentar. cap. 20. & ibi* Ossuald. *litt. C.* Gregor. *in l. 21. tit. 16. part. 6. gloss. 8. l. 1. & 2. C. si mater indemnitatem promissit, l. quæro, an fidejussor in fin. principii, D. locati.* (d) *L. cúm, C. de tutor. & curat. qui satis non dedit, l. proponebatur 2. ubi pulcher casus, juncta l. 3. l. magistratus 8. D. de magistrat. conveniend.*

conviene à nuestra hacienda. Conson. l. 2. C. de tutor. vel curat. qui satis non dedit, ibi: *Aditus Rector Provinciæ jubebit*, *& in locum defunctorum alios idoneos substitui.* L. 2. C. de fund. rei privat. lib. 11. ibi: *Sanè si quem posteà minus idoneum factum esse constet, nec ita, ut expedit rationem reddere pensionis ad alium idoneum*, *&c.* (e)

3 Sed videtur cautionem non esse exigendam ab Officialibus istis: (f) cautio non exigitur à curatore Kalendarii, ea ratione, quia à Præside ex inquisitione eligatur: ergo idem in rationalibus statuendum, cúm semper eodem modo à Principe nominentur. Verùm in curatore prædicto illud est ita constitutum, quia nuspiam habuit administrationem: Officiales autem Regales sunt veri administratores Regii patrimonii, ac proinde satisdare idoneè tenentur, sicuti tutores, curatores, œconomi, & alii hoc genus. Admoneo tandem, datione fidejussorum subrogatorum non extingui primorum obligationem. (g)

CAPUT XX.

Casus XVII. *Ad Dominum Proregem attinet nominatio Officialium Regii Ærarii interinariorum, cum dimidietate salarii.*

1 PArum interesset regere habenas majoris administrationis, si magnus, & excelsus administrator, per minores Officiales specialitèr deputatos arcariæ functioni ab eo investitos, non posset Principis gubernari substantiam: siquidem ore insignis Cassiodori in Imperatoria formula de Comitiva Privatar. habentur hæc verba, (a) ibi: *Per rationalium curam quondam Principum privatam fertur gubernasse substantiam, & quia judicis fastigium exercere non poterat inter homines extraneis conditionibus inclinatos*, *&c.* nam sicut uni quantumvis magno, & industrio œconomo, & Rectori, non solum impossibile per se cuncta gerere; ita indecens minutos sumptus, vel magnos, ingentes solutiones, vel parvas, & omnia contingentia rem familiarem in tot Provinciis, & arcis præ manibus exercere. Sic in quodam cap. instruct. emissæ ad Præsidem de la Gasca, ubi ei data potestate creandi minores administratores, simul & illud enuntiatur: *Procurareis los mejores hombres para el interese del Fisco; porque es cosa indecente, que el que gobierna tenga el gasto de paz, y de guerra en su mano.* Verùm nominatio hæc administratorum, sive Officialium Regiæ gazæ, non aliter accipi debet, seu exerceri, nisi in subsidium, vel tempore interinario, dum sua Majestas eligit Officialem proprietarium: quo casu & illud cavetur, ne à D. Prorege totum salarium assignetur nominato, sed tantum semis, sive dimidium, uti continetur in quamplurimis schedulis, præcipuè in una ad D. Proregem D. Franciscum à Toleto, data Matriti die 26. Maji, anno 1573. ibi: *Y à los que huvieren sido nombrados entre tanto que Nos proveemos, solamente se les dará la mitad de lo que tienen los Propietarios; y la demasia que contra lo susodicho huvieren llevado, hareis que lo buelvan, y restituyan luego á nuestra Real caxa, y se haga cargo de ello al nuestro Tesorero.* Et in alia data Lisbonæ die 9. Aprilis, anno 1582. & in alia data in nemore Segoviæ die 23. Septembris, ann. 1569. lib. 1. impres. fol. 294. sched. etiam die 2. April. ann. 1608. & schedula die 8. Octob. ann. 1611. quæ directa est ad Tribunal Calculorum. Quod observatur inevitabilitèr, licét contrarium suadeat æquitas: siquidem idem labor, & periculum imminet interinario, ac proprietario; unde idem salarium æqualitér percipi deberet tàm ab uno, quám ab altero, uti constitutum regularitèr pro laboris mensura. (b)

2 In quam rem non parum urget, quòd Officiales minus salariati excusantur, si ali-

(e) *L.* 1. §. 5. *de magistrat. convent.* (f) *Argum. text. in l. Imperatores* 9. § 7. *de administr. rer. ad civit. pertin.* (g) D. Larrea *tota allegat.* 34. *tom.* 1. *ubi latè.* (a) Cassiod. 6. *variar.* 8. (b) *Cap.* 2. *de censib. lib.* 6. *l. Sejo, D. de ann. legat.* Menoch. *de arbitr. casu* 223. Menchac. *illustrat. lib.* 3. *cap.* 92. *num.* 27. Dueñas *regul.* 177. Marian. Socin. *de visitat. num.* 37. *versic. Ex prædictis.* Alex. Raud. *cons.* 50. *num.* 476. *cum aliis.*

aliquas pecunias recipiunt propter rerum penuriam, (c) cùm quilibet Officialis ex suo officio vivere debeat. (d) Cassiodorus, (e) ibi: *Quia sub quadam excusatione peccare creditur, cui necessaria non præbentur.* Sed quoniam lex, licét dura, ita scripta sit, ad unguem custodiri debet ab Officiali, qui acceptando officium gravamini pedisæquò consensit, maximè adstante consuetudine, quæ in perceptione salarii attendi debet. (f) Et quæ jam diú invaluit, in Regno nostro non præstat, nisi prædictum semissem uti in Regno Aragoniæ, Mallorcæ, Siciliæ, & aliorum. (g)

3 In hoc puncto duo non contemnenda, notari oportet. Primúm, quòd semel nominatus Officialis rei familiaris à D. Prorege, non facilé nec ad libitum illius removeri debet ab officio ei commendato, ut habetur in quadam Regia schedula ad Dominum Principem Squillacensem, data Lisbonæ die 24. Augusti, anno 1619. nisi justis de causis. (h) Robert. lib. 1. rerum judicat. cap. 4. apud quem: *Publicé interest magistratus, nec facilè, nec levi de causa removeri*: hinc de Marco Antonio Philosopho Julius Capitol. *Cùm Prętor pessimé egisset, eum magistratum non abdicavit, sed collegæ jurisdictionem mandavit.* Et licèt Azeved. (i) teneat, removeri posse sine causa, non bené firmat pedem, & est intelligendus juxta scripta à D. Larrea, (k) qui concedit remotionem, dummodo absit malitia in revocante; nam tunc remotus restituetur à superiore. Et licèt officium detur ad libitum, sine causa non potest removeri. (l)

4 Sed videtur in contrarium esse, non leve telum ex pharetra nostri juris municipalis, & dicti capitis Regii ad Præsidem de la Gasca, ubi limitato tempore, jussus est retinere administros rei dominicæ, ibi: *Mudandolos de tiempo en tiempo.* Verúm huic occurritur, præsupponendo non eam esse mentem Regis in illis verbis, ut sine causa removeantur Officiales, ut in perpetuum abscedant, quod satis ignominiosum esset; & illicitum; sed ut alternis vicibus sibi succederent, & de una in alteram arcam, sive ærarium transirent, & testimonium fidelitatis ubique præbentes, evaderent peritiores, & digni, ut majoribus arcis, sive militiis rei familiaris incumberent; quasi per hanc viam quodam seminario disposito, unde homines strenui, compotes administrationis, & rei summariæ transferri possent ad hoc, vel illud ærarium, ne diú retenti in unica arca, vel Provincia, quam semel ingressi fuere, radices agerent privatæ affectionis, familiaritatis, parentelæ, seu aviditatis rei pecuniosæ, ut ratiocinatur Joannes Matienz. (m) ibi: *Sic & arbor artificialis, hoc est Judex, in fundo alieno radices emittens, negotiationi, aut mercaturæ operam navando, plantæ dominium ita commutabitur, ut ejus efficiatur, cujus in fundo radices coaluerint.* Et hic sensus eruitur ex verbis illis, ibi: *Advirtiendo, que para este fin importa mucho buenos Administradores, mudandolos de tiempo en tiempo para testimonio y prueba de fidelidad, haciendo en esto un Seminario comun para todo*

ese

(c) Puteus *de syndic. verb. Consiliarii, fol.* 405. Bertrand. *cons.* 81. *col.* 4. *num.* 6.

(d) *L. sed & si quis ex signatoribus, D. quemadmod. testam. aper.* Alex. *l. Divortio, §. ob donationes, col.* 2. *D. solut. matrim.* Cephal. *cons.* 39. *num.* 34. Raudens. *resp.* 49. *n.* 120. (e) Cassiod. 9. *variar.* 13. (f) *Auth. ut Judices, sine quoquo suffrag. §. Sic igitur.* Escobar *de Ratiociniis, cap.* 27. *num.* 11. *qui alios refert* Rebuff. *in constitut. Reg. tract. de consuet. art.* 125. *gloss. ult. num.* 2.

(g) Amatis *decis.* 31. *num.* 2. (h) *L. Jurisper. de excusat. tutor.* Mastr. *lib.* 1. *de magistrat. cap.* 27. *à n.* 16. *ubi citat* Capic. Guillerm. Bened. Carol. de Tapia. Cevall. Caved. Cald. Burgos de Paz. Padill. Fontan. Gratian. *disceptat. lib.* 1. *cap.* 167. *num.* 41. D. D. Joann. Baptist. de Larrea, *decis. Granat. disput.* 2. *qui citat alios, & adducit l.* 23. *tit.* 7. *p.* 1. *& fundat, quòd sit dedecus, & pœna ab officio removeri, l. Cassius* 2. *de Senator. ubi privatus officio, nec testimonium dicere debet, add. cap. conquerente de restitut. spoliat. c. satis perversum* 56. *dist.* Sic Tiberius in Tacito *lib.* 4. *annal. res uas spectatissimé cuique, quibusdam ignotis ex fama mandabat, semelque adsumpti tenebantur.*

(i) *In l.* 4. *tit.* 25. *lib.* 4. (k) *Ubi suprá, &* Lara *de Capellaniis, lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 22.

(l) *Cap. horrendus* 32. *q.* 79. *l. Pompon.* 10. *de negot. gest.* Bobadill. *lib.* 1. *Polit. cap.* 16. *&* 17. *à n.* 1. *ad* 10. Mastrill. *de magistrat. lib.* 1. *cap.* 27. *num.* 17. *l. quod semel de decret. ab ordine, l.* 2. *tit.* 10. *p.* 2. *ubi hanc sententiam tenuit* Greg. *gloss.* 8. Boer. *decis.* 249. *num.* 11. Petra *de potest. Princ. cap.* 29. *num.* 24. (m) *In Dialog. relat.* 3. *p. c.* 27. *n.* 4.

ese Reyno. Nam proinde annuis vicibus Romani magistratus mutabantur, ut ait Egesip. *de bello Judaico*: (n) *Ne insolens diù maneat, & moderatior succedat.* Livius 4. Dec. 12. *Maximam tamen ejus custodiam esse*, (aptissima verba ærarii custodibus) *si magna imperia diuturna non sint.* Cicer. Philip. 1. *Quæ lex melior utilior, quàm ne imperatoriæ Provinciæ plusquam annum, ne plusquam biennium Consulares obtinerentur.* Tacitus lib. 2. annal. *Superbire homines etiam annua designatione, quid si honorem per quinquenium agitent?* (o) Hinc credo ortum habuisse, per biennium olim creari fisci patronos. (p)

5 Unde facilè eveniet, ut qui fidelitèr servierit, ad superiores gradus promoveri possit; qui autem se infidum ostenderit, removeatur, ne latiús serpat illubies, (q) ibi: *Nullus Thesaurensis, vel Officialis Comitis Thesaurorum, semel deprehensus eversor quocumque pacto, aut repetat militiam suam, aut aliam sibi acquirat per ambitum dignitatem.* Novell. 28. *de moderatore Helenoponti cap.* 7. ibi: *Et pro magistratu benè gesto bonam remunerationis spem concipiet.* Cassiod. 2. *var.* 28. ibi: *Tribuenda est justis laboribus compensatio præmiorum.*

CAPUT XXI.

Casus XVIII. *De Sindicatu, & visitatione Regiorum Officialium, & arcarum Regalium.*

1 QUID prodest benè decernere, ait D. Hieronymus relatus à Mastril. (a) ac imperare sapientér, si ministri per quos negotia experiri debent, desides, ignavi, immites, & aliis ejusdem generis notis fœdati sunt, nec seligendi tantum, sed explorandi, ne quid indecorum committant: Cicer. epist. 1. ad Quint. fratr. *Parvi refert abs te ipso jus dici æqualitèr, & diligentèr, nisi idem ab iis fiet, quibus tu ejus muneris aliquam partem concesseris.*

2 Cura hæc, inspectio, seu inquisitio in nullos administros magis est necessaria, quàm in arcarios Regiæ gazæ, & alienæ pecuniæ custodes. Hi enim ad minus decenali curiositate, sive censura explorandi sunt jure nostro municipali, & quadam Regia schedula, cui per interpretamentum hujus Regii Senatus hoc tempus attributum est, uti necessarium ad syndicandum, hoc est de decennio in decennium, forsan tracta imitatione ab antiquis Censoribus populi Romani, quorum munus inter alia fuit vectigalia populi inquirere, & reponere, Senatum legere, Senatus Principem describere, censum agere, lustrum concedere, equos adimere; quos autem putassent parum dignos ordine quocumque, amovere, teste Fenestella. (b) In quam rem Tacitus: (c) *Olim quidem non modo Pretor, aut Consul, sed privati etiam mittebantur, qui Provincias viserent, & quid de cujusque officio videretur, referrent.* (d) Et ab eorum judicio pendebat qualitates administratorum optimas, sive iniquas ad Principem referre: quod etiam hodie debet observari à Visitatoribus judicibus, ne selectos se dumtaxat putent ad puniendum, sed etiam ad honestandum: (e) unde Bald. *in tit. de pace Constantiæ* refert, administro suo muneri sasisfacienti, in signum, seu theseram bonæ administrationis probatæ in syndicatu usitata donaria fuisse collata à communitatibus, quæ ubi Officialis ad aliud offi-

(n) *Lib.* 1. (o) Aristot. *lib.* 2. *Politic. tit. de muner. & honor. non contin. lib.* 10. *l neminem* 4. *C. de suscept.* D. Lopez *lib.* 6. *tit.* 4. *part.* 3. Capic. *decis.* 121. Affict. *in constit. Regni Siciliæ lib.* 1. *rubric.* 29. *n.* 9. *quæ refert* D. D. Laurent. Ramirez de Prado *in notis ad lib. cons. & consiliarior. cap.* 6. *lib.* 3. (p) *L. jubemus. C. de advoc. divers. jud. Quibus addendus est* Felin. *in cap. cùm omnes, num.* 18. *de constit.* Costa *de remediis subsidiar. remed.* 78. Cravet. *cons.* 459. *num.* 2. *volum.* 3. Natta *cons.* 58. *n.* 4. Petr. Surd. *cons.* 261. *num.* 11. *vol.* 2. (q) *L. nullus de Palatin. sacrar. largition. C. lib.* 12. (a) *Lib.* 2. *cap.* 1. *de Magistrat.* (b) *De Magistrat. Romanis cap.* 17. Turnebo *lib. advers.* 27. *c.* 32. Guid. Pancirol. *in notit. utriusque imperii c.* 5. *col.* 4. *vers. Qui hodie.* Borrel. *cons.* 85. Pompon. *in l.* 2. §. *post, D. de orig. jur.* (c) *Lib.* 15. *Annal.* (d) Simancas *de Republica lib.* 7. *cap.* 23. (e) *L.* 11. *&* 12. *tit.* 7. *lib.* 3. *Recop.* Mastril. *tom.* 2. *de magistrat. lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 26. *cum* Puteo, & Abilesio.

cium erat promotus, in fenestris Palatinis suspendebantur: (f) de quo tractatu, & pluribus quæstionibus ad eum pertinentibus, qui plura scire velit, consulat dictum Baldum. (g)

3 Nos autem contenti sumus juxta instituti brevitatem, referre quæ provisa sunt in nostro Regno circa syndicatum arcariorum Regiæ pecuniæ, cujus casus pertinens ad superiorem Proregis administrationem, penè innumeris Regiis epistolis, & schedulis reperitur, & in primis se offert *cap.* 12. Regiæ epistolæ ad D. D. Franciscum à Toleto die 30. Decembris, ann. 1571. *Está bien lo que decís, que à los nuestros Oficiales de esa tierra para los dexar con orden, y obligaciones, les tomariades cuentas y visitas, como lo haviades hecho con algunos, y lo mismo hariades con los demás.* Et *cap.* 2. Regiæ epistolæ ad eumdem, die 27. Januarii, ann. 1576. *En lo que decís convendria visitar, y reformar los Oficiales de Arequipa como los demás, &c.* Et ibi: *En quanto à esto ha parecido, que à vos, como quien tiene la cosa presente, debemos remitirlo, como lo hacemos, para que lo veais, y proveais.* Caput 8. epistolæ die 1. Decembris, ann. 1573. ibi: *Está bien las cuentas, que decís se han tomado à los Oficiales de Lima, Guamanga, el Cuzco, y la Paz, y la Plata, Potosí, y el haverse visitado los Propietarios y Tenientes, &c.* Sic D. Princeps Squillacensis in sua relatione num. 126. *La visita, sindicacion, y castigo de todos los Oficiales Reales está remitida al Virrey, ordenandole, que los residencie como, y quando le pareciere que conviene: esto se dispuso por un capitulo de carta al Señor Virrey Don Francisco de Toledo, en 30. de Diciembre de 71. en cuya conformidad, y lo que siempre se ha practicado, queda actualmente visitando la caxa de Oruro, &c.* Extat ordinat. 23. Regii Tribunalis Calculorum ex secundis, ibi: *O à visitar caxas particulares de Oficiales Reales.*

4 Posteà cùm D. Marquio de Guadalçazar misisset Visitatores ad arcam de Castro virreyna, & de Arequipa, juxta Regium mandatum quo etiam ei injunctum fuerat, ut cæterarum arcarum Officiales visitarentur, exceptis Officialibus hujus arcæ Limensis; cujus syndicatus commissus fuerat Visitatori Regii Limani conventus, necnon Prępositorum, Quæstorumve arcę Guancabilcensis, ut videre est per Regiam schedulam ann. 1627. data die 30. Martii; (quæ consuevit inseri in hujusmodi commissionibus inveterato stylo, & praxi gubernii.) Alia schedula ad eumdem Dominum Proregem expedita præceptum fuit, ut arcæ territorii Quitensis visitarentur, excepta arca illius civitatis, quæ etiam commissa fuerat Visitatori illius Audientiæ Regalis. Cujus munus obiit illustrissimus, & eruditissimus D. D. Joannes de Mañosca, nunc Mexicanus Archiepiscopus, utinam Limensis.

5 Non minorem curam exigit in proposito arcæ Potoxinæ Præpositorum inquisirio, quàm cæterorum, immò magis oculatam; nam ubi majorum epularum uberior mensa, ibi majus stomachi periculum, ut Plautus ait, & ut est in vulgato juris proloquio: *Ubi majus discrimen, ibi cautius est agendum.* Quod haud malè indicavit Regia quædam epistola die 2. Decembris, anno 1578. ibi: *Siendo, como decìs, tan importante à nuestro servicio, y para el buen recaudo de nuestra hacienda, que los nuestros Oficiales de las Provincias de las Charcas sean hombres de confianza, por la mucha maquina que en la Villa Imperial de Potosì està à*

(f) *Notat* Azeved. *in l.* 7. *num.* 1. *&* 2. *tit.* 7. *lib.* 3. (g) *In l. observare*, § *Proficisci, de offic. Procons.* Angel. de Perus. Cataldin. Amædeum, Paris de Puteo, August. Dulcetum, Joseph Cumiam *in pract. syndicat.* Avilesium, Raudensem *cons.* 49. Bertrand. *cons.* 71. *& cons.* 81. Grammatic. *cons.* 54. Joseph Ludovicus *in suis commun. conclus. quæst.* 38. Borrel. *cons.* 85. Emmanuel Rodrig. *in Quæstion. Regul. tom.* 2. *quæst.* 4. *art.* 1. Balzaranum *de fœudis lib.* 2. *cap.* 47. Simanc. *lib.* 7. *cap.* 23. *de officio eorum, quos visitatores vocant.* Innocent. *in cap. qualitèr, & quando num.* 5. *de accusat.* Gabriel Berart. *in speculo visitat. cap.* 1. Gregor. Lopez *in l.* 6. *tit.* 4. *part.* 3. Marium Muta *in cap. Regn. Sicil.* 3. *tom. cap.* 7. *num.* 101. *&* D. D. Joann. de Solorz: *qui citat plures lib.* 4. *de Indiar. gubern. cap.* 8. *per totum.* & novissimé D. D. Joann. Baptist. Larream, *in* 2. *tom. decis. Granat. allegat.* 101. *num.* 21. *&* 22.

á su cargo, y vos desde mas cerca podreis entender como usan sus oficios; y si es con la fidelidad que conviene, tendreis cuidado de darnos siempre aviso de lo que en esto entendieredes, que en lo que toca à los Oficiales pasados, ya se ha hecho justicia.

6 Modus autem observatus in hunc usque diem circa visitationem hujus arcæ serie temporum variatus est: nam etsi D. D. Franciscus á Toleto Calculatorem Augustinum de Zarate strenuum virum ad illud munus nominaverit, posteà cap. 24. ejusdem epistolæ nuper citatæ, ei fuit præceptum, ut eam ipse peragerer, utens opera & industria cujusdam Auditoris ab eo eligendi, qui de Audientia Regali Argentina quotannis exiret ad hanc visitationem, & rationum confectionem, virorum monetalium syndicatum. Sequentibus autem annis, gubernio Principis Squillacensis exegit necessitas, ut juxta caput 28. ordinationum Regii Tribunalis Calculorum expediretur ad sumendam rationem á vetustis, præsentibus, & novissimis arcariis, Alonsus Martinez de Pastrana Calculator; & ob vitandam pluralitatem ministrorum eodem tendentium, & sumptus duplicatos, ei fuit delegata syndicatio. Quæ postmodum injuncta fuit tempore D. Comitis de Chinchon, Visitatori dicti Senatus. Sed Deus bone! quales, & quantæ vires integritatis, peritiæ summæ, fortitudinis, ac fixæ sanitatis desiderantur in exercitio clivoso tanti muneris! ubi Regi tot debentur milliones, *ubi non tam jure, quàm arte opus est*, ubi fidelium subadjuvarum exilis annona, ubi rigor juris cedere cogitur æquitati cerebrinæ, ubi tandem periculosum implere numeros recti, purique judicis, ubi concipere animo vix possumus quàm certa fatigatio, & calumnia, & ut utar Plinii secundi verbis *epist.* 104. *Ubi circa exactionem toties agendum, toties altercandum, tam multi testes interrogandi, sublevandi, & refutandi.* Prosequitur Raudens. (h) Nam ut patet ex Innocentio: (i) *Recti Officiales, & Judices plures venantur inimicos, & sunt tamquam signum ad tabernam, ac veluti scopus ad sagittam, quos maximæ curæ, molestiæ, vexationes circumfodiunt, cum omnibus expositi esse cogantur*, inquit Follerius. (k) Præsertim cúm in remotissimo tractu exactissima fides, puræ manus, merus justitiæ administrandæ zelus, in ipsum Auctorem, & administrum (proh dolor) conspirent, adeó ut aptissimé usurpari liceat, quod in simili prudens, expertusque monet Sallustius, de bello Jugurth. *Frustra autem niti, neque aliud se fatigando, nisi odium quærere, extremæ dementiæ est.*

7 Quamquam si quid mei judicii esset hac in re, numquam ego conveniens judicarem, tempus, nec papyrum consumere in syndicatu Officialium arcæ Regalis, ac judicio & censura de motibus, & administratione bené, aut perperam ab illis operata; nam id est oleum, & operam perdere, sed solùm in confectione calculorum finalium, quos reddere tenentur quotannis. Optimè enim, ac rectè dispunctis rationibus accepti, & expensi á perito, integro, & experto Commissario deteguntur fraudes, usurpationes, reliqua, & debita, quæ statim exigi debent, & in arcam immitti; cætera solúm spectant ad utilitatem immodici salatii Visitatorum, quod plerumque arca solvit uti condemnata: exhauriuntur Officiales sumptibus, & expensis, & res dominica, & Regium ærarium nihil lucratur, quàm in dies ingravari, & imminui. Quæ rationes, & aliæ non leves aptantur à Mastril. & Ponte, ut visitationes istæ in quodcumque Tribunal non prius decernantur, quàm cæteris remediis non sufficientibus; in qua sententia est magnus noster D. Joannes de Solorzano, (l) ubi meminit egtegii apophthegmatis D. Proregis Marquionis de Montesclaros, qui dicere solebat: *Has visitationes instar turbinis in plateis vento excitati sibi videri, cúm is pulverem, & paleas humi jacentes removeat, & elevet super capita: & visitationes similitér humiles quoslibet*

(h) *Cons.* 48. *num.* 139. *&* 140. cum Leonino *cons.* 57. *n.* 4. Nevizan. *cons.* 76. *n.* 7. *pag.* 630.
(i) *In cap. qualiter & quando.* (k) *In Neapolit. constit. ad hoc volentes*, *col.* 1. *fol.* 177.
(l) *Lib.* 4. *de Indiar. gubernat. cap.* 20.

libet plebejos, & flagitiosos, qui veluti pulvis, & stercus Reipublicæ jacebant, judicibus, qui sunt, & esse debent ejusdem Reipublicæ capita superponant. Quæ vel ex eo aptè, & elegantèr, ac verissimè dicta existimo, quod gravia, ac alicujus ponderis numquam excitantur hoc turbine, sed suo loco semper concidunt intacta. Novit hæc optime strenuus Visitator Provinciæ Beticæ Plinius secundus, qui exitum describens suæ visitationis, turbinem etiam indigitavit judicium illud censorium, ibi: *Protexi viros optimos, eosdemque gratissimos mihi certè debere se prædicant, quod illum turbinem èvaserint.*

8 Quapropter consulens Imperator Justinianus, & ærario, & Officialibus ne maximis sumptibus vexarentur, cavit, ut vicinioribus magistratibus injungeretur cura exigendi ab illis, quidquid ei deberetur inferri. Novell. 25. de Prætor. Licaoniæ cap. 6. *Sed etsi quos vicinarum ei Provinciarum Præsides, circa tributariam rationem negligentes inveneris, non alium emittes, sed ipsos fatigabis, ut vicinarum Provinciarum Presidibus, si socordiæ se dedant, immineant, & procurent quo magis ea omnibus in publicum modis inferant.* Et Novell. 26. *de Comite Isaurię in epilogo* idem repetitur.

9 Hìc quæri solet, utrum Officialis nullo salario donatus teneatur subire syndicatum, & reddere rationes? nam prima facie videtur incommodis, & gravaminibus officii affligi non deberi, qui commoda illius non recipit ex vulgato axiomate, de quo D. Velasco, & Barbosa, & regula, *quem non honoro, non onero.* (m)

10 Sed stat in contrarium quoddam caput Regiæ epistolæ ad D. D. Franciscum à Toleto die 30. Decembris, ann. 1571. ibi: *Y en quanto à esto ha parecido, que haviendo los dichos Oficiales aceptado los Regimientos y oficios, estàn obligados á dar su cuenta como los demás Oficiales.* Ex eo enim quod acceptarunt officium, quasi contractus interfuit se subjiciendi gravaminibus ab eo pendentibus. (n) Nam agnoscens quilibet rem, seu legatum, illud vel invitus accipit cum suo onere appendice, *l. unic.* §. 10. *vers. in his itaque*, *C. de caduc. tollend.* (o) de cujus vers. pugna cum §. *in primo* 3. ejusdem legis, ibi: *Nullo gravamine*, deleta distinctione legatorum habitorum pro non scriptis, quæ respuunt onus, & hæreditatem, quibus portio pro non scripta cum suo onere accrescit, juxta interpretationem Bart. (p) pro vera interpretatione videndus est Cujac. *in l. si duobus*, §. 1. *de legat.* 1.

11 Rursus animadverti oportet syndicatum arcarum Regalium, & earum præpositorum comprehendi in casibus gubernii, qui reservati sunt arbitrio Domini Proregis, absque eo quod Regius Senatus se possit intromitti, sive per appellationem, consultationem, nullitatem, excessum commissionis, seu aliam viam. Nam omnia hæc pertinent ad judicium majoris administratoris, & sicuti regularitèr appellatio non procedit á Commissario, nisi ad committentem: (q) ita similiter ad D. Proregem dantem judicem Visitatorem arcæ Regalis, interponenda erit appellatio quoad interlocutoria gravamina, quamvis quoad condemnationem salariorum, & diffinitivam sententiam, quam ferre prohibetur Visitator, citatis reis, teneatur causam originaliter remittere ad Supremum Consilium Indiarum, juxta tenorem dictæ schedulæ anno

(m) *L.* 9. *C. de fideicommis. l.* 9. *in fin. de legat.* 3. Vacon 4. *declarat.* 55. Petra *de fideicommiss. quæst.* 5. *num.* 71. *& seqq. l. commodato*, §. *Sicut*, *l. nam & servus*, §. *Si vivo*, *comm.* Bart. *in l. si pupilli*, §. *Videamus n.* 1. *in princ. de negot. gest.* Farinac. *cons.* 150. *num.* 49. (n) *L.* 3. §. *Idem scribit*, *D. de peculio.* (o) Donell. *lib.* 7. *comment. cap.* 12. Gomezius 1. *resolut.* 10. *num.* 43.

(p) *In l. re conjuncti num.* 94. *de legat.* 3. Duar. *lib.* 2. *de jure accresc. cap.* 2. Lorioth. *in tract. de conjunct. axiom.* 66. (q) *Cap. super quæstionum* 27. §. *porró de offic. deleg. cap. si duo ex tribus*, *cap.* 3. *eod. in* 6. Petr. Gregor. *in syntagmat. part.* 3. *lib.* 47. *cap.* 22. *num.* 19. Anton. Faber *in C. Fabriano lib.* 7. *tit.* 26. *diffinit.* 30. *ex l.* 1. 2. *&* 3. *quæ aperté id probant*, *D. quis à quo appelletur.* Govean. *lib.* 1. *variar. cap.* 46. Vacon. *lib.* 6. *declarat. cap.* 239. Alciat. *lib.* 6. Paradox. *cap.* 5. *col.* 1. Guid. Pap. *quæst.* 436. *singular. text. in l. Imperatores* 21. §. 1. *D. de appellat. & consult. l. unic. C. qui pro sua jurisdict. judices dare.* Morl. *in empor. jur. tit.* 2. *in præludiis num.* 90. Quintan. Dueñas *de jurisdict. & imper. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 29. *& sequentibus.*

no 1627. Unde consueverunt Domini Proreges, ut excludant Regias Audientias à cognitione gravaminum dictorum Visitatorum, & ne finis, & scopus hujusmodi syndicatus variis tergiversationibus, & provocationibus impediatur, & simul exactio reliquationum, quæ Regi debentur, conficiatur, illam clausulam inserere in codicillis, & commissionibus. „ Y por quanto su „ Magestad me tiene cometido el poder visitar, y castigar los Oficiales Reales de „ las caxas de este Reyno, por los delitos „ y excesos que huvieren cometido en el „ uso y exercicio de sus oficios, todas las „ veces que me pareciere convenir: y estas visitas son causas de gobierno, y podria ser, que en la continuacion de ella „ los dichos Oficiales Reales, y demàs culpados intentasen apelar para esta Real „ Audiencia, de algunos Autos que proveyeredes contra ellos en la dicha visita, „ con fin de impedir la execucion de ella. „ Y para que no se pueda estorvar, y cese „ este inconveniente, y se cumpla con lo „ que su Magestad tiene mandado en esta „ razon, desde luego (siendo necesario) „ declaro esta visita por caso de gobierno, „ para que la dicha Real Audiencia no pueda conocer de ella, asi en grado de apelacion, como en otra qualquiera via, ni „ manera." Sic D. Marquio de Guadalcazar in commissione D. Francisci de Cordova in Officiales arcæ Trugillensis ann. 1626. cujus syndicatus posteà in tempore gubernii D. Comitis de Chinchon, ann. 1636. mihi indigno fuit delegatus, & visitationem, & Calculos septem annorum tribus dumtaxat mensibus divinis auspiciis finivi. Quem casum meri gubernii esse, non malé evincitur ex ordinatione 20. primarum dicti Tribunalis, ibi: *Se darà noticia à los dichos mis Virreyes, y Presidente en cuyo distrito estuvieren los dichos nuestros Oficiales, para que lo averiguen, y les convengan, y en lo que por esta razon fueren condenados, se les baga cargo de ello en sus cuentas.*

12 Restat hîc animadvertere, quòd cùm hucusque usitatum fuerit, ut prædictus Visitator simul fungatur munere discussoris, vel Calculatoris, saltim ut sumat *Tanteum*, cujus substantiam suo loco explicavimus, non ad aliud Tribunal appellatur, quàm ad Tribunal Regium Calculorum in contingentibus rem summariam, à quo dimanat commissio, & delegatio subscripta in primis à D. Prorege uti Præside dicti conventus, & ab administris illius juxta ordinationes Regias, præcipuè 24. & 25. primarum, quibus hujus calculi revisio illis commissa est. Facit textus accommodatissimus, (r) ibi: *Cùm post sententiam discussoris fuerit provocatum, ad sinceritatem tuam negotium transferatur.* Quæ directa est ad Pelagium Comitem rerum privatarum, cui æquiparantur *los Contadores mayores de Cuentas.* (s)

13 Cætera quæ offerri possunt (ne longum agamus) continentur in instructione solemni, quæ dati solet Visitatoribus arcariis, de qua in fine lib. 2. part. 3.

CAPUT XXII.

Casus XIX. *De munere reddendarum rationum administrationis Regię gazæ, ac bonorum Reipublicæ.*

1 IN reddendis rationibus, ac expensi, & accepti calculis ineundis, consistit Lydius lapis administrationis fidelis, & quoniam nisi esset supremæ curæ ad id cogere administros, paucissimi essent arcarii, qui injussi, & spontanei illud munus onerosum subirent, quando imperium divini præcepti necesse fuit, ut stringeret administratores, ibi: *Redde rationem villicationis tuæ.* (a) Ideo commendatum est Dominis Proregibus, ut in sua dictione unusquisque curet, ut rationes reddantur ab arcariis, statutis temporibus, & mittantur in Hispaniam; quæ quidem cura, & jussus veré Regius est, nullique incumbit nisi ipsi

S Prin-

(r) *In l. cum post 26. C. de appellat. & consultat.* (s) Gregor. Lopez *in l. 11. tit. 20. part. 3.*
(a) *Luc. 6. vers. 16. cap. qualiter & quando el 2. de accusat. l. rationes, l. adversus, C. de administrat. tutor. l. 1. §. Offic. de tutel. & rat. distr. l. cum servus, ff. de condit. & demonstrat. laté* Menoch. *de arbitr. lib. 2. centur. 3. cas. 209. de quo fusius in lib. 2. agemus.*

Principi, vel ei qui vicem suam, & locum obtinet in longinqua Provincia, *l. nemo 4. C. de discussor. lib.* 10. ibi: *Nemo fiat discussor, aliter quam ex jussione Principis, specialitèr discussoris faciente mentionem.* Et ibi: *At Princeps, sive ex ærario pecunias miserit ad mœnium, vel alterius operis constructionem, sive ab alio relictas civitatibus pecunias invenerit, vel etiam sæpius, cúm ei sederit animo mittat discussorem, qui opus admetiatur, & rationes petat exactè, & ad se referat.* Sic in præceptis epistolicis emissis ad D. Proregem D. Franciscum á Toleto. *Agradezcoos mucho el cuidado con que vais mirando el remedio de las cosas de nuestra hacienda, y lo que nos advertís, que conviene mirar en los Oficiales que para ella se proveen, y en haver ordenado, que se tome residencia á los Oficiales, y Depositarios de bienes de difuntos en algunos Pueblos, y de haver cometido al Licenciado Altamirano las cuentas del Cuzco, que todo está asi bien.* 6. de Febr. anno 1571. Et in alia episr. 27. Februarii, anno 1575. cap. 89. *La relacion que dais de las personas, y calidades de los Oficiales de nuestra Real Hacienda, à quien haveis tomado cuentas, y las partes à donde será bien, que los unos, y los otros acudan á dar la cuenta y razon de sus oficios, ha parecido bien.* Caput etiam 26. epist. ad D. Comitem del Villar 8. Martii, anno 589. ibi: *Bien haveis hecho en embiar las cuentas de los Oficiales de mi Real Hacienda de esa Ciudad, de los años de 86. y 87. y el tanto de las que el Doctor Artiaga tomó á los Oficiales de Guamanga, y mandarè que luego se vean.* Et in cap. 7. ejusdem epistolę, ibi: *Está bien el haver mandado tomar las cuentas de mi Real Hacienda à los Oficiales de esas Provincias, y cometido lo de las Charcas à Juan Ortiz de Zarate, con lo de la visita del Potosí, y demàs de que me embiareis relacion de lo que de lo uno, y de lo otro huviere resultado, continuareis en el cuidado de las cuentas, para que se embien cada año, como está ordenado.*

2 Insuper extat Regia schedula, data die 12. Aprilis ann. 1626. qua præcipitur D. Proregi, ut jubeat quotannis emitti rationes desumptas à Regio Tribunali Calculorum. Eòdem tendit Regia epistola, seu schedula, ann. 627. die 30. Martii, qua jussum fuit, ut Officiales Regii singulis annis redderent rationes, & Calculatores eas sumerent sub pœna amissionis salarii; & alia 10. Aprilis anno 628. Item alia schedula die 18. Decembris, anno 630. quæ locuta cum D. Marquione de Guadalcazar, recepta fuit ab Excellentissimo Comite de Chinchon, & jussit exequi schedulam amissionis salarii, si exinde rationes dispunctæ non mitterentur, siquidem creatione, & augmento additorum Officialium; nempé Calculatorum *de Resultas*, omnis excusatio cessabat. Consonat alia eidem Comiti expedita die 5. Aprilis, anno 1630. quinque capitibus, in quorum primo illi commendatum est, ut calculi anni præsentis in sequenti sumerentur: In secundo, ut nominarentur personæ, quæ præteriti temporis rationes finirent unius anni curriculo: In tertio, ut dictus D. Prorex præscriberet tempus, quo illud opus incipere deberet; & ne perciperent salaria tam Calculatores, quám Rationales, qui desides extitissent: In quarto, quód Calculatoribus *de Resultas* novitèr creatis incumberet onus sumendi, & finiendi calculos annorum præteritorum, amissionis salarii pœna, qui contrafaceret statuta: In quinto, quòd Calculi arcæ Potoxinæ desumerenrur singulis trienniis á Calculatore, qui juxta ordinationem 28. dicti Tribunalis deberet proficisci ad illius visitationem, & syndicatum, idemque exequeretur quoad arcas ad viam interjectas.

3 Nec ad exercitium hujus potestatis necessaria fuit uspiam D. Proregi nova commissio, seu mandatum regale; nam ea exercetur virtute mandati ordinarii, & generalis: sic declaratum fuit in cap. 48. cujusdam epistolæ Regiæ ad D. D. Franciscum á Toleto, Pardi 1. Decembris, anno 573. ibi: *Y en lo de la comision que pedís para en los casos necesarios, parece que para tomar las cuentas, y visitar los Oficiales, y executar los alcances, no teneis necesidad de comision, y basta el poder que teneis.*

4 Nec insuetum id munus humeris moderatoris Provinciæ impositum, siquidem omni ævo id consuetum fuisse constat. Et Plinius testatur *epist. 20. lib. 10.* ibi: *Rationes autem in primis tibi rerum publicarum ex-*

excutiendæ sunt; nam esse eas vexatas satis constat. Et dict. lib. epist. 18. ad Trajan. ibi: *Nunc Reipublicæ Prusensium impendia, reditus, debitores, excusio, quòd ex ipso tractu magis, ac magis necessarium intelligo.* Et eodem lib. epist. 29. ibi: *Cùm vellem, Domine, Apameæ cognoscere publicos debitores, & reditum, & impendia, responsum est cupere quidem universos, ut à me rationes Coloniæ legerentur, &c. L. de his 26. C. de Episcopor. audient.* ibi: *Et qui cæteris prestant in ea civitate, ac singulis annis inspiciant opera facta, & curent, ut non mentiantur, & rationem conficiant, qui ea administrant, aut administraverunt.* Novell. 30. *de Procons. Cappadociæ cap.* 8. ibi: *Et procurabit, ut secundum legem nostram ratiocinia conscribantur, & tam Tamiaca, quàm civilia insumantur.* Novell. 128. *de Collator. & aliis capit. cap. 16.* ibi: *Singulis annis impletis, sanctissimum Episcopum cum quinque primatibus civitatis rationes exigere eos, qui ab ipsis ordinati sunt, & si quid ex talibus ratiociniis apparuerit debitum, aut remansisse, exigi hujusmodi dispensatores.* Et in edicto 13. Justinianeo *cap.* 21. jubentur ratiocinia confici separatim, & distinctæ cujuslibet mensæ, ibi: *Cæterùm neque portoriorum, neque privatæ, publicęve, Tribunalis excellentię tuæ mensæ rationes cum dicto Lybicorum limitum magistratu, & exactione, &c.* L. 25. tit. 9. part. 2. ibi: *E deben todos estos Oficiales dar cuenta al Rey cada año.* (b)

5 Hæc eadem cura, quæ exquiritur in Gubernatore quoad rem dominicam, & Regiam, extenditur quoad publicam rem, & uti Reipublicæ pater tenetur jubere, ut ratiocinia bonorum civitatis, & redituum publicorum conficiantur, & reddantur singulis annis, & transmittantur ad supremum Indiarum Consilium. Regia schedula, data Matriti die 26. Maji, anno 1573. lib. 1. impr. fol. 77. (c) ibi: *Otrosì decimos, que en cada Ciudad, è cada Villa ha de haver otro registro, en que escriban todas las cuentas de su Consejo, pàra saber quantas son; porque si el Rey quisiere demandar cuenta de como fueron expendidas, que lo pueda saber por alli*; & ibi Gregor. (d) juxta illud Trajani rescribentis ad Plinium secundum, (e) de quo nuper. ibi: *Rationes rerum publicarum in primis excutiendę sunt*: facit ordinatio hujus Limensis Senatus 50. in ordine. Prætereà potest cogere quoslibet administratores ad computum hujusmodi reddendum. (f)

CAPUT XXIII.

Casus XX. *De taxa mercium navigabilium ad deductionem tributi, seu illationis, vulgò nuncupatæ Almoxarifazgo.*

1 MErcium, & omnium venalium taxationes competunt D. Proregi uti majori administratori. (a) Ut juxta ejus taxam de quavis merce Hispanica deducatur Regius Almoxarifazgus, ad rationem quinque pro centum majoris valoris aucti in Perubico tractu juxta Regiam schedulam Pardi, die 1. Novembris, anno 1591. & aliam S. Laurentii, die ult. Aug. anno 1613. Id quod pendi toties præcipitur, quoties iteratur invectio earumdem mercium navalis. (b) Pretium ex æquo, & bo-

(b) *Et ibi* Gregor. Joann. de Platea *in l. sive ex Prætorio, C. de execut. & exact. lib.* 12. *per illum textum.* (c) *L.* 9. *tit.* 19. *part.* 3. (d) *Gloss.* 7. *ubi citat cap.* 30. *Prætor. & l.* 22. *tit.* 6. *lib.* 3. *Recopilat.* (e) *Lib.* 10. *epist.* 20. (f) Avend. *in cap. Prætor.* 2. *part. cap.* 10. *num.* 33. Burg. de Paz *in l.* 3. *Tauri num.* 451. Bobad. *in Politic. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 35. *& lib.* 5. *cap.* 4. *n.* 1. Castillo *in l.* 27. *Taur. de ratione reddenda.* Villadiego *in Polit. in cap.* 5. *instructionis fol.* 142. *à num.* 1. *usque ad* 93. *ad explicationem l.* 23. *tit.* 6. *lib.* 3. *Recopil.* ubi Azeved. *adeò ut non obstante appellatione, reliquatio exigatur, Auth. de sanctissim. Episcop. §. Œconomus, collat.* 9. Castillo *in dict. l.* 27. *Tauri, facit l.* 2. *tit.* 21. *lib.* 4. *Recopil.* Villadiego *ubi suprà n.* 58. *in fine.* (a) *L.* 1. *§. Cura carnis, de offic. Præfect. urb. l. annonam* 6. *de extr. crim.* Aviles *in cap. Prætor. cap.* 17. *verb.* à razonables, *num.* 5. Didacus Perez *in l.* 6. *tit.* 1. *lib.* 2. *Ordin.* Bobadill. *lib.* 3. *Politic. cap.* 4. *num.* 62. *citat plures* D. Larrea *alleg. fisc.* 56. *num.* 11. (b) *Cap.* 15. *Instruct. circa exaction. hujus membri, datæ die* 28. *Decembris, anno* 1568. *lib.* 3. *schedul. impress. fol.* 451. *l.* 22. *&* 23. 24. *&* 26. *lib.* 9. *Recop.* Evia *in Labyrint. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 25. Gregor. *in l.* 25. *tit.* 9. *part.* 2. Caved. *deciss.* 46. *n.* 6. *part.* 2. D. Alfar. *de offic. fisc. Gloss.* 20. §. 1. *&* 2. D. D. Joann. de Solorz. *qui plures citat de Indiar. gubern. lib.* 4. *cap. unic. num.* 52. Novissimè Aschaffenbur. *in consilio pro ærar. clas.* 16. *ord.* 1249.

bono finiendum ductu prudentiæ pro ratione causarum, & temporis. (c) Elegantér Cassiodorus: (d) *Commercia civibus secundum temporum qualitatem æquabili moderatione dispone definita, serva quę jusseris; quia non est labor vendendi, summas includere, nisi statuta pretia castissimé custodires.*

2 Dedit formam his taxationibus D. D. Franciscus á Toleto circa majus pretium Limæ ineundum, quàm Panamæ fuerit, ad deducenda dicta quinque pro centum majoris valoris mercium adductarum, advocatis ad se, & consultis Regiis rationalibus arcæ Limensis, unaque fisci patrono, & duobus mercatoribus ab ipso Prorege nominatis: qui in unum convenientes sub juramento taxam facerent pretii cujusque speciei mercalis, ut sic debita cura, & sine fraude ea conficeretur æqua cunctis bilance, juxta schedulam 12. Junii, anno 559. & aliam 10. Aprilis, anno 1610. Curantes omnes, ut ex tribus pretiis majori, medio, & minori, medium eligeretur, quo merces æstimaretur intra retro proximos triginta dies. Regia schedula, data die 22. Decembris, anno 579. & alia 24. Januarii, anno 1580. D. Solorz. *dict. loc. num.* 59. *Medium* enim *tenuere beati*, & in dubio media via est eligenda Ersiscundorum more, vel urgente exemplo in bipartito puero judicii Salomonici, vel juvante Dedaleo præcepto in curripetam Phaetontem, *Medio tutissimus ibis.* (e)

3 Hodie tamen quod in praxi circa hujusmodi taxationes custoditur à D. Prorege, illud est, nempé ut in Consiliis rei familiaris, vulgó *Acuerdos de Hacienda*, statuat, & taxet pretia, præcedentibus probationibus testium, factis, & receptis ab Officialibus Regis circa verum, & communem valorem præfigendum, juxta schedulam missam ad D. D. Ludovicum de Velasco, Proregem Novæ Hispaniæ, ann. 1543. de qua in 3. tom. impress. fol. 470. ibi: *Juntos determinareis los precios, y vos los bolvereis à los dichos Oficiales Reales de la Vera-Cruz, con Provision para que ellos executen, sin que sobre ello se admita apelacion à los interesados para la dicha Audiencia. Y mando á los de ella, que para el dicho efecto se junten con vos, siempre que les hiceredes llamar, y dèn sus pareceres; y que tomada alli resolucion, no admitan apelacion, que para la dicha Audiencia se interponga.*

4 His breviter enuntiatis circa effatas mercium taxationes propter consonantiam materiæ, transitus brevis fit ad taxationes victualium, quæ etiam sunt arbitrii, & judicii D. Proregis. (f) Et licèt quarumdam schedularum vetustarum virtute, quas refert D. Joannes de Solorzano, (g) judices ordinarii, vulgò *Alcaldes*, in hac Civitate Limensi consuevetint taxationes facere rei annonariæ; tamen D. Proregi injunctum est, ut pro arbitrio eas committat Quæstoribus, vel Alcaldis criminis Regiæ Audientiæ, ad exemplum *de los Alcaldes de Corte de Madrid.* (h) Et schedula Regalis, qua illud committitur, transmissa fuit ad D. D. Garciam de Mendoza, Matriti die 12. Februarii, anno 1591. quæ inserta est aliæ Regiæ schedulæ ad D. Marquionem de Guadalcazar, die 28. Maji, anno 1621. ea ratione, ibi: *Porque por ser interesados los Alcaldes Ordinarios, y Regidores en estas causas, suelen cometer muchos fraudes en daño de la Republica.* Quare, ut evitentur damna in tenues profluentia, summè commendata videtur à Cassiodoro, 11. *variar. cap.* 11. ibi: *Venalitas victualium rerum temporis debet subjacere rationi, ut neque in vilitate charitas, neque in charitate vilitas expectetur, sed æqualitate perpensa, & murmur ementibus, & gravamen querulis negotiatoribus auferatur*; atque ideo trutinatis om-

(c) Franch. *decis.* 9. Francisc. Marc. *decis.* 209. *part.* 2. Marta *in Digest. novis. verb. Annona. cap.* 2. (d) 7. *Variar.* 11. (e) *L. Titius*, ubi Alex. ad Trebellian. Raudens. *cons.* 53. *num.* 104. Donell. *lib.* 6. *comment. cap.* 14. *per text. in l.* 3. *Si pars hæred. petar.* §. *ult. Quibus ex caus. manumit.* §. *Cùm ex aliena mater. inst. de rer. div. Singul. text. in* §. *si quis agens, inst. de act.* ibi: *Diversa habent pretia.* (f) Camill. Borrell. *de Magistrat. edict. lib.* 3. *cap.* 14. *n.* 119. ibi: *Taxam quam Prorex, & Collaterale Consilium, &c.* (g) *Lib.* 4. *de Indiar. gubernat. cap.* 1. *num.* 19.

(h) *De quibus in l.* 9. *tit.* 6. *lib.* 2. *Recop.* Bobad. *lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 162. Mastrill. *de magistrat. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 76. D. Valenz. Velazquez *cons.* 99. *num.* 17. D. Castillo *de tertiis cap.* 31. *n.* 161.

omnibus, *& ad liquidum calculatione collecta, diversarum specierum pretium subter affiximus.*

CAPUT XXIV.

Casus XXI. *De vera portione, quę pendi debet Regio ærario de thesauris sepultis, & inventis in terris Peruanis.*

1 SCitum est, thesaurum esse de Regalibus Hispano jure, in quocumque loco inveniatur. (a) Quæ autem pars inventi thesauri præstanda sit Regi? tractant præfati Doctores ex *l. 1. tit. 13. lib. 6. Recop.* & aliis congestis à D. Solorzano: (b) de quo nos fusiùs, & forsan veriús quód attinet ad jus nostrum municipale *in 3. part.* Rursus scire oportet, non omnibus licere thesauros inquirere sine permissu legitimo, & debita licentia; & licèt olim dominis fundi liberé permitteretur quærere thesaurum in suis terris, (c) tamen aliis id permittere, & concedere ipsis dominis interdictum fuit ex *dict. leg.* retenta lectione, ibi: *Immó nec volentibus*, & spreta Gotofredi manu emendatrice; & ratio est, quiá cúm in agrorum cultura publica utilitas versetur, (d) ne aliqualiter posset agriculturæ nocumentum inferri, si abditas opes in quocumque loco alieno ex domini voluntate permitteretur investigare, quia ex cupiditate hominum, & auri sacra fame daretur occasio, ut omnes agri everterentur: in quo negotio uti publicæ utilitatis, parum profuit domini consensus, ut D. Larrea ratiocinatur. (e)

2 Opponit tamen recens Cantabriæ Papinianus text. *in l. venditor. 13. §. Si constat. D. commun. prædior.* ubi licet, Domino volente, in ejus fundo alium aperire lapidicinas, & cædere, sed ipse solertér occurrit, ratione differentiæ ex eo petita. *Non sic ad quęrendas lapidicinas, velut thesauros hominum cupiditatem impelli, nec idem nocumentum ex earum inquisitione vereri*; præcipué quia ut ait Platea *in l. unic. C. de thesaur. num. 6.* effodi lapidicinas, & metallorum venas, publicam etiam utilitatem respicit, *l. Cuncti, C. de metallis, lib. 11.* quibus & illa ratio ex nostra penu addi potest, nempè metalla, & lapidicinas frequentiùs reperiri in locis inviis, montanis, lapideis, nec ita culturæ aptis, & accommodatis aratro, sempèrque in superficiem cristas prorumpere: unde absque vaga, & incerta perforatione terræ possunt effodi facili negotio, sine destructione, vel depopulatione utilis terræ. Verúm hodie, sive in privato, vel publico, aut Regali loco generalitér conceditur metalla, & lapidicinas conquirere. (f) Sed duplici requisito; primum consistit in gravamine profitendi, & manifestandi thesaurum. (g) Secundum requisitum, spectans ad superiorem administrationem rei familiaris, eo tendit, ut nemo nisi D. Ptorex possit dare licentiam excavandi thesaurum; & nisi ea petita, & obtenta, nullus possit eum quærere, seu effodere: in quam rem extat caput 21. epistolæ ad D. D. Franciscum à Toleto, confirmans illius factum, & reservationem sibi factam hujus facultatis, die 1. Decembris, anno 1573. ibi: *Hase visto, como para evitar la desorden que en los derechos de lo que se saca de las huacas ha havido, con las licencias que los Corregidores han dado para descubrirlas, las haveis re-*

(a) Sixtinus *de Regal. cap. fin.* Molin. *de Hispanior. primog. lib. 1. cap. 23.* Covarr. *in reg. peccatum 2. part. §. fin.* Gomez *in l. 45. Tauri, num. 51.* Barbos. *in l. Fructus aliter divortio, §. Fundum, num. 25. D. solut. matrim.* Castillo *de Tertiis, cap. 41. num. 113.* Mastrill. *de Magistrat. lib. 3. cap. 10. ex num. 316.* Caved. *2. part. decis. 756.* D. Joann. Baptist. Larr. *in 1. tom. decis. Granat. disp. 44. n. 37.* Gutierrez *lib. 4. pract. quæst. 36. per text. in cap. quæ sint Regalia in usibus fœudor.*

(b) *De Indiar. gubernat. lib. 5. cap. unic. á num. 36.* Pichard. *in §. Thesaurus, de rer. divis.*

(c) *L. unic. C. de thesaur. lib. 10.* (d) *L. æquissimum, §. Inde est, de usufruct.* ibi: *Si nihil culturæ nocebit, l. 3. C. de feriis, l. 1. C. de agric. & censit. lib. 11. l. 2. C. de nundin. l. 3. tit. 27. part. 3. l. 4. tit. 14. part. 5. & Pragm. ann.* 1619. (e) *Dict. 1. tom. decis. Gran. disp. 5. ex* Forcar. *dialog. 56 num. 5.* Velasc. *de jure emphit. quæst.* 15. & Ossuald. in Donell. *lib. 4. comment. cap. 14. litt. D.* (f) *L. 3. tit. 13. lib. 6. Recop. l. perpensa, C. de Metall. lib. 11.* Craver. *cons. 209.* Alfar. *Gloss. 20. num. 104.* (g) *L. 1. dict. tit. 13. l. Non ambigitur 3. §. ult. D. de jur. fisc.* D. Alfar. *dict. gloss. num. 109. ubi meminit ordinationum nostri Regni.*

reservado en vos para no las dar, sino con tiempo limitado, y otras condiciones, y con que los nuestros Oficiales embien Sobrestantes, lo que no se ha hecho hasta aqui; lo qual está bien, y asi lo guardareis.

3 Jure tamen communi consensus Principis non fuit necessarius ad perscrutandos thesauros in fundo proprio, vel alieno, qualis hodie desideratur, si credimus Imperatori Leoni, *in dict. l. unic. de thesaur.* ibi: *Nemo in posterum super requirendo in suo, vel alieno loco thesauro, vel super invento ab alio, vel à se effusis precibus pietatis nostrę benignas aures audeat molestare, &c.* Cujus effati duplex reddi potest ratio. Prima, quia, ut in proposito ait Donell. *lib. 4. comment. cap. 9.* quæ jure gentium licent, à Principe non impetrantur, & citat *dict. l. unic. C. de thesaur.* ibi: *Ut superfluum sit hoc precibus postulare, quod jam lege permissum est.* Dummodò damnum, vel vitium loci non sequatur, *l. Fluminum 24. de damn. infect.* ibi: *De vitio ejus quid faciemus, & planè, vel Princeps adeundus est, vel si in Provincia fiat, Præses Provinciæ.* (h) Secunda autem ratio ex nostra pharetra ex eo pendet, quód in thesauris inventis in fundo proprio, vel alieno, Princeps olim nullam habuit partem, sed totum privatis reliquit thesaurum, ut qui dumtaxat sibi reservavit inventum in locis nullius, veluti fiscalibus, publicis, & Religiosis, *l. non intelligitur 3. §. fin. de jur. fisci.* Forsan ob illam rationem Imperatoris Leonis in constit. 51. nempè quoniam, *qui alicubi reconditos latere thesauros sciunt, dum alius laboribus suis gavisurus, se autem frustra illos subdituros; illos investigare negligunt.* Quæ quidem ratio uti movit dictum Imperatorem ad respuendum lucrum thesauri cum fisco partiendi, vocantem illum iniquum, ibi: *Iniquoque lucro fisco donato*; ita deterret Indos nostros à detectione thesaurorum, quos sciunt lucro Hispanorum, & Regis cedere, ut nullis artibus captari possint, immó nec vi impelli, aut flagellis, & cruciatibus, quibus aliquando in eos usi sunt eorum Præfecti, vel Proconsules, *victa re à cupiditate, quæ multas egregias res labefactat*, ut ait idem Imperator.

4 Qui autem inventum thesaurum non profiretur, ut Principi debita portio pendatur, ex eo nihil reportare debet. Immó totum illum amittit cum altero tanto fisco inferendum, *dict. l. 3. §. fin. de jur. fisci*, ibi: *Totum cum altero tanto cogitur solvere.* dict. constit. 51. Leonis, ibi: *Ceterum si improbus esse, neque quidquid repererit confiteri inventor omne velit, sed dolo, mendaciis ex re reperta nonnulla detineat, in vanum tunc ille laborarit.* Consonat caput 44. arcariarum ordinationum Regiarum, die 3. Julii, ann. 1573. ibi: *Con que si algunas personas descubrieren el oro, plata, piedras, ó perlas, y cosas que hallaren en los dichos enterramientos, y no lo manifestaren, para que se les aplique lo que conforme à lo susodicho les puede pertenecer, hayan perdido todo ello, y mas la mitad de los otros sus bienes para la nuestra Camara.* Et tamquam malitiosus, rerumque alienarum occultator, & fur, nihil omnino accipiat, ac totum beneficio loci domini cedat. (i) De vera portione spectante ad Regem nostrum in Indiis nostris, nam quoad eam hærere video Indianos interpretes, agendum alibi, Deo annuente. Quid autem servandum sit circa thesauros ab Indis absconditos, docet Salonius: (k) nempè, ut illis, vel eorum successoribus restituantur, quod est juxta caput quoddam instruct. arcar. ann. 1573. *cap. 4.* ibi: *Con que por esto no sean defraudados los Indios en lo que ellos tuvieren por suyo, para lo tener guardado por suyo, por respeto, ó por miedo de los Españoles.* Hoc enim in casu dominus retinet dominium, nec aliud operatur subterranea custodia, quàm depositum quoddam terræ commendatum, ut quæ fidelior sit custos, & arca securior, quàm hominis fiduciaria manus ad servandas opes alienas: (l) adeó ut non cedat emptori thesaurus repertus in agro ven-

(h) Anton. Gomez *in l. Taurina 46. num. 1.* (i) *Dict. constit. in fine.* Alfar. *dict. gloss. 20. num. 109.* & novissimè Doctor Amaja *in dict. l. unic. C. de thesaur. lib. 10.* *omnino videndus.*
(k) *In 2. 2. D. Thom. q. 66. art. 5. de thesaur. abscondit.* Gutierr. 4. *Pract. quæst. 36. num. 9.*
(l) *Argum. l. à tutor. de rei vindic. l. fin. de usufr.*

vendito, & parto ab eo cum mala fide, quo spectat Flaccus, *lib. 2. Satyr. 6.*

O si urnam argenti sors, qua mihi monstret, ut illi
Thesauro invento, qui mercenarius agrum
Illum ipsum mercatus, aravit dives amico
Hercule.

CAPUT XXV.

Casus XXII. *De compositionibus, venditionibus, Auctionatu, distributionibus, & aliis titulis, quibus obtinentur terræ Peruanæ, præcipuè dictæ Hispanè* de Realengo, *& de concessionibus earum, quæ Reipublicæ, & Indis sunt assignatæ.*

1 PRoregalis muneris est cogere subditos ad exhibitionem titulorum, cujus virtute potiuntur rerum de fonte Regali, veluti officiorum, commendarum, tributorum, ac terrarum tractus Peruani, & cæterorum suæ ditionis. (a) Ex hoc principio (ut subsistamus in tractatu terrarum, qui quotidianus est in nostro Regno, plerosque fluxus, & refluxus majoris administrationis continet) profluit praxis, & expeditio Regiarum schedularum, quibus præcipitur D. Proregi, ut cogat agrorum possessores titulos suæ possessionis ostendere, juxta caput 20. Novembris, ann. 1578. lib. 1. impres. fol. 68. ibi: *Y que asimismo exiban los titulos.* Et jubere, ut noviter rementiantur, & visitentur, ut ad venditionem, vel compositionem vacui, vel usurpati deveniatur. Ubi repetitis principiis, & per casus distinctos, qua potuerim brevitate, procedam, ut tota materia percipiatur.

2 In proœmio inquisitionis, & capitulationis initæ cum D. D. Francisco Pizarro, data fuit ei facultas distribuendi terras inter conquisitores, & ædificatores, quæ posteà fuit extensa Regia schedula 21. Maji ann. 1534. ut idem posset facere cum incolis, qui post conquisita loca voluissent ea inhabitare, id quod continetur in solemni Proregum Instructione Regali, in cap. 27. ibi: *Para que lo hagan con voluntad, les ayudareis, y dareis tierras, é solares, é hareis las otras comodidades que os parecieren conforme à la disposicion de la tierra que se poblare, con que no sea á costa de mi Hacienda, ni con daño, ni perjuicio de tercero.* Et hæc facultas in hunc usque diem perdurat illæsa, & in viridi observantia, nec derogata novissimis schedulis, quæ his temporibus expeditæ sunt: nam illæ, ut posteà videbimus, non illam cohibet quoad novas populationes, & fundationes locorum recentium; ubi in præmium benemeritorum militum, quorum ope, & servitio occupati sunt, & acquisiti Regiæ coronæ, necessaria est, semperque fuit terrarum distributio, optimi gubernii ratione, Regia schedula data Matriti die 17. Octobris, ann. 1535. lib. 1. impress. fol. 66. *l. Lutius* 11. *D. de evict.* ibi: *Partim veteranis in præmia ad signatas.* (b) In celebri illa instructione, quæ in materia rei dominicæ fuit tradita D. D. Francisco à Toleto, anno 1568. in cap. 20. illi

(a) Boer. *decis.* 8. Avendaño *de mandat. Princip. cap.* 1. *num.* 7. Velasc. *de jure emphyt. quæst.* 8. *num.* 21. *ad fin.* Caved. 2. *part. decis.* 15. *num.* 3. quibus addendus novissimè D. Joann. de Solorz. *lib.* 2. *de Indiar. gubern. cap.* 28. *à num.* 36. *& lib.* 5. *cap. unic. num.* 63. (b) (*De cujus pugna, & pace, cum l. si fundus* 33. *D. locati,* videndus est D. Amaja novissimè *in l.* 1. *C. de limitroph. lib.* 11.) *l. in agris* 16. *de acquir. rer. dom.* ibi: *Ut sciretur quid cuique datum esset, l. agros* 3. *C. de fundis limitrophis, C. lib.* 11. *l. Omnes* 8. *& l. Nulli* 13. *C. de fundis patrimon. C. eod.* Lucas de Penna *in l. Quicumque la* 2. *C. de omn. agro desert. lib.* 11. Cujacius *lib.* 2. *observat. cap.* 9. *& lib.* 19. *observat. cap.* 7. Alvar. Valasq. *quæst.* 8. *num.* 38. *ad fin. & quæst.* 16. *num.* 10. Gotofr. & Gifanius *ad dict. l. in agris.* Forcatul. *dialog.* 18. D. Amaja *in leg.* 1. *C. de limitroph. lib.* 11. Donell. *lib.* 4. *comment. cap.* 27. Ossuald. in Donell. *dict. lib. & cap. lit. F.* D. Joann. de Solorz. *de Indiar. gubernat. lib.* 2. *cap.* 1. *à num.* 48. qui alios refert per eum videndos. Anton. Faber *in rational. ad pandectas, ad l. Item si verberatum* 15. §. 2. *de rei vendic. per illum text.* ibi: *Item si fortè ager fuit, qui petitus est, & militibus assignatus est, modico honoris gratia possessori dato, &c.* Ubi illud modicum accipit Donell. in pecunia remunerationis ergo. Livius *lib.* 3. *in princip.* Plinius 2. *lib.* 7. *epist.* 30. ibi: *Emendis, dividendisque agris adjutor assumptus.*

illi fuit enixé commendatum, ut maturé inspiceret, & scitè instrueretur circa terras sui Proregnatus; & assignatis, quæ Civitatibus, & Villis necessaria essent, item Indis, quæ deservirent ad culturam, suæ alimoniæ gratia, & ad paranda specierum tributa; necnon originariis, & naturalibus, ac Hispanis, quæ convenientes, & inexcusabiles viderentur, residuæ terræ lucro cederent Regię coronæ, ut his, vel illis utilitatibus applicatæ, proficuę essent, & redditus, vel fructus redderent Regi, ac domino universali, ea ratione his verbis contexta: „ Los valdíos, suelo, y tierra de „ las Indias, que no estuviere concedido „ particularmente por Nos, ó nuestros an- „ recesores, á Lugares, ò personas parti- „ culares, es nuestro, y de nuestra Coro- „ na Real; y podemos de ello disponer á „ nuestro arbitrio, y voluntad: de los qua- „ les se podrà asignar, y repartir á los Lu- „ gares y Concejos para propios, exidos, y „ terminos publicos, y concegiles, y otros „ aprovechamientos: lo que segun la cali- „ dad de los tales Lugares, y el crecimien- „ to que en ellos puede haver, pareciere „ que es necesario, y les conviene. Y otro- „ sí se podrá dar á los naturales Españoles „ y Indios algunas tierras en propiedad, „ para que puedan labrar, y cultivar: y „ todo lo demàs que podrá quedar por „ nuestro, y para nuestro aprovechamien- „ to, vos os informareis de como esto „ està.

3 Edoctus, ac bené imbutus istis juribus dictus Prorex, ut qui vetera monumenta inspexit, & senes, & expertos consuluir, conscium fecit supremum Indiarum Consilium Regii, & absoluti dominii supremi, quo Reges Incæ in toto Imperii sui territorio, & solo universali fruebantur. Unde resultavit illa schedula famigerata, expedita Pardi die 1. Novembris, anno 1591. qua Rex noster se declaravit successorem prædicti dominii, & cunctas terras Indianæ dictionis Regiæ coronæ incoporari decrevit, ibi: „ Don Garcia de Mendoza, „ Virrey, Gobernador, y Capitan Gene- „ ral de las Provincias del Perú, por haver „ yo sucedido enteramente en el señorio „ que tuvieron en las Indias los Señores „ que fueron de ellas, es de mi Patrimo- „ nio, y Corona Real el señorio de los val- „ díos, suelo, y tierra de ellas, que no „ estuviere concedido por los Señores mis „ predecesores, ó por mì, y en su Real „ nombre, y en el mio, con poderes, y „ facultades especiales que huvieremos da- „ do para ello. (e)

4 Ubi tamen scire oportet, agros universo sementi faciendo idoneos partitos fuisse in tres partes, quarum prima Soli, altera Regi, tertia Colonis cedebat: ita tamen, ut numero Colonorum aucto, Soli, Regique detraheretur, quod illis videbatur deesse. In colendis denique agris hunc servabant ordinem, ut primúm colerent Solares, deinde terras viduarum, & orphanorum: secundo loco colebat quisque sibi agros precario distributos, & postremó Curacæ, aut Principis. Sic ex Garcilasso, & aliis refert novitèr Joann. de Laet. *in novo orbe, lib.* 1. *cap.* 12. qui addit, singulis subditis tantum terræ concessum, quantum ferre posset. Cui divisioni feré æqualis divisio Romuli, de quo Livius: *Romulus agrum Romanum in tres partes divisit; quarum unam sacris faciendis, secundam Reipublicæ oneribus subeundis, postremam civibus ęqualiter assignavit.* (d)

5 Non ignoro pluribus successionem dominii Incani displicuisse, præsertim ex eorum numero, qui *rugosa fronte, & gravi supercilio fisci utilitatibus adesse solent*, ut ait Plinius Junior; quibus ferre suppetias videtur Tertullianus, *lib. de Idolatr.* ibi: *Si omnia Principis sunt, quod erit Dei?* Besoldus *dissert. de jure, & divis. rer. num.* 3. ibi:

(c) Doctor Carrascus *ad leg. Recopil. cap.* 3. §. 2. *num.* 11. *fol.* 28. D. Joann. de Solorzano *de Indiar. gubernat. lib.* 4. *cap. unic. num.* 87. qui ambo referunt prædicta verba, & citant Auctores, quorum dictis, & auctoritate fulciuntur, & præcipué Patrem Joseph de Acosta *lib.* 6. *histor. moral. col.* 3. qui in fine ait: *Ni jamás poseyeron los Indios cosa propia, sino era por merced especial del Inga, y aquello no se podia enagenar, ni dividir entre los herederos.* (d) Aschaff. *in cons. class.* 10. *consil.* 2. *ord.* 767.

ibi: *Tandem imperium Principis, quàm patrimonium majus est.* Et in *l.* 3. *C. de quadrien. prescr.* ibi: *Non scriptum invenimus omnia Principis esse, sed intelligi; & quidem non cujusvis generis bona, sed quæ ex substantia fiscali, vel principali sunt alienata, id est tam res privatæ ejus substantiæ, quàm res ipsius fisci publici, & ærarii.* Cujac. *in tit. C. de officio Comit. rer. privat. in paratitlas.* Connan. *lib.* 3. *Comment. cap. ult. num.* 8. *Nec olim etiam Barbarica Imperia talem sibi sumpserunt potestatem. Sanè ex cap. Genes.* 47. *apparet, Pharaonis non fuisse terram antequam emisset eam. Concludamus ergo solius Dei omnem esse terram.* Juvant quæ in publicum Bojaculus Ansibariis respondit apud Tacitum *lib.* 13. *Annal.* ibi: *Sicut cœlum Diis, ita terras generi mortalium datas, queque sint vacuæ, eas publicas esse; solem deindè respiciens, & cætera sydera vocans, quasi coram interrogabat, vellentne contueri inane solùm, potius mare superfunderent adversus terrarum ereptores; ipsi Bojaculo ob memoriam amicitię daturum agros, quod ille ut proditionis pretium aspernatus addidit, deesse nobis terra in qua vivamus, in qua moriamur, non potest.* Faciunt tradita á Joann. Hedui. *in Aristocr. Christ. civil. rubric. de Regis Imper. in principio lib. tr.* 14. *fol.* 294. ubi quód non potest Princeps auferre agros. Et de Tiberio illud satis laudabile, quód sibi pauciores agri reservaret, ut qui cæteros omnes civibus distribueret. Unde Tacit. *lib.* 4. *Pauci* (inquit) *per Italiam Cæsaris agri.*

6 Sed his omnibus benè occurritur ex duobus. Primó, quia Rex Inca, cui successit Rex noster Catholicus, capax fuit universalis dominii totius sui territorii, nedum jure positivo, & lege Regia, vel plenitudine illa potestatis, quam tempestatis nuncupavit. (e) Immò gentium jure, quod usu exigente, & humana necessitate postulante, ob conservationem Indorum belluino more viventium desidum, & otio deditorum, ac particularis dominii incapacium, Capiti eorum, & moderatori, vel Monarchæ cunctarum terrarum dominium generalitèr attribuit, quas ille viritim, sive familiarum habita ratione, eis precario distribueret colendas, vel seminandas singulis annis; commutatis cultoribus, ne eas sibi appropriatas existimarent, sed in temporariæ culturæ causa sibi concessas ob ditandum imperium, & sui victum parandum, aliter deficiendum ob Indorum naturalem inertiam, & ingenitam desidiam, ex ratione text. in *l.* 2. *C. Quando, & quibus quarta pars, lib.* 10. ibi: *Naturale quippe vitium est negligi, quod communitèr possidetur.* Et in Indis Occidentalibus potiori ratione ob eorum mores, & segnitiem, quám *onus terræ* appellavit Imperator *in Novell.* 80. *cap.* 5. ut sic evincamus distinctionem dominii: aliás induci solitam jure gentium inter plures, ob rationem ne vel terra inculta maneret, vel aliorum industria partos fructus alii desides consumerent, ut ait Donell. *lib.* 1. *Comment. cap.* 7. in nostro casu eandem rationem pro uno homine, illoque rectore, & terrestri cæterorum conservatore conspirare, dominiumque distinctum, & discretum á communione illa primæva apud eum solúm extare, *l. ex hoc jure* 5. *D. de justit. & jur.* ibi: *Regna condita, dominia distincta, agris termini positi.* (f)

7 Nec obsunt auctoritates suprà allatę, quia compertum est Deum Optimum Maximum Regum Regem, & Dominum Dominantium, in cujus mancipio sunt omnia, jure directo, supremo, & supernaturali, ut qui eis non indigeat, divitiis animosum suis, illud in terris quoad temporalia Regibus communicasse, propter quam causam Dei Vicarii Reges nuncupantur. (g) *Nam simulachrum, seu Dei vivum bonus Rex esse priscis creditus jam seculis,* quo spectat

V Leo

(e) Covarr. *lib.* 3. *variar. cap.* 6. *num.* 6. Anton. Faber. *in C. tit.* 1. *diff.* 1. *num.* 10. Anton. Thes. *deciss. pedem.* 91. *num.* 1. (f) Menchac. *illustrat. cap.* 9. *num.* 4. *& success: lib.* 1. *cap.* 5. 2. Alciat. 2. *parerg. cap.* 21. Covarr. *reg. peccatum* 2. *part.* §. 9. (g) *Gloss. itidem in rubr. in auth. de hæred. & falcid.* Bald. *in rubr. de just. & jur.* Abb. *in cap. ex suscepto de jure compet. l.* 1. *tit.* 1. *part.* 2. Ubi Gregor. *verbo, Vicario de Dios, l.* 5. *ead. part. & tit.* ibi: *Vicarios de Dios son los Reyes.* Gloss. *in l. jubemus, verb. Cœlesti, C. de SS. Eccles.* Osiand. *in cap.* 1. *Daniel.*

Leo scribens, *Novell.* 106. Deum Imperatoribus universi terrarum orbis administrationem demandasse. Et August. *lib. quæst. veter. & nov. testam. q.* 35. inquit: *Imaginem Dei Rex gestat.* (h) Martial. *lib.* 1. *epigr.* 5. ad Cæsarem.

Terrarum dominum pone supercilium.

Et idem alibi: *Divisum Imperium cum Jove Cæsar habet.*

Plinius Secundus: *Equid Cæsar suum non videt?*

Absit tamen arrogantia in Principe se jactandi Dominum in usurpationem divini nominis, ne luat pœnas, quas Domitianus, auctore Tranquill. eo quód Procuratorum suorum nomine formalem dictans epistolam, sic cœperit: *Dominus Deus noster sic fieri jubet.* (i)

8 Quod ita accipi debet, ut subditos juvent, atque proficiant, eis terram assignando unde vivere possint, & alimoniam quæritent, sive proprietatis jure, sive ususfructus, vel utilis, aut indirecti dominii, aut Incano more precariæ possessionis prætextu; de quo solertèr Roman. *lib.* 2. *de Repub. Gentilica, cap.* 13. ibi: *Dividió el Inca la tierra à los Templos, y para sì, y aquella mandaba grangear, y que la cultivasen, y de aquella comia él, y todos los de su casa; y lo que sobraba, ponialo en lugares públicos, para suplir la necesidad del Reyno.* (k)

9 Competit secundó hæc Regalia Regi nostro invictissimo, tùm juribus, & titulis congestis plena manu à magno Jurisprudentiæ Coriphæo D. D. Joann. de Solorz. *integro* 1. *tom. de Indiar. acquisit.* tùm denique jure renuntiationis, quæ ex abundanti omnium jurium, si quæ remanserant, penes ultimum ex Regia Incarum stirpe, & directa successionis linea, nempè Mangum Incam fratrem Hatahualipæ, ab eo facta fuit plenissimè coram notario, & testibus, itidem totius Imperii, & territorii Peruani, & speciatim Civitatis Cuzquensis, uti capitis, & matricis illius, & opulentæ Domus Solis, cum omnibus suis thesauris in favorem Domini Cæsaris Caroli Quinti, ejus nomine eam acceptante Marquione D. Francisco Pizarro Regium locum renente, sub cujus manu, & labaro Regali Mangus ille subjectus sponté se posuerat, postquam veluti Regni immediatus successor, proximiorque Huascari & Hatagualpæ à dicto Marquione purpureo Diademate, & Regio lauru fuerat coronatus Inca XIII. De qua subjectione, & renuntiatione historiographi mentionem faciunr, præcipuè Illescas *in Pontificali, lib.* 6. *cap.* 227. & ejus aperta, & authentica habetur ratio in servitiis, & informationibus D. Emmanuelis, Criado de Castilla Inca equitis meritissimi, mihique ab incunabulis arctissimo necessitudinis vinculo devincti; & præsertim in summario à me viso, & recognito, quod illius meritorum confecit D. Josephus de Caceres & Ulloa, major Scriba Peruani Regni gubernationis, mihique charissimi, & venerandi ob ingenuas animi dotes, & præclaræ sanguinis nobilitatem, (de quo dicere potuit Cassiod. 2. *variar.* 39. *O verè Secretarium jure reverendum*) ex mandato D. Proregis Excellentissimi Comitis de Chinchon, die 17. Septembris, anno 1631. Nam eques iste emeruit atavum dictum Regem Mangum, linea derivata per gradus sequentes.

10 Mangus in primis habuit filios duos D. Diegum Sairetopam, & D. Mariam Coiam Cusihuarcai.

11 Hi duo, fraternitate non obstante, nupti fuerunt in infidelitate secundum ritum Gentilicum, & procrearunt filiam unicam D. Beatricem Claram Coiam, quæ matrimonio fuit copulata Martino Garciæ de Loyola, equiti Ordinis Divi Jacobi, qui

(h) D. Thom. *de Regim. Princip.* D. Joann. de Solorz. *de Indiar. gubern. lib.* 3. *cap.* 27. *num.* 42. *& terrarum Domini à Deo investiti indigitantur, l. Deprecatio, D. ad leg. Rhod. l. Bené à Zenone, C. de quadrienn. præscript. sub interpretat.* Domin. Gregor. *in l.* 1. *tit.* 18. *part.* 2. *Gloss.* 1. *& in l.* 2. *Gloss.* 22. *tit.* 1. *ead. part.* Azeved. *in l.* 1. *tit.* 1. *num.* 20. *lib.* 4. *Recop.* cum Menchac. Pinell. & Covarr. Idem Azeved. *l.* 3. *tit.* 21. *& l.* 4. *num.* 3. *tit.* 10. *lib.* 5. *Recop.* Parlador. *rer. quotid. cap.* 21. *num.* 2. Cevall. 4. *tom. commun. quæst.* 906. *num.* 24. (i) Joannes Bernart. *in comment.* Stati Papinii *lib.* 1. *Silvar.* (k) Acosta *dict. lib.* 6. *histor. moral. col.* 3.

qui obiit functus gubernio Chilensi.

12 Ex matrimonio isto processit D. Maria Coia Marchissa de Oropesa, quæ nupta fuit cum præclaro viro sanguine, & ingenio D. Joanni Henriquez de Borja, primò de Oropesa Marquioni: ex quibus procreatus fuit hodiernus secundus Marquio de Oropesa, undque de Alcañizas, unus ex Magnatibus Hispaniæ emeritissimus.

13 Propter obitum dicti D. Didaci Sairetopæ, secundò nupta fuit ejus vidua D. Maria Coia cum strenuo Duce Joanne Fernandez Coronel, & Sotomayor, uno ex vetustis Detectoribus, & Conquisitoribus hujus Regni Peruani.

14 Filiam habuere ex hoc conjugio D. Melchioram de Sotomayor Coiam, quæ nuptu collocata fuit cum Generali D. Emmanuele Criado de Castilla, unde habuit ortum dictus D. Emmanuel filius unicus, qui hodie vivit dignus ob sua, & majorum merita regalia, maximis, multijugisque præmiis é liberali manu Regis nostri: nam ut ait Cassiodorus de suo Theodorico: *Tribuenda est justis laboribus compensatio laborum.*

15 Ex effata Mangi renuntiatione (ut ex hoc diverticulo ad viam redeamus) cujus quanta sit vis, & robur, in jure nemo est qui nesciat: ex traditis ab Alexandro Raudens. (l) benè stabilitum manet in Regem nostrum translatum fuisse dominium terrarum, quod illatum antiquis Monarchis competere potuit. Non secus ac Regni Malucæ per Tabarixam in D. Emmanuelem III. Lusitaniæ Regem, auctore Argenzola *in histor. Maluci*, *lib.* 1. *fol.* 40.

16 Tertiò communi jure conquisitionis; nam subacta Provincia hostili, victis, & debellatis Rege, Dynastis, ceu Ducibus, & civibus expulsis, agri fiunt dominii Regis victoris; (m) quod probat text. sing. *in l. Divus Commodus* 31. *de jure fisci*, cujus verba ibi: *Obsidum bona sicut captivorum omnimodo in fiscum esse cogenda*, juncta interpretatione Ossualdi, *ubi suprà*, de bonis immobilibus: Quamquam mobilia dividantur jure prædæ. (n) Scitè, & utilitér Regens Constantius, *in tit. de Classicis*, *C. lib.* 11. ubi laté de hodierno modo dividendi spolium, ceu prædam navalem, juxta Regias Hispanas sanctiones novissimas, quas ad litteram inserit Hispano sermone.

17 Fuit usitatum veteri Romanorum jure, ut præda á Quæstoribus urbanis venderetur, ac pecunia inde redacta, ad ærarium reduceretur. (o) Item, ut immobilia veluti fundus, & ager quadrifariè partiretur; nam pars militibus assignabatur; pars per Quæstorem vendebatur ditandi ærarii causa; pars publico relinquebatur ad compascua, templa, & sepulchra, itinera, vias, &c. & pars veteribus possessoribus dabatur. De his omnibus agitur *in dict. l. In agris* 16. *de acquir. rer. dom.* ibi: *Agrum autem manucaptum limitatum esse, ut sciretur, quia cuique datum esset, quid venisset, quid in publico relictum esset.* Cujus legis verba, & divisionem sequuti ea justo commentario donabimus, & praxi partitionis, & distributionis terrarum nostri Regni aptata, per ordinem reducentur ad nucleum.

18 Et in primis, pars illa prima *Limitatum esse*, apertè demonstrat limitibus concludi, & distingui agrum concessum, donatum, seu venditum; sed præcipuè agri militibus concessi limitabantur, & agri limitati dicebantur, *dict. l.* 16. adeò ut si quid accrevisset jure alluvionis, non cederet possidenti, sed Reipublicæ, aut Principi. Donell. *dict. lib.* 4. *cap.* 27. Conan. *lib.* 3. *comment. cap.* 5. qui exemplificat hisce temporibus in agris á Civitate, vel Do-

(l) *Cons.* 1. *num.* 1. Jacobo à Saa, & Osasco ab eo relatis. Petro Hærodio. *rer. judicat. lib.* 5. *tit.* 3. *fol.* 170. Purpurato *cons.* 326. *lib.* 1. *ante num.* 6. Ancharrano *cons.* 339. Garcia *de expens. cap.* 16. *num.* 20. *pag.* 121. (m) Livius *lib.* 3. *in fine.* Ciceron. *in* 5. *Verrina. l. Si captivus* 20. §. 1. *D. de captiv. & postlim.* Donell. *lib.* 4. *comment. cap.* 19. *& cap.* 21. & ibi Ossuald. Covarr. *in reg. peccatum* 2. *part.* §. 11. Ripa *in l.* 1. *num.* 5. Jass. *num.* 10. *de acquir. posses.* Xuarez *alleg.* 8. *n.* 10. (n) *De qua in l. Transfugam* 51. §. 1. *de acquir. rer. dom. l. penult. D. ad Juliam peculat.* Donell. *lib.* 4. *comment. cap.* 21. Vacon. *lib.* 2. *declarat.* 35. Petrus Faber 2. *Semestr.* 3. Petr. Gregor. *lib.* 20. *syntag. cap.* 4. *num.* 6. Ossuald. in Donell. *dict. cap.* 21. (o) Ex Gellio *noct. Attic. lib.* 7. *noct.* 4. *& lib.* 13. *noct.* 24. *observat.* Hothman. *in* §. *Item ea*, *instit. de rer. divis.*

Domino in fœudum concessis, certis terminis circumscriptis quoad jus alluvionis. Cæteri autem agri assignatis finibus, & terminis distinguuntur, vitandarum litium, & rixarum causa, ut communitér tractatur *in tit. finium regund. & de termino moto.* (p) Unde miramur tanta animositate litigatum, quod aut terminis, testibus, aut jugis montium, aut fluminum ripis, aut arcaturis constructis, aliisque signis evidentibus constat esse definitum.

19 Sequitur vers. *quid cuique datum esset, dict. l. 16.* sed illum jam suprà exposuimus in favorem militum, quibus pro remuneratione victoriæ agri distribuebantur. (q) Lamprid. in Alexandr. de quo Imperatore ille refert, agros limitaneos militibus ita donasse, ut illorum essent, si hæredes eorum militarent; nec umquam ad privatos pertinent, dicebatque attentiùs eos militaturos, si etiam jura sua defenderent. Qui agri in privatorum jura nullo jure transeunt, nullave præscriptione adquiruntur, (r) & omni collatione, & tributi onere sunt immunes. (s) Quo expectant, quæ suprà retulimus, num. ubi cap. 27. Regiæ Instruct. ad D. Proregem eo tendens ad litteram refertur. *Tandem pro multis vix jugera bina dabantur vulneribus.*

20 Hodie tamen coangustata illa effræna facultate donandi, vel distribuendi terras ad libidinem D. Proregis in locis antiquis, & jam fundatis, (ut sic succedat explicatio *dict. l. 16.* in illa parte, & verbis *quid venisset*) cavetur juxta eam, ut vendantur terræ vacuæ, apud nos *Valdios*, publica subhasta, & solemnitatibus requisitis in auctione cæterorum membrorum Regii patrimonii, ut pretium earum in fiscum cogatur: qui agri quæstorii dicti sunt, uti venditi per Quæstorem. Ossuald. in Donell. *lib. 4. comment. cap. 27.* Forcat. *dialog. 18. ex l. Lucius 11. D. de evict.* ibi: *Partim distractas*; quo forsan respexit Tacit. *lib. 6. Annal. Neque emptio agrorum exercita, ad formam Senatusconsulti, acribus fermè talia initiis, incurioso fine.* (t) Et quidem prima schedula Regia, qua Rex reservavit vacuas terras sibi de eis disposituro, transmissa fuit ad D. D. Garciam de Mendoza suprà relata, ubi exceptis necessariis donatis ad usum Civitatum, & Indorum, & incolarum, ait: *Toda la demás tierra quede, y esté libre, y desembarazada, para hacer merced, y disponer de ella à mi voluntad.* Expeditis Commissariis à dicto D. Prorege, ut juxta tenorem dictæ schedulæ, & instructionum providè expeditarum, exequerentur voluntatem suæ Majestatis quoad applicationem publicarum terrarum, & Indorum, & compositionem Hispanorum nitentium titulis vitiosis, & illegitimis, quoad portionem ad Regium patrimonium expectantem: integra perfectio subsecuta non fuit, ex eo quód Regiæ terræ vacuæ signatæ non fuerunt certis finibus, nec ex eis corrivata est utilitas desiderata; ideoque aperté provisum fuit, ut licitarentur, & emptoribus titulus, & perpetua securitas daretur, ut constat ex Regia schedula ad D. D. Ludovicum à Velasco, Matriti die 12. Februar. ann. 1598. ibi: *Y que es mucho lo que se debe de este genero, y lo que se podria sacar de los valdios que en ese Reyno me fueron adjudicados, por los Comisarios que para la dicha composicion nombrò el dicho Marquès, que por entonces no huvo quien los quisiese por venta, y composicion, &c.*

21 Comiti etiam Montiregio, Proregi prudentissimo, idem injunctum fuit Regia schedula die 6. Septembris, ann. 1603. quoad terras vacuas Provinciæ de las Charcas, dummodó illarum venditio absque præjudicio juris tertii procederet.

22. Consonant aliæ Regiæ schedulæ ann.

(p) Valasco, *quæst. 8. num. 38.* Menoch. *cas. 393.* Cassan. *in rubr. 1. §. 1.* Gloss. *in territ. num. 12.* Avend. *de exequend. mand. lib. 1. cap. 4. num. 19. ad med.* Gregor. *in l. 2. tit. 18. part. 3. Gloss. 7. ubi utilitér, & in Gloss. 7. & 8. l. 10. tit. 15. part. 6. & gloss. 1. 5. 6. & 7. l. 30. tit. 14. part. 7.* De quo est elegans locus apud Cassiod. 3. *variar. 52.* (q) *L. 3. de fund. limitroph. C. lib. 11. limitan. scilicet l. 2. de offic. Præfect. Afric.* (r) *L. fin. dict. tit. de fundis limitroph.* (s) *Dict. l. fin.* Æneus Robert. *lib. 2. rer. judicat. cap. 9.* (t) D. Joann. de Solorz. *lib. 4. de Indiar. gubernat. cap. unic. n. 88.* qui meritó citat, & laudat in puncto Anton. de Leon *de confirmat. Regii, 2. part. cap. 23. à num. 26. ad 29.*

ann. 616. & 617. quas refert summarium D. D. Roderici de Aguiart. *tit.* 3. *lib.* 4. ut nisi petente Regii fisci patrono, & certioraro Regio Indiarum Consilio, terræ vendi non possint, nec distribui in remunerationem olim usitatam.

23 Eadem prohibitio arctiùs repetita fuit posteà in Regia schedula ad D. Principem Squilacensem data, die 26. April. anno 1618. ibi: *Me ha parecido advertiros, que en quanto á esto vais con presupuesto, que todo lo que los particulares huvieren entrado, y ocupado de lugares publicos, y concegiles, se ha de restituir á lo publico, conforme á la ley de Toledo, y á las Cedulas particulares, que disponen como se ha de hacer la restitucion, y prescripcion, si no fuere con evidente necesidad, y avisandome primero de las causas que os movieren para hacer las dichas composiciones, y en què lugares, y à qué personas tocan, y el tiempo que hà que las posee, y si son tierras calmas, ó plantías. Y quando huvieredes de dar estas comisiones, procurareis sea á personas, cuya edad, experiencia, y partes convengan para su mejor execucion.*

24 Capite 7. cujusdam Regiæ epist. dat. Matr. ann. 1627. cautum fuit, ut sempèr caverent Proreges, ne expedirentur commissiones titulo compositionis, mensurę, & venditionis terrarum ob solam utilitatem, & compendium commissariorum: á quo non longe Cujacius, qui hujusmodi commissiones damnavit, ad Novell. *de mandat. Princip.*

25 Deindè 27. Octobr. ann. 1627. expedita fuit D. Proregi, & Regio Senatui Limensi, necnon Tribunali Calculorum, ut collatis capitulis arbitrii Petri Ugarte de la Hermosa in materia terrarum orbis Perubici, quòd expeditiùs, ac conveniemtiùs foret, exequeretur. Ex tractatu, & collatione habita super dictis capitulis, quorum præcipua summa eó spectabat, ut terræ Indis, & eorum communitatibus olim distributæ á D. D. Francisco á Toleto in visitatione generali, posteáque à Commissariis nominatis á D. Garcia de Mendoza, Prorege, in executionem relatæ schedulæ, anno 1591. siquidem hodie, ut plurimum erant vacuæ ob causas mortis, fugę, & absentię perpetuę eorum, uti devolutę ad Regium patrimonium, venderentur; credimus processisse schedulam emissam excellentissimo Comiti de Chinchon, data Matriti die 27. Maji, anno 1631. quæ sic se habet.

26 „ Conde de Chinchon, pariente, „ de mis Consejos de Estado, y Guerra, „ Gentilhombre de mi Camara, mi Virrey, „ y Gobernador, y Capitan General de las „ Provincias del Perù: Entre otros arbi„ trios que se me han propuesto, para „ ayudar à los grandes gastos á que se halla „ obligada mi Real Hacienda, es uno, que „ se compongan todas las tierras de esas „ Provincias, asi de estancias de Ganado, „ como de sementeras; y haviendose re„ presentado, que muchas estàn compues„ tas por muy baxos precios, y que resul„ taria grande aprovechamiento de darlas „ por nuevas ventas; considerando el ma„ yor beneficio de mis vasallos, y la in„ quietud que causaria á los poseedores de „ ellas, he tenido por bien de ordenaros, „ y mandaros, como lo hago, que en las „ tierras que estuvieren compuestas con „ justo titulo de los Virreyes, no se inove „ con sus dueños, dexandoles en su pacifi„ ca posesion: pero si los tales, ò qual„ quiera otros se huvieren introducido; y „ usurpado mas de lo que les pertenece, „ conforme á las demás; en quanto á lo que „ tuvieren de mas, proveereis cómo se ad„ mitan á moderada composicion, y se les „ despachen nuevos titulos de ellas: y to„ das las que estuvieren por componer ab„ solutamente, hareis que se vendan à vela „ y pregon, y se rematen en el mayor po„ nedor, dandoselas à razon de censo al „ quitar, conforme à las Leyes y Pragma„ ticas de estos Reynos: y el modo de la „ execucion de todo lo referido se os re„ mite, para que lo dispongais con la me„ nos costa posible, y para escusar la que „ se puede seguir de la cobranza de lo que „ de esto procediere, ordenareis á los Ofi„ ciales de mi Real Hacienda de cada dis„ trito, lo hagan por su mano, sin embiar „ Executores, valiendose para ello de la „ mano, y autoridad de mis Audiencias „ Reales donde las huviere, y donde no,

„ de los Corregidores : y avisareisme de „ lo que en ello se hiciere." Fecha en Madrid á 27. de Mayo de 1631.

27 Hujus schedulæ executio á dicto D. Prorege suspensa fuit, justis causis impulso ; sed eis nihil obsistentibus , sequens caput in quadam epistola ad eum scripsit Regium Indiarum Consilium.

28 „ Con particular cuidado se ha „ visto , y reconocido lo que decìs, en or- „ den á las causas por que vos , y las per- „ sonas que concurrieron en el acuerdo de „ Hacienda , que hicisteis para dar forma „ al cumplimiento de la Cedula mia de 27. „ de Mayo de 631. sobre la venta y com- „ posicion de tierras , fuisteis de parecer, „ se suspendiese su execucion ; y ha pare- „ cido , que sin embargo de todo ello , se „ cumpla , y execute lo que tengo resuel- „ to, y mandado , como lo hareis ; pues „ ninguno de quantos medios se me han „ propuesto en beneficio de mi Hacienda, „ se ha tenido por mas justificado que este; „ y si siendo asi , se dificulta , no sé qual „ es el que se ha de hallar sin inconvenien- „ te. Y en quanto à lo que representais de „ la costa , y poca confianza de personas à „ quien cometer su execucion , lo podreis „ disponer por los medios mas proporcio- „ nados que se ofrecieren , como sería por „ mano de los Corregidores , y Oficiales „ de mi Real Hacienda , y particularmen- „ te de las de los Oídores de las Audien- „ cias , quando salieren à la visita de la tier- „ ra , pues lo deben hacer cada un año, „ sin que por esta causa se detenga mas de „ lo que se acostumbra. Y en lo demás que „ proponeis cerca del embarazo que esto „ podria causar para la reduccion que se „ pretende hacer de los Indios , sobre que „ se discurrió en el dicho acuerdo de Ha- „ cienda , ireis con advertencia de procu- „ rar , que estas composiciones se hagan „ en forma conveniente , dexando á los In- „ dios parte de las tierras para sus labores, „ y ganados , y reducciones que se hicie- „ ren ; pues estas no puden ser de tanto „ numero de gente , que tengan necesidad „ de tantas tierras , como hasta aqui. Y to- „ do lo ireis executando con el zelo y aten- „ cion , que de vos fio.

29 Recepta præfata epistola , Prorex prudentissimus eam exequi præcepit , deditque ordines eo tendentes , sed provisis justis , necessariisque requisitis juxta Regiam voluntatem , ibi : „ Y para que tenga „ efecto lo que su Magestad manda , cor- „ riendo su execucion por mano de Minis- „ tros de la autoridad , y satisfaccion que „ se requiere , cometia el tratar de las re- „ feridas composiciones , y ventas de tier- „ ras , á los Señores Oídores que salieren à „ la visita de los distritos de esta Real Au- „ diencia de los Reyes , y de las Charcas, „ y Quito , cada uno en el suyo. Los qua- „ les procurarán con la prudencia , y bue- „ nos medios que juzgaren á proposito, „ disponer lo que á esto toca , con el cui- „ dado y atencion que conviene , como „ cosa tan del servicio de su Magestad. Y „ con advertencia de que han de quedar á „ los Indios presentes cumplidamente to- „ das las que fueren suyas , y pudieren ha- „ ver menester para ellos , y sus familias , y „ Comunidades , y las necesarias para los „ que se pudieren reducir , y ir agregando „ con muy suficiente agua para su benefi- „ cio en las que fueren , ó pudieren ser de „ regadio ; y que las dichas composicio- „ nes , y ventas sean de suerte , que no se „ dè ocasion á que los Españoles mestizos, „ ni mulatos vivan entre ellos , en contra- „ vencion de las ordenes que están dadas; „ por los graves inconvenientes que de ello „ resultan. Y las dudas , y dificultades que „ en razon de todo lo referido se ofrecie- „ ren , si fueren de calidad que toque á in- „ terès de tercero , las determinarán , y „ executarán conforme à derecho , reser- „ vandoles las apelaciones á la Audiencia „ de su distrito , en lo que segun él debie- „ ren hacerlo : y las que pertenecieren al „ gobierno , las comunicará con su Exce- „ lencia , ò el Señor Virrey que le sucedie- „ re , para que se pueda tomar resolucion „ en ellas ; y á las personas con quienes se „ hicieren las dichas composiciones , y „ ventas , les harán dar los testimonios ne- „ cesarios , para que dentro del termino „ que se les señalare , occurran al gobierno „ á sacar las confirmaciones , y titulos que „ huvieren menester , que para todo ello , y

„ lo

„ lo anexo, y concerniente les daba la co„ mision y facultad quan cumplida y bas„ tantemente se requiere. Y con insercion „ de este Auto se despachará á cada uno „ de los dichos Señores Oidores que fue„ ren á las dichas visitas, Provision en for„ ma, y asi lo proveyò, y firmó.

30 Ex quibus omnibus facilè evincitur, duo compendia versari in favorem fisci Regalis in negotio terrarum: unum resultans ex subhastatione, aliud autem ex compositione.

31 Illud primum, nec novum, nec insolitum, ut suprà notavimus ex relatis juribus, & interptetibus, certas, & determinatas quasdam limitationes recipit in nostro ævo non inutiles.

32 Prima est, ne vendantur terræ Ecclesiis, ceu Monasteriis, nec personis Ecclesiasticis, juxta Regiam schedulam Matriti 27. Octob. anno 1535. 1. *tom. impr. pag.* 65. *&* 66. ibi: *Con que lo que asi se les repartiere, no lo puedan vender à Iglesia, sò pena que lo hayan perdido, y pierdan, y se pueda repartir à otros.* Quæ ordinatio, licét loquatur cum Novæ Hispaniæ Prorege, ex identitate rationis, & similitudine gubernii utriusque Regni ad nostrum extenditur, & é converso secundum Battul. (u) Cujus ratio ea videtur esse, ne ob translationem, vel acquisitionem personarum exemptarum á decimarum solutione, eæ minuantur in præjudicium duorum novenorum regalium, & mensarum capitularium, quam conditionem, & limitationem jure optimo apponi posse á Rege nostro doctè, & eruditè, ut solet, firmat noster D. D. Joannes de Solorzano. (x)

33 Secunda limitatio petitur ex prohibitione illa, ne Hispanis mixtis, mulatis, & aliis hominibus congeneribus vendantur terræ in vicinia, & Indorum confiniis, ob vitanda innumerabilia damna, quæ ex contagio, & vicinitate illorum sequuntur in tenues, & miserabiles istos homunculos, contra municipales ordinationes; accidit enim illis, quod Martialis enuntiat, *lib. 6. epigr.* 19.

Sed lis est mihi de tribus capellis,
Vicini queror has abesse furto.

Et ut pauperculos deterreant modis omnibus, albi vicini nihil non tentant in eos mente nigra, ut appositè Juvenalis, *Satyr.* 14. describit usitatas noxias in Indos, ob terrularum ad eos pertinenrium spoliationem: nam incipere solent vicini à tractatu emptionis earum, & desinere in prædam, vel populationem.

Quorum si pretio dominus non vincitur ullo.
Nocte boves macri, lassoque famelica collo
Armenta ad virides hujus mittuntur aristas.

Ejiciantur igitur longe isti Patrovæ, de quibus Martial. *lib.* 2. *epigr.* 32.

Vexat sæpé meum Patrouas confinis agellum.

Superest explicatio secundi compendii resultantis ex compositione terrarum, quam induxit benignitas, qua Rex prosequitur subditos incolentes, & laborantes, ut sic cedant eis terræ cultæ, & possessæ pro cultura, & cura, & vòmeris tractu vetusto, amplius hoc lucrum reputans, quàm quod ex venditione earum, utpote illegitimis titulis tentatum, erogari posset, vel ex vindicatione earum, & restitutione ad Regium patrimonium, ut de rigore juris fieri debebat, juxta Novell. 30. *cap.* 7. ibi: *Sanè Lamiacæ possessionis curam, & rationem magnam habiturus ipse, qui ad hoc á nobis proficiscitur, & circunspiciet, si quid à Tamiaco solo detractum, & frustrà ab aliis detentatum sit, sive in pascuis, sive in arvis, sive in locis vitibus consitis, sive in prædiis, sive domibus, & vetus solum rebus suis vindicavit, nulla longi temporis præscriptione illi opponenda: neque enim fisco licet tale quid opponere.*

Sed

(u) *In l. Relegatorum, §. Interdicere, de interd.* Jass. *in l.* 1. *num.* 5. *de constit. Princip.* Parlad. *rer. quotid. lib.* 2. *cap. fin.* 5. *part.* §. 10. *num.* 26. (x) *De Indiar. gubernat. lib.* 3. *cap.* 21. *à n.* 39 *& lib.* 5. *cap. unic. num.* 97. ex Belluga *qui simile tradit in speculo rubr.* 14. §. *veniamus, num.* 3. Pereira *de manu Regia cap.* 67. *num.* 12. *ex decis. leg.* 7. *tit.* 9. *lib.* 5. *ordin.* & aliis per eum videndis.

34 Sed plurimum quoad Regem nostrum valuit diutina possessio, & sedula, ac laboriosa cultura; & sicut odiosa vox illa, *veteres migrate coloni*, ita plausibilis hæc Thed. *Ne doleant, diligentèr operam suam agri dedisse culturæ*, in *l. 3. C. de alluvion.* ubi agriculturæ favore ab ærario vendi prohibet ille Imperator terras elaboratas, ibi: *Similiter nec ea quidem, quę paludibus anteà, vel pascuis videbantur adscripta, si sumptibus possessorum, nunc ad frugum fertilitatem translata sunt, vel vendi, vel peti, vel quasi fertilia separatum censeri, vel functiones exigi concedimus.* Nec mirere cum urgente publica utilitate, quæ in agrorum cultura versatur, (y) ne agri sordescant, & steriles reddantur, juxta illud Ovidii.

Fertilis assiduo, si non renovetur
aratro.
Nil nisi cum spinis gramen habebit
ager.

Et Horatii.

Neglectis urtica vilis innascitur
agris.

Et Virgilii.

Infelix lolium, & steriles dominantur
avenæ.

Lex potuit auferre dominium agri cervidi, illudque laboratori, & possessori applicare solo duorum annorum curriculo, ut est decissio nobilis, *in l. qui agros 8. C. de omni agr. desert. lib. 11. juncta l. Quicumque 7. & l. rura 14. C. eod.* quos textus intelligit Jass. (z) sive prædia sint tributaria, sive libera; & quod magis est, deficiente bona fide, nec correctum esse jure Canonico, quo ea omni tempore desideratur, quia scilicet dictum jus non minus faveat agrorum cultoribus sterilium, & desertorum, ut videre est per *text. sing. in c. ad aures, de rebus Eccles. alienand.* ubi Ecclesia potest alienare, & dare terras steriles, ut cultura reddantur fructuosæ in emphiteusim perpetuò; unde dicitur communitér, juncta doctrina Bart. *in dict. l. Quicumque* locationem agri inutilis ab Ecclesia factam ad tempus decem, vel quindecim annorum, si ex labore, & sumptu conductoris fiat fructuosus, perpetuam effici, & ad hæredes transmitti etiam extraneos, nec finiri tertia generatione, licét id non exprimatur in scriptura contractus; & in *num.* 4. ait: *Nota optimum argumentum pro laboratoribus, & colonis terrarum, qui eorum cultura fundos bonos, & fertiles fecerunt, cúm essent steriles, ut non possint per dominos eorum de cultura removeri.* Quam doctrinam exacté declarat, & sequitur Hypol. de Marsil. (aa) Innocentius *in cap. fin. de pecul. Clericor.* ubi affirmat Clericum, qui utilem reddit fundum sterilem Ecclesiæ, si propter delictum deponatur ab administratione, non posse privari ab illo fundo, immó ei esse relinquendum in alimoniam. Consonat *de jure Cęsar. text. in l. quicumque 7. C. de omni agr. desert.* ibi: *Quicumque desertum fundum patrimonialem exercuerit, & fertilem, idoneumque præstiterit, salvo patrimoniali canone, perpetuo, ac privato jure defendat; & velut domesticum, & avita successione quæsitum sibi habeat, suisque relinquat.* Raudens. *respons. 17. part. 6. num. 1.* qui negligentes dominos in agris colendis similes esse ait cani olitoris *2. part. dict. cons. 7. num. 9.*

35 Verúm quoniam Regia necessitas rem ponit in extremis, non est mirum, quód dissimulatio titulorum illegitimorum aliquo compendio fiscali, nec immodico compensetur, *argum. text. in dict. l. 15. §. 2. de rei vend.* ibi: *Modico dato.* Regia schedula ann. 1591. „EL REY. Don Garcia de „Mendoza, &c. Por Cedula mia de la „fecha de ésta ordeno, que me hagais „restituir todas la tierras, que qualquier „personas posean en estas Provincias sin „justo, ni legitimo titulo, haciendolos „examinar para ello, por ser mio, y per- „te-

(y) *L. 1. l. Colonos, C. de agr. & censit. lib. 11. l. 1. §. de eo opere, de aqua pluv. arc.* (z) Dicit singul. Jass. *in §. Actionum. n. 72. inst. de act.* Ripa omnino videndus *in tract. de peste 2. part. princ. tit. de præservat. contra pest. & de remed. ad conserv. ubert. ex n. 251. & seqq.* (aa) *Sing. 550.* & Ripa *ubi suprá num. 255.* & est communis opinio secundum Veroium *in cap. in præsentia, num. 379. de probat. & in cap. Dilecti, num. 49. de arbitr.*

„ tenecerme todo ello, y como quiera que „ justamente se pudiera executar lo que „ contiene la dicha Cedula, por algunas „ justas causas, y consideraciones, y prin- „ cipalmente por hacer merced á mis va- „ sallos, he tenido por bien que sean ad- „ mitidos á alguna comoda composicion, „ para que sirviendome con lo que fuere „ justo, para fundar, y poner en la mar „ una gruesa armada, para asegurar que „ estos Reynos, y esos, y las flotas que „ vàn, y vienen, no reciban daño de los „ enemigos, antes sean castigados; y se „ les confirmen las tierras, y viñas que „ poseen. E por la presente, con acuerdo „ especial de mi Consejo Real de las In- „ dias, os doy mi comision, poder, y „ facultad, para que reservando ante to- „ das cosas lo que os pareciere necesario „ para plazas, egidos, y propios, y pas- „ tos, y valdíos de los Lugares, y Conce- „ jos que estàn fundados; y asi por lo que „ toca al estado presente, como al por ve- „ nir, ó el aumento, y crecimiento que „ puede tener cada uno; y à los Indios lo „ que huvieren menester para hacer sus „ sementeras, labores, y crianzas; todo „ lo demás lo podais componer, sirviendo- „ me los poseedores de las dichas tierras, „ charcas, estancias, cortijos, cavallerias, „ y viñas, con lo que pareciere justo y ra- „ zonable, segun la calidad y cantidad de „ las tierras que tienen, y poseen sin justo „ y legitimo titulo, se las podais confirmar, „ y darles de nuevo titulo, para que à ellos „ mismos, è á otros qualesquier les sean „ firmes. Y aunque posean algunas de las „ dichas tierras, charcas, estancias, y „ viñas con buenos titulos, si quisieren „ nueva conformacion de ellas, se las podais „ conceder, con las clausulas y firmezas „ que les conviniere, sirviendome por ella „ con lo que fuere justo, y con ellos con- „ certaredes." Quod genus vectigalis Romanorum jure solarium nuncupabatur, *l.* 2. §. 17. *D. ne quid in loco public.* sed illud quotannis pendebatur, censitorque in fiscum inferebat, *l.* 1. §. 1. *de Censib.* & agri hujusmodi censualium nomen tenebant, ad differentiam non censualium. (bb)

36 Sed quia extra urbem, & quinque leucas ejus dictioni elargitas in Provinciis, pleræque terræ possessæ sunt titulis minus legitimis, aut prorsus vitiosis, & portio earum præ omnibus est majoris ponderis, consuevit D. Prorex emittere Commissarios expediendi hujus negotii causa, ut olim fecit virtute dictæ schedulæ D. Prorex D. Garcia de Mendoza, & novissimè D. Marquio de Mancera, juxta caput dictæ epistolæ 27. Maji, anno 1631. ibi: *Como sería por mano de los Corregidores, y Oficiales de mi Real Hacienda, y particularmente de la de los Oydores de las Audiencias.* Quamquam ob impedimentum eorum privatis quibusdam personis, nec immeritis res commissa fuerit, non sine magno Regiæ utilitatis effectu; quorum solemnis instructio ea semper fuit, quæ angustatur laconismo in capitibus sequentibus.

37 Primó, quód ex hujusmodi compositionibus major quæ possit quantitas pecuniæ conveniri, inferatur, eaque ut plurimum in numerato: nam terris distractis ad fidem, præsertim hominibus pauperibus, qui ex fructibus solvere conantur, accidit, ut absumptis eis, res ad initium revocetur, & iteratis venditionibus utatur non sine magno Regis dispendio, & jactura sumptuum, & salariorum.

38 Secundó, quòd solutio oblata in speciebus tritici, olei, maizii, aliarumque rerum fungibilium respuatur, nec nisi in argento admittatur, licét ob id assequendum, sit necesse concedere dilationes ad solvendum.

39 Tertió, quòd scripturæ obligationis ad solvendum á Commissariis, tradantur Regiæ arcæ Officialibus, ut invigilent circa exactionem, ubi dies cesserit.

40 Quartò, quia Rex noster præcipit in citata schedula ann. 591. & cæterorum subsequentium confirmationem, & titulum per suum Vicarium expediendum, ibi: *Y*

Y *lo*

(bb) Ut ex Forcat. *dialog.* 84. *num.* 2. & Gifanio *in l.* 30. §. 3. *de rer. div. observ.* Hillig. in Donell. *lib.* 4. *tit.* 27. *litt. C.*

lo que asi compusieredes, confirmaredes, y concedieredes, por la presente lo apruebo, confirmo, é concedo, &c. Jubetur Commissario, ut expedita qualibet compositione, seu venditione, summaria relatione, & dilucida, rem comprehendat, judicans tabellionem, qui acta confecerit, agrum, limites, territorium, pecuniam, & diligentias, quæ adhibitę fuerint, explicare. Ubi passim notari potest, confirmationem, quam Regii Consilii exigit noster condiscipulus Licentiatus Antonius de Leon, optimus, & doctus concinnator Regiarum confirmationum in hoc casu, *p.* 2. *c.* 23. *n.* 30. *&* 31. hic subesse virtute illorum verborum: *Lo apruebo, confirmo, é concedo*; aliamque super-addi necessarium non esse, immò superfluum: quapropter praxis Perubici Proregis confirmatione contenta est; aliter sumptibus immodicis onerarentur emptores, & summum Consilium indigum temporis non parva occupatione premeretur. Nec aliam ob causam credo Vicario principali in dicta schedula confirmationes relinqui, quàm ob prædicta damna vitanda; maximè quia confirmatum à Prorege Regis delegatione perinde habetur, ac si ab ipso Rege confirmatum esset. (cc)

41 Emissa confirmatione ampliùs de hoc negotio quæri nequit; siquidem per eam recipit consummationem, & emptor manet securus, (dd) nisi compositio, vel emptio per dolum, vel fraudem, aut aliud simile celebrata fuerit, *argum. leg. unicæ, C. de offic. Præf. Afric.* §. 5. *Ut si prævide-rimus sufficientem esse ordinationem, confirmemus eam.* Et §. 16. ibi: *Ut benefacta confirmemus.* Molin. *de Hispan. primog. lib.* 2. *cap.* 7. ubi ait: *Confirmatio enim, quæ in forma communi expeditur, non validat id quod ex se nullum est, sed solùm actui valido robur præstat.* Ut notat Speculator, (ee) & novissimè D. D. Joann. de Solorz. cum sexcentis per eum relatis à *num.* 27. *ad* 58. ubi confirmationis materiam, qua dexteritate solet, omnia mirificè enucleat.

42 Item, & à nemine conveniri potest coram nullo judice minori, vel majori, nisi coram ipso Rege, & judicibus ab eo deputatis; & tunc intra quadriennium, & fisco assumente causam pro possessore, & emptore ab eo jus trahente. (ff) Et hic casus unus ex illis est, in quibus à D. Prorege nequit appellari nisi ad ipsum Regem, & cognitio expectat ad ejus supremum Consilium. Quia est meri, quód ajunt, gubernii, exclussis Senatibus, conferunt finalia verba dictæ schedulæ, ann. 591. ibi: *Sin que haya, ni pueda haver sobre ello pleyto, mas que la declaracion que vos, y las personas que tuvieren vuestro poder.*

43 Quintò, in subhastatione terrarum trigesimo proclamate utendum est; sed taliter, ut non absumantur, nec numerentur omnia proclamata uno die: sed singulis diebus singula peragenda, ut sic sufficiens tempus præstetur auctionibus. (gg)

44 Sextò, quia nimis invida esset, & contra pietatem Christianam, indignaque Regali culmine distributio, quæ filios terræ, incolas, & originarios excluderet ab ejus participatione, quando vidimus apud Ethnicos illum morem in agrorum hostilium partitione habitum, ut veteribus possessoribus pars relinqueretur, Donell. *lib.* 4. *comment. cap.* 27. ubi meminit exempli Pauli Æmilii, subacta Macedonia. Unde Cujacius sumpsit occasionem delendi *in l.* 16. *de acquir. rer. dom.* illa verba: *Quid in publico relictum esset*; ut hæc reponeret: *Quid*

(cc) *L.* 1. *de offic. procurator. Cæsar.* Cota *in memorab. vers. Procurat. cum libera.* Afflict. *decis.* 305. Mastril. *decis.* 395. *num.* 27. & in terminis Raudens. *cons.* 17. *num.* 12. *ubi ait, quod reputatur facta à Papa confirmatio, quam fecerint ejus Commissarii.* Berojus *cons.* 88. *num.* 17. *lib.* 1. Abb. *in cons.* 41. *num.* 4. Capicius *decis.* 16. *num.* 6. (dd) *L.* 1. *C. de fund. rei privat. C. lib.* 11. *l.* 2. *C. de prædiis Tamiacis.* (ee) *Tit. de legat.* §. *Nunc ostendendum, vers.* 11. *num.* 8. Hostiens. *in summa de confirmat. util. vel inut.* §. *Quis sit effectus, text. in cap. fin. ubi per scribentes de confirmat. util. vel inut. text. ubi Gloss. in cap. quia diversitatem, de conces. præb.* Alexand. *cons.* 123. *num.* 18. *&* *num.* 22. *lib.* 4. Decius, qui plura refert *in cap.* 1. *num.* 5. *de confirmat. util. vel inut.* Paris. *cons.* 3. *num.* 36. *lib.* 4. Addimus Raudens. *resp.* 17. *part.* 2. *num.* 264. Riminald. *cons.* 355. *num.* 82. *lib.* 4.

(ff) *L. Benè à Zenone, C. de quadrienn. præscript. & l. Reg.* 57. *tit.* 6. *part.* 1. *lib.* 4. *l.* 10. *tit.* 7. *lib.* 9. *Recop.* Larrea *allegat.* 27. *num.* 26. (gg) *L.* 4. *tit.* 11. *l.* 13. *tit.* 12. *lib.* 9. *Recop.* Avend. *in cap.* 12. *Præt. lib.* 2.

Quid veteri possessori relictum. Ejus assecla Gothofred. *in dict. l. 16.* sed non sine reprehensione Petri Fabri 2. *Semestr.* 4. *part. num.* 48. *& seqq.* qui vulgatam lectionem defendit. Ideo summa cum ratione provisum est à sua Majestate, ut Indis, eorumque communitatibus sufficiens portio terrarum reservaretur, est aperta in eam rem citata schedula ann. 1591. ibi: *Y para que los Indios que las huvieren menester, y les faltaren para sus sementeras, y crianzas.* Et in alia schedula ejusdem diei, & anni ad eundem Proregem D. Garciam, ibi: *Y repartiendo à los Indios lo que buenamente huvieren menester, para que tengan que labrar, y hacer sus sementeras, y crianzas, confirmandoles en lo que tienen de presente, y dandoles de nuevo hasta lo que les fuere necesario.* Citat alias, earumque verba transcribit Licenciatus Antonius de Leon. (hh) Quibus addimus verba Regalia novissimæ schedulæ, seu epistolæ datæ die 16. Martii, anno 1642. ibi: *He tenido por bien de ordenaros, y mandaros, como lo hago, trateis de la venta, beneficio, y composicion de las tierras, con la atencion que es menester, para que à los dichos Indios se les dexen con sobra las que les pertenecieren, asi en particular, como por comunidades, y las aguas, y riegos de ellas, dando para eso, para su buen tratamiento, y atencion con que se ha de proceder con los dichos Indios, las ordenes que convengan con toda precision.*

45 Rursus præcipitur, ut tueantur Indi in possessione terrarum, quam ex antecedenti distributione nacti sunt; nec ob id aliquid ab eis exigatur per modum compositionis, sed gratuita confirmatio eis expediatur; quia Regium officium est parcere subjectis, & miserabiles, & tenues fovere, nec ab eis mungere sanguinem nummarium. *Quòd enim jus habet fiscus in aliena calamitate, ut de re tam luctuosa compendium sectetur?* (ii) Besold. *de ærar. cap.* 7. *num.* 2. *&* 3. elegantèr monet, ne replendi ærarii causa alienentur prædia rusticorum, quibus tenues sustentantur. Sed verba, in quorum speculo facies miseriæ Indorum miré refertur à Jurisconsultissimo viro, mutuata à Patre Mariana, sunt illa: *Quòd sit tantumdem prediorum dominis certè qui agros proprios non habent, pendere cogantur, quantulum miseris reliquum erit, unde ipsi vivant; & quód in ærarium conferatur, cúm potius eos sublevare, ex quorum labore, & industria universa Provincia sustentatur.*

46 Caveant igitur Principes, & eorum locum gerentes, ne incautè ob ditandum ærarium abalienari, & subhastari præcipiant terras naturalium; nam inde totius Regni perditio occasionari solet, D. Diegus de Mendoza *in histor. Granat. lib.* 1. *fol.* 6. *Vinose à causas, y pasiones particulares, hasta pedir Jueces de terminos, no para divisiones, ó suertes de tierras como los Romanos, y nuestros pasados, sino con voz de restituir al Rey, ò al Pueblo lo que le tenian ocupado, y intentó de echar algunos de sus heredamientos. Este fue uno de los principios en la destruccion de Granada, comun á muchas Naciones, porque los Christianos nuevos, gente sin lengua, y sin favor, encogida, y mostrada à servir,* (en Indorum mores) *veian condenarse, quitar, ó partir las haciendas que havian poseido, comprado, ò heredado de sus abuelos, sin ser oidos.* (En iterum calamitates, quas in hoc ævo sunt, ut plurimum perpesi ob terrularum suarum alienationem.)

47 Prætereà non illa nimia, miseraque juris diligentia, quæ uti solet in Hispanos circa examen titulorum, & scripturarum, quibus jus suum, & dominium firmare solent; adhiberi debet in Indos possesores, ut qui nuspiam scripturarum usum, nec litterarum copiam habuere. Ideoque unum ex capitibus dictæ instructionis, illa verba refert: *Y no han de ser compelidos los dichos Indios á mostrar titulos; porque entre ellos no los tienen, sino que verbalmente los Comisarios, y Jueces de tierras se informen* de

(hh) *De confirmat. Regis, dict.* 2. *part. cap.* 23. *num.* 24. *&* 25. (ii) *L.* 1. *C. de naufrag. lib.* 11. *ratio text. in §. fin. inst. de act. Inhumanum erat spoliatum fortunis in solidum damnari.* Cassiod. *lib.* 4. *variar. epist.* 19. *& eod. lib. epist.* 7. Francisc. Marc. 2. *part. quæst.* 185. Petr. Gregor. *in syntag. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 21. Paralipom. 1. *Absit, ut sanguinem istorum virorum vivam.*

de oficio, què tanto ha que posee el tal Indio las tierras que tiene, y si las heredò de sus padres, y abuelòs, y en qué forma las posee, de manera que conste ser legitimo poseedor. Quare illi nullam causam reddere possunt plerumque cur possideant, nisi quia possiderant: maximè, quia plerosque juvat longissimi temporis possessio glebæ, cui veluti addicti, & innati, quo casu titulus non exigitur, nam ipsa temporis vetustas pro titulo est. (kk) Gregorius in *l.* 8. *tit.* 14. *part.* 1. ibi: *Quæ etiam vult quod in præscriptione longissimi temporis procedat præscriptio cum bona fide causata ab errore juris*, (quod magis est) *etiam in contractu à jure probato.* Gabriel *cons.* 88. *num.* 20. Raudens. *cons.* 17. 2. *part. à num.* 7. ibi: *Lex creat alium novum titulum ex temporis antiquitate.* Gil Kenius, qui tricennali, vel longiori præscriptione titulum non requiri docet, nec civili, nec canonico jure. (ll) Conducit deciss. text. *in l.* 3. §. *Ductus aquæ, D. de aqua quot. & estiva*, ubi immemorialis inducit constitutum, vel privilegium, atque adeo non est necessarius alius titulus, quo acquiratur juncta interpretatione Donell. (mm)

48 Quæri solet in proposito, qui dicantur tituli idonei, & sufficientes ad tuendum possessorem, dominumve; siquidem non aliunde dictus est titulus, quàm à tuendo, *l.* 9. *C. de præscript. long. temp.* quod scitè probat Doctissimus, & illustrissimus D. D. F. Melchior Prieto, electus Episcopus Parahuajensis in explicat. Psalmi 15. *fol.* 280. *col.* 1. vel quod eis intueri liceat, an quis justè possideat. Sic tituli, & causæ acquirendi idem sonant in jure. (nn) Sic in quodam capite instructionis gubernii.

49 *Seràn tenidos por buenos y válidos todos los titulos que huvieren dado los Virreyes Gobernadores de este Reyno, y los de las Audiencias, y tambien los de los Cabildos, como se declara del Rey nuestro Señor, su data en Madrid à 27. de Enero de 1592. con que en quanto à los de los Cabildos sea, y se entienda poder dar, y repartir las dichas tierras, hasta que se les prohibió que no las diesen.* Antonius de Leon, *ubi suprà*, caput 11. Regiæ epist. ad D. Comitem del Villar, die 8. Maji, ann. 1589. ibi: *En quanto á esto ha parecido, que no conviene hacer novedad con los poseedores de las dichas tierras: y asi no la hareis, si no fuese en caso que no tuviesen titulos de Virrey, ó Audiencia, ò Cabildos de Ciudades, ò que se huviesen entrado en mas cantidad de la que se les huviese dado; porque en tal caso, y constando de ello, les podriades cargar por el defecto de titulo, ò por la tal demasía alguna moderada cantidad, &c.*

50 Sed jam ad terrarum distributionem in Indos redeamus, unde digressi sumus; & quidem inter alia eis pertinentia, monentur dicti Commissarii, ut in locis propinquis accommodentur, ne abscedant, seu valdé distent à suis municipiis: item, ut terræ melioris glebæ, ac uberiores eis distribuantur, non inviæ, & saxosæ, aut noxiæ conditionis, de qua ille apud Plautum *in Trinum. act.* 2. *scen.* 4.

Pri-

(kk) Gloss. *in cap. de quarta, de præscript. & si adsit facti error.* Dicit singul. Paul. de Castro *in l. celsus, D. de usucap.* Gregor. *in l.* 14. *tit.* 29. *part.* 3. Balb. *in sua repetit. l. Celsus, fol.* 2. *vers. quar. nota, facit text. quem adducit.* (ll) *In tract. de præscript. part:* 2. *memb.* 1. *c.* 11. *n.* 3. Hillig. in Donell. *lib.* 6. *c. ult. litt. B.* (mm) *Lib.* 11. *comm. cap.* 11. ibi: *Non tantum sine titulo, sed & sine scientia domini.* Conan. 4. *comm.* 12. *num.* 17. Cujac. *lib.* 18. *observat. cap.* 28. Anton. Faber *lib.* 19. *conject. cap.* 11. qui adducit in comprobat. *l.* 1. §. *fin. D. de aqua, & aquæ plub. arc.* ibi: *Si tamen lex agri non inveniatur vetustatem vicem legis tenere.* Petr. Gil Ken *de præscript. part.* 2. *memb.* 1. *cap.* 10. *num.* 28. *& seqq. quod ex l. Si manifesté, C. de servit. confirmat.* Vultejus *princ. inst. de usucap. num.* 23. Padill. *in l.* 1. *num.* 51. *C. de servit.* Covarr. *in reg. possessor.* 2. *part. in princip.* P. Molin. *lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 13. Gomez 2. *tom. variar. cap. fin. num.* 27. (nn) *L. Sed & si l.* 25. §. 6. *de petit. hæred. l.* 1. *pro dote, l. Diutina* 4. *C. de præscript. long. temp. l. ult. C. de usucap. pro hærede*, ibi: *Usucapio non præcedente vero titulo, procedere non potest, unde tot tituli sunt, quot causæ acquirendi dominii. L. possideri* 3. §. *genera, de acquir. possess.* ubi plerique tituli referuntur, plures etiam *in l. Sunt & aliæ* 3. *D. de publician.* Gil Kenius, *de præscript. part.* 2. *memb.* 1. *cap.* 1. *num.* 2. *&* 3. Donell. *lib.* 5. *comm. cap.* 14. Theophylus *in* §. *Sequens, inst. de interdict.* Ræbard. *de auctorit. prud. cap.* 7. *pag.* 988.

Primum omnium olim terra cum proscinditur.
In quinto quoque sulco moriuntur boves:
Acherontis ostium in nostro est agro,
Tum vinum, priusquam coctum est, pendet putidum.
Audi cætera, post id frumenti, cum alibi messis
Maxima est, tribus tantis illi minus reddit,
Quam obseveris, &c.

Curent etiam visitatores terrarum, ne spolient Indos, aut privent optimis terris, eis jam diù applicatis, ob vendendas eas ditandi fisci causa, & permutandas cum aliis minus proficuis; nam hæc prorsus damnat Regia voluntas, & Deus Optimus Maximus non consensit, ut Regi applicaretur terra Naboth, nec prætextu dandi pro ea vineam meliorem, aut si commodius putaretur argenti pretium, quantum digna esset. (3. *Reg.* 21.)

51 Immó si velint Indi, quas in longinquo habent pro aliis proximioribus suæ reductioni permutare, id exequendum erit à Commissariis, eis elargientibus terras pro rata ex his, quæ Hispanis, & Indis distribuendæ sunt; vel ob id, ut omnes sint uniti, & proximi, ac veluti dicunt, ad manus Doctrinarii eos instruentis, nec in latebris, aut locis remotis queant abscondi, & excusari, fugientes instructionem veræ doctrinæ, vel quia illis est utilius conjunctas, nec discretas habere terrulas, quas colere solent gregatim, atque conjunctim: (oo) quòd longinquitas loci est tantæ incommoditatis, ut sit justa causa concedendi licentiam ad alienanda bona majoratus. Et quamquam Indicæ terrulæ parvæ sint æstimationis, conjunctæ omnes fiunt pretiosæ, & magis proficuæ; in quam rem ponderare soleo auream constitutionem 102. Imperatoris Leonis sub tit. *de prædiis maritimis ad remoras piscatorias seorsum non sufficientibus, & ut invitus etiam ad societatem adigatur*, ibi: *Ac tale quiddam certè de nonnullis audivimus, qui cúm maritima prędia habeant, quæ per se non ita multum lucri adferant, cum vicino autem, & adjacente prædio communicatione conjuncta uberiorem utilitatem reddant.* Elegantèr Plin. 2. *lib.* 3. *epist.* 19. *Assumo te in consilium rei familiaris, ut soleo. Prædia agris meis vicina, atque etiam inserta, venalia sunt. In his me multa solicitant, aliqua nec minora deterrent. Solicitant primum ipsa pulchritudo jungendi, deindè quòd non minus utile, quàm voluptuosum posse utraque eadem opera, eodem viatico invisere sub eodem procuratore, ac pene iisdem actoribus habere.* Ut sic illustrata maneat quoad hanc partem prædicta instructio in illo capite, & verbis. *Y si para mas comodidad de los dichos Indios conviniere trocarles algunas tierras, por tenerlas desmembradas, y lexos de los Pueblos donde habitan, y darselas cerca de las que tuvieren cerca de su reduccion, para que estèn todas juntas, los dichos Jueces y Comisarios se las daràn, y señalaràn de las que huvieren de partir, y distribuir entre Españoles, y Indios.*

52 Sed quod præcipuè in proposito curari oportet, illud est, ne misceantur Hispani cum Indis, sed ut multis parasangis ab eis distare cogantur. Nam ut elegantèr Leo Imperator, *Novell.* 71. *Quo propriùs vicini fruges ponuntur, eo illi noxa propinquior est.* Non hæc Indorum prospectio, & tuitio eis ansam præbere debet delinquendi, prædandi terras, & invadendi arva ad Regiam Coronam pertinentia, ut sine titulo, ratione, & mala fide eas detineant, eleg. text. *in l.* 1. *C. de navib. non excus.* C. *lib.* 11. ibi: *Nam ut privatus quoque non prohibemus habere navigia, ita fraudi locum esse non sinimus, cúm omnes in commune, si necessitas exigeret, conveniat utilitatibus publicis obedire.* Atque ita quas terras invenerint Commissarii prædicto vitio detentas, vacuas eas esse declarabunt, & ad Regem pertinere juxta dictam ins-

Z

(oo) *L. Si cui fundus* 56. *D. de leg.* 1. *Sæpe enim confines fundos, etiam supra justam æstimationem interest nostro acquirere.* Auth. *de Ecclesiast. tit.* §. *sin autem legatum, vers. Sin autem annale, col.* 9. per quem dixit Gregor. *in l.* 6. *tit.* 11. *part.* 6. *verb.* Que no la pudiesen vender, *col. penult. vers. Sed an sit justa.*

instructionem. Cæterum si Indi possessores eas componere voluerint in toto, seu in parte, admittendi erunt ad compositionem; eo tamen temperamento, ut moderatiori pretio eis quàm Hispanis terræ relinquantur. Sic dicta instructio: *Y si de las tales tierras, que se declararen por vacas, los dichos Caziques, è Indios quisieren componerlas en todo, ò en parte, seràn admitidos à composicion, con que se tenga atencion á que se ha de hacer mas en favor, y en precio mas moderado, que con los Españoles.* Consonat cap. 24. schedulæ servitii personalis, anno 1601. ubi victualia in locis minerariis minori pretio dari jubentur Indis, quàm cæteris personis, ibi: *Y que antes los hallen mas baratos que la otra gente, por ser pobres, y vivir de su trabajo.* (pp)

53 Habent & aliud privilegium non minoris momenti; nempé, ut terras compositas in favorem Hispanorum, illas possint avocare ab eis pro tanto pretii, quo fuerint compositæ. Dicta instructio, ibi: *Vendiendose algunas tierras, que se declararen por vacas, aunque los compradores, en quien se huviere fecho el remate, sean Españoles, si los Indios las quisieren por el tanto del dicho remate, se las darán los Comisarios.* Habent enim nescio, quód jus traductum ab avitis possessoribus, ne dicam dominis dictarum terrarum, in quibus nati sunt, creverunt, & invaluerunt, ut eas benignè possint retrahere. (qq) Nec timor hujus retractus Indis competentis animos licitantium minuit, nec pretia infringit, ut ait Curtius 2. *conject. ad fratr. cap.* 15. Ossuald. in Donell. *lib.* 13. *comment. cap.* 1. *litt. E.* quia ob pauperiem ingenitam raró habent, unde muniant retractum, nec ob terrorem Hispanorum illum audent deducere, & proponere. Simile est illud privilegium, quod habent pauperes, & miserabiles personæ, in conductionibus terrarum, seu domuum quas colunt, seu inhabitant, offerentes pretium ab aliis oblatum. (rr)

54 At restat scire, priusquam claudamus hunc tractatum ad Indos pertinentem, quonam jure hodie magna pars terrarum olim distributarum Indis, & eorum communitatibus in licitationem deducatur, & subhastetur, compellente ad id schedula novissima ad D. Comitem de Chinchon jam relata, ibi: *Dexando à los Indios parte de las tierras para sus labores, y ganados, y reducciones que se hicieren; pues estas no pueden ser de tanto numero de gente, que tengan necesidad de tantas tierras, como hasta aqui.* Et quidem pro hujus dubii resolutione, respondendum censeo id, quod á D. D. Solorzano didici: (ss) *Regem, ac dominum nostrum fundare suam intentionem quoad terras vacantes.* Ut post alios probat Bobadilla *in Politic. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 52. ac per consequens, quas Indis reductis, & aggregatis ex sua benignitate fruendas concessit, eisdem deficientibus, vel imminutis sibi reservare videri, & jure, quod vocant reversionis Regio fisco addicendas, & applicandas. (tt)

51 Hinc infertur, nullo pacto Indos posse alienare terras sibi distributas, & mensuratas, nisi de licentia gubernii, & præcedente utilitatis examine, ad instar immobilium minoris, *tot. tit. de prædiis, & aliis rebus minor. in C. & oratione D. Severi, pandectarum jure, tit. de rebus eorum.* Confert simile prædii Decurionis sine decreto non alienandi, de quo extat tit. *de prædiis Decur. sine decr. C. lib.* 10. adeó, ut

(pp) Conferunt quæ in simili tradunt Bart. *in §. Cura carnis, l.* 1. *D. de offic. Præf. urb.* Capel. Tholos. *decis.* 447. *in additione, num.* 3. Mexia *in pragm. taxæ panis, conclus.* 1. *num.* 4. Alvarez *de privileg. pauper. part.* 1. *quæst.* 24. (qq) De quo fusè Tiraquel. *de retractu, l.* 13. *tit.* 10. *lib.* 3. *fori, l.* 7. *tit.* 11. *lib.* 5. *Recop. Levit.* 23. *&* *Judic.* 19. Parlador. *in sexquic. diff.* 102. *&* 103.

(rr) Gloss. *in l. Ne cui, in verbo locandi*, & ibi Alber. Salic. & Ripa, & novissimè Doctissim. August. Barbosa, *C. de locato, num.* 25. Boer. *decis.* 107. Mising. *observat.* 23. Navar. cum pluribus, *in praxi privil. miser. privil.* 42. Dueñas *regul.* 213. Franchis *decis.* 106. *num.* 8. Gratian. 2. *discept. cap.* 357. *num.* 24. (ss) *De Indiar. gubernat. lib.* 1. *cap.* 23. *num.* 62. (tt) *Arg. text. in l. Si unus, §. Pactus ne peteret, de pact. l. Filio quem pater, D. de lib. & posthum. l. Voluntate, §. fin. D. quibus mod. ping. vel hypoth. cap.* 1. *de eo, qui finem fecit agnationi in usib. fœudor.* cum aliis per eum videndis.

ut in comparatores licitum, & necesarium esset practicari, *l. 2. C. ne rei dominicæ, vel templ.* ibi: *Universas terras, quæ à colonis dominici juris in qualibet provincia venditæ, vel ullo alio pacto alienatę sunt ab his, qui perperam, atque contra leges eas detinent, nulla longi temporis præscriptione officiente jubemus restitui, ita ut nec pretium quidem iniquis comparatoribus reposcere liceat.* Maximé cùm Indi habeant terras, non tamquam paternam hæreditatem, sed tamquam Imperialem munificentiam, *Novell. 53. cap. 5.* quod vel ex eo puniendum esset, ne accidat, quod quotidię experimento comperimus, & olim accidisse è re est ex *Novell. 34. sub tit. Nc quis, quod agricolæ mutuam pecuniam dedit, illius terram detineat*, in præfatione ibi: *Terrulas eorum abstraxisse, & ex hac causa quosdam colonorum fugæ latebras petiisse, alios fame esse necatos, & tristissimam pestem homines invasisse incursione barbarica non minorem.* Apposite Salvianus *lib. 5. de vero judic. & provid. Dei. Plerique pauperculorum, & miserorum spoliati reculis suis, & exterminati ab agellis suis, cúm rem amisserint, amissarum tamen rerum tributa petuntur, cúm possessio ab his recesserit, capitatio non recedit.* Et ibi: *Domicilia, atque agellos suos, aut persuasionibus perdunt, aut fugati ab exactoribus deserunt, quia tenere non possunt, fundos viarum expetunt, & coloni divitum fiunt.* Id quod misetæ gentes hodie patiuntur ob injuriam Præsidum, magno cum clamore supplicantes, & lamentantes, ut de Cappadocibus rusticanis oppressis Justinianus profitetur, *Novell. 30. cap. 9.* Sententia mea haud erraverint, qui omnino aditum præcluserint hujusmodi alienationibus, insuper habentes quamlibet fucatam utilitatem, quam prætexere solent Indi pellecti, & falsi ab Hispanis quibusdam, ut decretum, seu licentiam vendendi extorqueant; nam alienata terra, succedunt lacrymæ, miseria, & pauperies, & ob amissas patrias ædes fugiunt in montana, deduntur orio, & crapulæ, & randem tristes, & spoliati vita decedunt, & ob exilem, vel minimam quantitatem inducuntur, & tuentur Hispani compositionis jure, in quo & ipsa Regis Camera læditur; nam currente tempore, forsan ob diminutionem Indorum terra devoluta ad Regium fontem pluris esset venditanda, vel meo judicio locanda pro justo, & considerabili pretio. Unde sua interest inevitabilitèr prohiberi, *alienari quod possidere prævaluerunt*, ut ait Cassiod. 12. *variar. cap. 9.* Faciliùs patiar de uno in aliuin Indum terrulam applicatam transferri, quám in extraneum; sed omnino præcedente licentia gubernii, *l. unic. C. non licere habitatoribus metro com. lib. 11.* ibi: *Non licere ei, nisi ad habitatorem adscriptum ejusdem metrocomię per qualemcumque contractum terrarum suarum dominium, possessionemque transferre.*

56 Occurrunt passím alia, nec inutilia pro Indis, quæ comprehensa videntur longo memoriali condito á D. Doctore Alberto de Acuña, cúm esset advocatus Indorum, qui circumfertur vulgó cum decretis marginalibus D. Proregis Comitis de Cañete, quæ videsis omnino.

57 Postremò utilis est inspectionis, an locum habeat præscriptio in præsenti, & quanto tempore compleatur, ut deserviat pro titulo legitimo, nec possessor uti dominus factus per longi temporis usucapionem possit inquietari, & compelli ad compositionem. Et quidem præscriptioni dat locum Regis jussus, benignitasque in dicta schedula, ann. 1591. & cap. 17. Regiæ epist. die 8. Martii, ann. 1589. ibi: *Y si los poseedores de las dichas tierras las huvieren tenido por tiempo, en que conforme à derecho las hayan prescripto, aunque no conste de titulo de Virrey, y Audiencias, ni Cabildo, no tratareis de quitarselas, lib. 1. impr. fol. 69.* Tempus veró quod requiritur, videtur esse quadraginta annorum. (uu)

Nec

(uu) *Ex l. ult. C. de fundis patrimon. lib. 11.* ibi: *Per quadraginta jugiter annos.* Observat D. D. Joannes de Solorz. *de Indiar. gubernat. lib. 5. cap. unic. num. 94.* cui addimus Covarr. *in reg. posses. 2. part. §. 2. num. 14.* & Matienzo remissivè *in l. 5. tit. 10. Gloss. 7. num. fin.* Gregor. *in l. 7. tit. 29. part. 3. verb. quarenta años.*

58 Nec obstat text. *in l. Qui agros* 8. *juncta l. Quicumque , C. de omni agro desert. lib.* 11. ubi ad præscribendum agrum, & excludendum dominum, sufficit biennium: nam respondetur ea jura procedere in præscribente contra privatum dominum deserentem fundum; ac silentem per biennium: at contra fiscum longissimum desideratur tempus, nec minora sufficiunt curricula.

59 Tandem, ut omnino explicatus maneat text. *in dict. l. In agris* 16. *D. de acquir. rer. dom.* ibi: *Quid in publico relictum esset*, retenta vulgata lectione, ut respuantur emendatrices manus Jacobi Cujacii, præsupponitur, rempublicam, ubi enascitur, dotandam á Principe, qui est pater illius, Seneca *de Clement. cap.* 10. & ornandam, ac muniendam locis publicis, & immobilibus ad usum publicum deservientibus, nimirum saltibus, compascuis, prædiis, vectigalibus, redditibus publicis, vulgó *Propios*, & cæteris, quæ sunt in patrimonio populi. (xx)

60 Sic in distributione fundorum hostilium pars publico relinquebatur ad compascua, sepulchra, templa, itinera, &c. refert Gifanius *in dict. l. in agris, num.* 6. Ossuald. *dict. cap.* 27. *litt. F.* Idem jubent Regiæ schedulæ, quæ agunt de distributione soli Perubici, præcipuè ea, quæ jam est relata 1. Novemb. ann. 1591. ibi: *He tenido, y tengo siempre voluntad de hacer merced, y repartir justamente el dicho suelo, tierras, y valdìos, asignando à los Lugares y Concejos, lo que les pareciere que lès conviene, para que tengan suficientes egidos, propios, y terminos públicos, segun là calidad de los dichos Lugares y Concejos. L.* 7. *tit.* 29. *part.* 3. ibi: *Plaza, nin calle, nin camino, nin defesa, nin egido, &c. l.* 3. *&* 8. *cum aliis, tit.* 7. *lib.* 7. *Recopil.* Quorum bonorum, sive redituum tractatum ad diversas quæstiones traducunt interpretes.

61 Et quidem de eorum alienatione, & solemnitatibus, & an sit necessaria Principis licentia, Bobad. (yy) Videndus Besold. *de ærar. publ. cap.* 7. *num.* 2. *&* 3. ubi cum Bodin. *num.* 641. monet in consulentes Principi venditionem prædiorum publicorum, ut ex eo uberiorem quæstum referat, ne illis credatur, neve exequatur eorum consilium, ne perdatur respublica, & pessum eant populica.

62 Postremúm ne quid intactum remaneat in hoc tractatu, quia agri solent inundari, & ob inutilitatem deseri á veteribus possessoribus, scire oporret, quod si decennio inundati maneant, habentur pro derelictis, & amittitur dominium in perpetuum.

63 Quo casu Principes, reducto ad eos jure veterum possessorum, solent monere illos, ut siccent agros, & novo aggere muniant; necnon illis deficientibus, creditores jus pignoris habentes, vel dominos jurisdictionis; & his recusantibus, siccandos locare cultoribus. Arnold. Vinnius *in* §. *alia, de rer. divis.*

64 Nec sordescat locus Papirii in *l. Imperatoris* 9. §. 2. *de administrat. rerum ad civit.* ubi manuducit curatores civitatum ad retrahendos agros Reipublicæ, licét á bonæ fidei emptoribus possideantur. Facit etiam sing. text. in *l. Qui solidum* 78. §. 1. *de leg.* 2. ibi: *Cúm post mortem emptores venditionem Reipublicæ prædiorum optimus, maximusque Princeps noster Severus Augustus rescindi hæredibus pretio restituto jussisset, &c.*

Per

(xx) *L.* 6. *de contrah. empt. l. Inter publica* 17. *de verbor. significat. l.* 1. *de loco publico fruendo, l.* 1. *de locis, & itineribus publicis*, §. *Universitatis, inst. de rer. divis. l.* 6. §. 1. *D. eod. tit. de pascuis publicis, C. lib.* 11. *& tit. de divers. prædiis urbanis, & rusticis templorum, Civitatum, & omni reditu civili, C. eod.* Facit elegans locus *in Novell.* 42. *cap.* 1. ibi: *Nos autem ex æquo civitatum curam gerere oportet, ut rerum fiscalium.* (yy) *Lib.* 2. *polit. cap.* 16. *num.* 153. *& cap.* 8. *num.* 82. *per l.* 11. *tit.* 7. *lib.* 7. *Recopil.* ibi: *Mandamos, que la Justicia, y Regidores no puedan dar tierras algunas, sin preceder nuestra licencia.* Ubi Azeved. *num.* 5. Gutierr. *lib.* 4. *pract. quæst.* 60. Cevall. 3. *tom. quæst.* 749. *num.* 35. licèt existant refractarii Avend. *de exeq. mandat. cap.* 12. *num.* 24. Castillo *de usufr. cap.* 54. *num.* 30. quos convincit Cevall. *ubi suprà, num.* 47. *ex dict. l.* 11. *& l. fin. de vend. rer. civit.* ibi: *Non aliter nisi imperiali auctoritate vendatur.* Greg. *in l.* 15. *tit.* 8. *part.* 5. *verb. los egidos.* Villad. *in cap.* 5. *instruct. in polit. fol.* 142. *num.* 11.

65 Per similitudinem alienationis, quæ versatur in constitutione census nequeunt obligari illius nexu terræ Civitatis sine eadem Regia licentia, ut pluries se vidisse practicari in utraque Cancellaria, scribit D. Amaja *in l. 2. C. de prædiis decur. lib.* 10. *num.* 4. abolita solemnitate, *dict. l. fin.* quæ saltem Præsidis licentiam exposcit convocato Consilio. Quamquam *dict. l.* 11. *Recop.* limitare soleant in censu reservativo, ad cujus constitutionem non requiri licentiam Regis, affirmant Rodrig. *de ann. reddit. lib.* 1. *quæst.* 14. *num.* 67. Avend. *de censib. cap.* 68. *num.* 4. Hermosill. *lib.* 15. *tit.* 5. *part.* 5.

66 Quòd tamen possint vendi absque Regia licentia etiam contradicentibus civibus, quando civitas gravata est ære alieno, tenet Franquis. (zz)

67 De bonis, & terris civitatis, & an alienari possint à Rege, agit Caved. 2. *part. decis.* 18. Et quòd eæ solùm Regis esse dicantur, quæ sunt in territorio Regni, non applicatæ alicui civitati, vel alii, docet Gregor. Lopez. (aaa)

68 De libro ubi sunt scribendæ rationes redituum publicorum, & terrarum, ac fructuum civitatis ejus necessitate, & praxi, ut exhiberi possit congrua forma, cùm Rex eas videri velit in suo Consilio. (bbb)

69 De obligatione qua Princeps tenetur ad jubendum, ut rationes rerum publicarum, & earum redituum sumantur, Avend. (ccc) & apud nos de hac re est ordinatio quædam hujus Senatus, *num.* 50. ibi: *Item, que un Oidor en cada un año por su turno, comenzando por el mas nuevo, que revea las cuentas que tomare el Cabildo de la Ciudad, donde residiere la nuestra Audiencia.* Consonat Regia schedula data Matriti die 26. Maji, annò 1473. lib. 1. impr. fol. 77. Plinius Secundus, *lib.* 10. *epist.* 20. excitatus fuit ad eas ineundas ab Imperatore Trajano his verbis: *Rationes tamen in primis rerum publicarum excutiendæ sunt.* (ddd)

70 Quód deleta, seu aratrum passa aliqua civitate, sive communitate, ut quotidie accidit in municipiis Indorum, terræ, & illius bona fisco applicari debeant, explicat Gail. (eee) verum universitate redeunte, vel ad unum civem, in quo jus omnium residere videtur; aliud juris statutum comprobatur *in l. Sicut* 7. §. 2. *quod cujusque universit.* Cui consonat cap. 15. epist. Regiæ ad D. Principem Squillacensem, anno 1620. Innocentius *in cap. cúm ex injuncto, num.* 2. *de nov. oper. nunt.* Costa *de portione ratæ, quæst.* 186. *num.* 7. Siquidem Indi dispersi, & divagati tandem reduci possunt ad colendas, & inhabitandas terras derelictas.

CAPUT XXVI.

Casus XXIII. *De venditione, & impositione censuum, seu redituum, tributorumve super arcas Regales pignori obligandas, ut sorte jubetur, & succurratur Regia Majestas.*

1 Postquam grandia, & assidua bella, quibus undique premitur Rex noster potentissimus, induxere, ut super arcam Regalem Limensem imponerentur annui census, recepta pecunia à privatis eorum emptoribus; qui eam ei inferrent; venditio horum redituum est assidua, & non ingrata ementibus, ex eo quia Regis ærarium semper est perpetuum, & indefi-

 ciens:

(zz) *Decis.* 197. 1. *part.* Otero *de pascuis, & jure pascendi, cap.* 11. *in fin.* cum Costa *de portione ratæ*, & aliis ab eo citatis. (aaa) *In dict. l.* 15. *tit.* 5. *part.* 5. *verb. Son del Rey, in fin.* ex Socino *in l.* 1. *col.* 4. *de acq. possess.* & Jass. *in l. Rem, quæ nobis, col.* 7. *eod. tit. de præscript. earum*; & an & quatenus procedere possit, latè Gregor. *in dict. l.* 7. *tit.* 29. *part.* 3. *verb. plaza.* Balb. *de præscript. fol.* 61. *col.* 2. *vers. sextus casus.* Platea *in l. Si quis Decurio, C. de Decurion. lib.* 10.

(bbb) *L.* 9. *tit.* 19. *part.* 3. & ibi Gregor. *verb. Si el Rey*, ubi meminit text. *in l. Securitates, C. de suscept. lib.* 10. Auth. *de collat.* §. *Jubemus, collat.* 9. *l.* 22. *tit.* 3. *lib.* 6. *Recop.* (ccc) *In cap. Prætor.* 2. *part. cap.* 10. *num.* 33. Burgos de Paz *in l.* 3. *Tauri, num.* 451. Bobad. *lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 35. *& lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 1. (ddd) *L.* 1. *C. ubi de ratiociniis, melior text. in l. de his, C. de Episcop. aud.* ubi optima ordinatio calculorum latè, & plenè Villadiego, *in cap.* 5. *instruct. fol.* 142. *num.* 24. *in polit.* Castillo *in l.* 27. *Tauri.* Evia *in Laber. lib.* 2. *cap.* 9. (eee) *Lib.* 2. *observ.* 61. D. Solorz. latè, & sciè *de Indiar. gubern. lib.* 2. *cap. fin. num.* 39. *fol.* 616.

ciens: nam proinde dicitur, *fiscum semper solvendo esse* ex vulgatis, *l. 2. D. de fund. dotal.* ibi: *Quamvis fiscus sempèr idoneus sit.* Qui casus etsi expediri jubetur per arcarios; tamen D. Prorex consulitur uti caput administrationis, & procurator Regiæ gazæ; & reditus respondent ad rationem communem quinque pro centum, ut continetur pluribus Regiis schedulis ad id expeditis. De quo videndus D. Larrea, *alleg. fisc. 25. num. 16. & 17.* qui meminit decreti supremi Consilii Castellæ, anno 1636. circa venditionem redituum annuorum super sissis, quas milliones dicimus, ad rationem unius pro viginti: ubi etiam discutit, quód licét minori pretio non possit Rex censum vendére, adeó ut quantumvis urgente ærarii indigentia, aliter excedens contractus fœneratitius censeri debeat ex bulla Pii Quinti, Lupo, Soto, & qui eos refert Censio *de censib. 2. part. cap. 1. q. 1. art. 4.* cum aliis relatis à doctissimo Barbosa *in collect. cap. quoniam, de usur.* Tamen censum jam semel ex legitimo pretio constitutum minori pretio, vel majori posse vendi, affirmat; (a) in cujus comprobationem tradit dictus D. Larrea, *num. 2. dict. allegat. ann.* 1641. Regem nostrum negotiatoribus prædictos juros dedisse ad rationem decem & sex pro centum. Conferunt, quæ in simili tradit Alexander Raudens. *decis. 44. à num. 21.* ubi ait, quód venditio redituum Cameræ, seu functionum fiscalium, potest fieri à Gubernatore tamquam á Principis procuratore, ad quindecim pro centum mercatori, ut resolvit Ponte, *cons. 53. & 54.* ubi arguit á consuetudine, etsi non ostendatur speciale mandatum: immó quod, & ad rationem quadraginta pro centum fiant passim partitę cum mercatoribus, cúm aliter non possit subveniri Regno in magno discrimine constituto; de quo quasi desperabatur; nec pecunia reperiebatur ob bellorum periculá, & defendit venditionem cujusdam officii á Prorege factam, & graviter invehitur contra fiscales, qui obsunt Regi, dum prodesse putant, *dict. cons. 52. col. 2. & col. 10. sub vers. 4.* Raudens. *dict. deciss. 44. à num. 21.*

2 Habemus tandem exemplar contractus, & constitutionis censuum hujus generis, quod attinet ad arcas Regias Regni Peruani, super quibus Rex noster præcepit vendi, & imponi triginta & quatuor millia ducatorum reditus redimibilis, & partitę eorum fuere 20ꝗ. super arcam Limensem, 10ꝗ. super Potosinam, & 4ꝗ. super Quitensem, qualibet earum tenenda insolidum adintegræ sortis satisfactionem, per Regiam schedulam datam Matriti die 17. Septembris, anno 1639. sub quibusdam conditionibus, & privilegiis, quæ híc summatim exprimuntur.

3 „Que se haga la venta de los di„chos juros con igual antelacion, sin que „por razon de ella puedan tener mejor „derecho los unos, que los otros, para „sus cobranzas.

4 „Que los compradores los puedan „vender, trocar, cambiar, y enagenar en „qualesquier personas, seglares, Ecle„siasticas, ó Monasterios, y personas de „fuera de los Reynos de su Magestad, sin „que por esta venta paguen alcavala á su „Magestad: y lo mismo se haga con los „que compraren segunda vez, que es el „estilo que se guarda en los privilegios de „los juros de Castilla.

5 „Que los reditos se hayan de pa„gar por tercios de cada año: el primero „en fin de Abril, el segundo en fin de „Agosto, el tercero en fin de Diciembre, „con mucha puntualidad.

6 „Que su Magestad, y los Señores „Reyes que les sucedieren, puedan redi„mir los dichos juros, pagando á los due„ños primeramente el precio principal, „que por ellos huvieren dado, al respecto „de la misma moneda, liga, ley, y peso, „y valor que al presente corre, y en que „ellos lo huvieren dado, ò su valor, con „que de una vez no se pueda quitar me„nos de la mitad de cada juro.

„Que

(a) Ex Covarr. *tom. 2. variar. cap. 1. num.* 153. Navarr. *de usur. num.* 112. Giurb. *decis.* 117. *num.* 8. Gutierr. *lib. 2. pract. quæst.* 173.

7 „Que los dichos juros en los compradores de ellos, ni en sus sucesores, „ni otros poseedores, no se puedan perder, ni ser confiscados, por ningun delito que cometan, ni por via de represalía, ni en otra manera, aunque sea para „la Camara, salvo en crimen de lesa Magestad, heregía, y pecado nefando.

8 „Que se puedan heredar los dichos „juros, asi abintestato, por herederos legitimos, como ex testamento.

9 „Que se empeña la palabra Real, „de que en ningun tiempo serán tomados, „revocados, embargados, ni suspendidos; „ni se pondrá ningun impedimento, por „necesidad pùblica, ni particular, ni otra „alguna.

10 „Que las personas que compraren „los dichos juros, hayan cumplido con „entregar el precio de ellos, á los Oficiales Reales que señalare el Virrey, tomando carta de pago.

11 „Que el Virrey pueda añadir las „condiciones, que le parecieren convenientes á encaminar este negocio; y que „los Contadores pasen en cuenta á Oficiales Reales los reditos que pagaren de los „dichos juros. Fecha ut suprá.

12 Prætereá D. Proregis Comitis de Chinchon extat exemplum non leve, nec obliterandum quoad præsentem tractatum; siquidem ille ex arca censuum Indorum sumpsit centum millia pesorum, remittenda ad Hispaniam, ut juvaretur eis Regia Majestas, impositis reditibus hujus sortis super stationem nivariam, & hydromellicam, quod approbavit supremum Indiarum Consilium in cap. epist. data die 30. Maji, anno 1640.

CAPUT XXVII.

Casus XXIV. *De retaxis, seu æstimis commendarum Regii patrimonii.*

1 ACcidit sæpissimè, ut Commendæ Regiæ Coronæ exinanitæ ob defectum, absentiam, pestem, sive mortem Indorum, quos dirum omen insequitur, egeant nova peræquatione: & hic casus coram D. Prorege in gubernio proponitur, & ille juxta preces, & relationem expedit litteras, vulgó *de revista*, *l. si in Provincia* 13. *C. de annon. & tribut. lib.* 10. ibi: *Nec relevatio, vel diminutio perpetuó, vel ad tempus, nec inspectio, nec perequatio fiat aliter, quám ex scripta jussione Principis.* Sed notari debet, hujusmodi preces, & petitionem non admitti, proponentibus illam Indis privatis, gregariisve, quia in re tanti ponderis necesse est, ut universitas illius commendæ, seu major pars illius cum Gubernatore, & duce concurrat, & in unum conveniat, vel tandem Protector generalis nomine ipsorum, *dict. l. si in Provincia*, ibi: *Privati autem iis de rebus preces ne porrigant.* Consonat provisio ordinaria D. Proregis D. Ludovici á Velasco, ibi: *Por la qual mando, que el repartimiento, ó Pueblo que pretendiere, que se revisiten los Indios de él, por falta de los Indios, sean obligados à traer, y traygan certificacion de su Corregidor, ò de los Sacerdotes del tal repartimiento, ò pueblo, de como haviendo juntado el comun de él, convino la mayor parte, en que se pidiese la tal revisita.* (a)

2 Ad hoc munus apti ministri sunt eligendi, qui probata fidelitate, & prudentia polleant; ne ex stultitia missi peræquatoris plurima, quæ imminent, damna suboriantur. Ex quibus haud levius illud, quod ex iterata revisitatione, ob nullitatem, seu vitia anterioris æstimi Indi onerantur novis sumptibus, & expensis. Sic Regia schedula Monzonis die 23. Augusti, ann. 1585. lib. 2. impr. fol. 161. jubet ob vitanda dicta inconvenientia, ne alii quám Senatori, qui juxta ordinationem Senatus ad lustrationem terræ quotannis exire tenetur, hoc munus committatur; exemplo Romanorum, quorum jure per probum, & expertum officialem, qui officio peræquatoris fungebatur, catastrum fiebat. (b)

Rur-

(a) *Argum. l.* 46. *C. de decurion. lib.* 10. *l.* 3. *D. quod cujusque universit.* (b) *L. si peræquatore, C. de censib. & censit. lib.* 11. Bald. *in l.* 1. 2. *notab. C. de apochis public. lib.* 10. Claperiis *cent. causar. fiscal. cap.* 36. *quæst.* 2. *num.* 3.

3 Rursus monent Regiæ schedulæ, & præcipuè quædam Matriti die 26. Februar. anno 1563. lib. 2. impr. fol. 164. ne id committatur personis, quæ quovis modo aliquid utilitatis, vel juris prætendere possint in Commenda revisitanda, ne earum compendium in Indorum dispendium declinet.

4 Tandem ubi Senator hoc munus exequi non potest, provisum est, ne judicibus particularibus, qui plerumque ambiunt salaria, & funem commissionis protendere satagunt; sed ipsis Provinciæ Rectoribus committatur, non alio ob id percepto, seu assignato salario, quàm consueto, & officio annexo, ut videre est per quandam Regiam schedulam expeditam die 23. Decembris, anno 1595. quam transcriptam invenimus in quodam libro hujus Regalis laterculi, nuncupato *de la Evilla.*

5 De tempore quo utilitèr peti possit, & obtineri revisitatio à D. Prorege ob diminutionem tributariorum, non immeritò quæri solet. Ego jure communi invenio eam expediendam absque fræno cujusvis termini temporalis, quotiescumquè defectorum levamen exposcit, *l. Omne territorium, C. de censibus, & censit. lib.* 11. Quia ut in proposito ait Franc. de Claper. *caus.* 36. *quæst.* 2. *in Cent. causar. fiscal. num.* 5. *&* 6. de jure non est constitutum certum tempus faciendæ hujusmodi peræquationis: quia hoc lege non potest diffiniri, sed ipsa necessitate quoties occurrit, licèt repetita, Plin. 2. *lib.* 10. *epist.* 9. ad Trajanum, *continuæ sterilitates cogunt de remissionibus cogitare.* Et secundum augmentum, vel diminutionem rerum. (c)

6 Jure autem nostro municipali tempus petendi discussionem novam, seu æstimum coangustatum est ad triennium, juxta schedulam datam Matriti die 1. Junii, anno 1567. lib. 2. impres. fol. 164. Quo expectant verba D. D. Joannis de Solorzano, digna memoratu, *lib.* 1. *de Indiar. gubern. cap.* 20. *num.* 11. ibi: *Quamobrem non nisi propter provinciales mortuos, vel depauperatos, vel similem novam causam æstimum, & discussionem fieri debere*, docet Bart. *in l. Placet, num.* 27. *C. de sacros. Eccles.* quem alii Doctores communitèr sequuntur. Et schedulæ Regiæ, quarum suprà meminimus, inter quas reperitur una data Matriti 1. Junii, ann. 1562. dict. 2. tom. pag. 164. quæ regularitèr trium annorum lapsum super ultimam computationem Indorum requirit, ut nova alia fieri possit. Quod tamen limitat, nisi probetur mortalitate, vel alia calamitate plures Indos defecisse, aut alio modo eorum interesse novam peræquationem fieri, ut disponitur in alia schedula, Matriti 10. Maji, anno 1542. eod. tom. pag. 162.

7 Prosequitur insuper num. 14. aliquorum interitum ad impetrandam remissionem non sufficere, cùm alii eorum loco nati, & subrogati censeri possint, ut in eisdem schedulis expressè deciditur, & in simili probat text. *in l. vetus, de usufr.* §. *In pecudum, inst. dict.* ibi: *In locum demortuorum capitum ex fœtu fructuarius submittere debet.* Et ratio pendet ex eo, ne facilitas quærula Indorum in expetendo levamine eo rem perducat, ut iteratis intempestivis discussionibus, parvo tempore ad tenues, vel nullos redditus commenda redigatur.

8 Expedita provisione gubernii ad discutiendos, & revisitandos populos Commendæ, ejusque tributarios fisco obligatos, citari debent Regius Patronus, & Rationales arcæ in cujus jurisdictione dicti populi jacent; sic jubet Regia schedula data Corduvæ, die 9. Martii, ann. 1570. *l. Si fiscus* 7. *D. de jure fisci*, ubi quoties fiscus potest præjudicari, debet citari ejus advocatus, *l. Defensionis facultas, C. de exact. tribut. lib.* 10. Plin. 2. *lib.* 10. *epist.* 90. ad Trajan. ibi: *Adhibitis Gemellino, & Epimacho liberto meo, Procuratoribus, ut æstimatis his, quæ &c.* Id quod adstruitur generali dicterio, quo monemur citandum quemvis ad actum, ex quo in eum resultare

(c) *L. forma* 4. §. *illam, D. de cens. l.* 4. *C. de alluvion.* notat Bart. Bald. & Joannes de Platea *in dict. l. Omne territorium.*

re possit aliquod præjudicii, *l.* 47. *de re judic. l. etiamsi patre* 29. §. *fin. de minor.* ibi: *Cùm non evocatis creditoribus*, *l. incauté* 13. *D. eod.* ibi: *Causa enim cognita, & præsentibus adversariis*, *l. Nam & ita* 39. *de adopt.* ibi: *Adhibitis etiam his, qui contradicent, id est qui læderentur confirmatione adoptionis.* (d) Nam nec diabolum, si judicio versari posset, inauditum, & invocatum damnari fas fore putat. (d)

9 Peræquatio autem actus est præjudicialis, & necessarió citationem requirit cujusvis, qui ex ea lædi potest. (f) Quibus juribus probatur per Franc. de Claperiis, *caus.* 36. *quæst.* 1. *in* 2. descriptionem, vel æstimum prædiorum non nocere possessori, qui non fuit vocatus; & addit Paulum de Castr. in *l. Solemnibus*, *C. de rei vendic. & dict. caus.* 36. *quæst.* 2. *num.* 9. ait: *Et hæc descriptio debet fieri, præsentibus, vel legitimé citatis possessoribus.*

10 Postquam vero fisci patronus, & Regii arcarii citati fuerint, debent eligere, & nominare substitutum, qui eorum locum subeat, & in cunctis actibus contingentibus discussionem Commendæ Regiæ Coronæ intervenire possit, & personalitér cum discussore lustret populos, & citetur ad quemvis actum hujus scenæ. (g)

11 Discussor in manu habens vetustam, & præcedentem discussionem, seu matriculam tributariorum, singulorum init rationem; & quis decesserit, vel superstes sit, examinat attentè: quo in casu nemo non videt, quàm necessaria sit partis fiscalis citatio. Nam Cazici plerumque, ut occultent tributarium, & eum clam exagitent, exigantque ab eo tributum, & *mitam* variis commentis mortuum esse persuadent, cùm revera sit inter vivos. Quem abusum, sive figmentum continuò in istas revisitationes obrepere, multis experimentis comperi, qui jam in Provincia Xauxensi cúm Correctorem agerem, ad instantiam delatorum detexi multos Indos viventes, deditos pro mortuis in ultimo æstimo. Quia doctrinarii quadam impia pietate moti, & officio inofficioso persuasi, pro bono facto habent concedere recauta mortis ea petentibus, ut sic á numero tributariorum, & mitajorum eximantur. Quod qua ratione, seu Theologia faciant, ego non video, cúm quomodolibet tributa Regia usurpantes, lethaliter peccent, & ad restitutionem teneantur; ut nos alibi. Ergo quod dictus discussor tenetur facere, discussis hinc inde recautis, & rationibus singulorum naturalium in hoc sumatur, comprehenditurve, nimirum ut conficiant breves, vulgò *Padrones*, omnium tributariorum cum declaratione nominis, & ætatis, & familiæ, seu *Aillo*, juxta *l.* 23. *tit.* 18. *part.* 3. *O que recauden tales maravedis, ó que fagan tal padron.* Ubi Gregorius ait, quód *padron* dicitur liber tributorum, quod de jure communi tradi debet exactori, *l.* 1. ubi notat Platea *de exact. tribut. lib.* 10. Romanorum autem jure *breves* dicebantur isti libelli, seu *Padrones.* (h) Extat integer titulus insertus á Gothofredo *Codic. lib.* 1. *sub tit.* 42. *de quadrimenst. brevib. est similis titulus lib.* 11. *C. Theodosiani de quadrim. brevib.* & sub eo singularis constitutio Theodosii, Arcadii, & Honorii. Cassiod. *lib.* 1. *epist.* 31. Sidon. *lib.* 4. *epist.* 11. Cujac. *in l.* 5. *C. de probat.* Dicti autem quadrimenstrui sunt, ex eo quod singulis quatuor mensibus recogniti, & renovati, justam exactionem ex recognito numero inducebant, á quo nefas excedere si-

(d) *L. ult. C. si per vim. l.* 4. *C. de dilat. auth. si omnes, C. si minor se ab hæredit. abstin. cap. inter* 8. *de major. & obed. cap. qualiter quando* 24. *de accusat.* Clement. *pastoralis* 2. §. *Cæterum de re judicat.* Covarr. *pract.* 23. *num.* 6. Menoch. 1. *de arbitr. quæst.* 17. *num.* 5. citat plures ad nauseam Hillig. in Donell. *lib.* 23. *cap.* 2. *per tot.* (e) Scaccia *lib.* 1. *de judic. caus. civil. cap.* 88. *num.* 2.

(f) Joann. de Platea *in l. si peræquatore, C. de censib. lib.* 11. *per illum text. allegat notata in l. si quis in* 2. *resp. C. finium reg.* Facit text. *in l. censual. cum lege seqq. C. de donat. & l. form.* §. *si cum ego decens, & l. Quæ quisque, de acquir. rer. dom.* (g) Argum. eorum quæ tradit Hipol. de Marsilis *sing.* 75. Gail. 1. *observ.* 48. *num.* 1. & 2. Scaccia *l.* 1. *de judiciis, cap.* 88. *de citat. necess. in sing. act. causæ.* (h) *L.* 3. *C. de canon. largit. tit. lib.* 10. *l.* 1. *de apoch. public. C. eod. l. Excellentia* 9. *C. de erogat. milit. annon. lib.* 12. *l.* 1. *C. de Collegiat. & Chartoprat. lib.* 11. *vers. Quod autem suprá numerum, qui in causis brevibus continetur, &c.*

cuti á quantitate taxata: colligitur hæc observatio ex enuntiatis ab Imperatore *in dict. l. 1. C. de apochis publicis, & description. curial.* cujus ratio non alia, quàm ea ab eodem signata: *Ut nihil ad relevationem locupletum, atque inopum perniciem pertentaretur.* Neve jam expeditis descriptione, & brevibus, spatio singulorum quatuor mensium observandis, minuendæ actionis ad sacrum pertinentis ærarium, aut transferendi ad arcarios, aut quoslibet alios extraneos titulos aliqua licentia permitteretur, ut loquitur Imperator Leo, & Anthem. *in dict. l. 3. §. 1. C. de canon. largit. tit. lib.* 10. Id quod maximè interesset observari apud Indos meos, sicuti jussum reliquit D. D. Franciscus á Toleto in quodam capite *de las nuevas tasas.* Ille enim, qui non tam pedibus, quàm laudibus peragravit istas Provincias (ut de Trajano usurpavit Plinius secundus) inter alia prudentissimè provisa, & illud, ut semestres breves conficerentur à Correctore adlectis doctrinariis, & citatis Commendatariis, & coram tabellione Provinciæ eximeret é numero tributariorum præcedentis padronis, qui mortui essent, argum. text. *in l. forma 4. D. de censib.* ibi: *Nam si vites mortuę sint, vel si arbores aruerint, iniquum est non eximi numero.* In locum autem demortuorum capitum submitteret pueros, qui ætatis tributariæ tunc compotes invenirentur, *§. in pecudum, inst. de rer. divis.* hoc est, qui decimum & octavum annum attigissent, nisi ante eum nuptias contraxissent; nam ab eo tempore collationi censuali, & functioni tributariæ subduntur lege municipali. Docet hanc praxim eruditissimus Christoph. Besold. *in Thesaur. pract. lit. H. num.* 47. ibi: *Dominus potest certos Officiales constituere, qui homines proprios, & eorum descendentes ad unum omnes habeant specificé conscriptos, mortuos ex albo deleant, supervenientes annuatim addant admortuariorum, & aliorum, ad quę pro more regionis homines proprii suis Dominis tenentur, prestationem illis fideliter admoneant, &c.*

12 Non longe hi breves, si bené memeministi, á breviculis, quibus olim militum nomina continebantur; nam in eis distincta descriptio mortuorum exemptorum, & superstitum remanentium, qui diversa nota discernebantur. Nam T. nota in capite versiculi posita, superstitem designabat; O. vero ad uniuscujusque defuncti nomen apponebatur. Gasp. Barz. *adversar. lib.* 44. *cap.* 7.

13 Conclusa revisitatione, & confectis brevibus tributorum, qui ad Gubernium, unde emanavit commissio, mitti debent, sit computum á Calculatore retassarum, & eo confirmato à D. Prorege, & inserto in ejus litteris, expeditur provisio, quam de retassa dicimus. Cujus series ferè depicta videtur *in dict. l. 13. de annon. & tribut. C. lib.* 10. ibi: *Si Provincia, vel Civitas relevationem petat animalis functionis, vel inspectorem, aut perequatorem, referat petitio ad Principem, ejusque arbitrio idoneus mittatur prius jurejurando; ex cujus tamen relatione facta præfectis prætorio, non aliter forma ulla detur, quám si præfecti ea omnia, quæ ab eo didicerunt, & quæsierunt, Principem edocuerunt; atque ita sacra proferatur forma modis omnibus observanda.*

CAPUT XXVIII.

Casus XXV. *De laterculo, seu libro rationis omnium membrorum, vel redituum rei Dominicę.*

1 INcipit casus 26. oblittetatus longo, & æruginoso, ut ita dicam silentio; sed dignus, ut restituatur ad suum antiquum nitorem. Qui versatur in confectione libri *de la razon*, omni tempore commendati Dominis Proregibus, uti administratoribus generalibus Regiæ gazæ, quæ mehercle maximum incrementum capiet ex ejus renovatione; ille enim dirigit, indicat, ostendit quovis temporis puncto, quo in statu, & ratione inveniantur Regii redditus, debita, fidejussiones, cautiones, exactiones, incrementa, vel diminutiones. Propterea non semel præceptum est, ut illum librum conficiat gubernator, secumque habeat, & se assiduum lectorem immó, & recoctum illius magisttum in cæteros administros profiteatur. Et quidem res bono omine incœpit consultatione D. Francisci à Toleto, qui nihil erravit in administratione

ne hujus gubernii. Notatur ex capite 24. Regiæ epist. die 30. Decemb. anno 1571. *Quanto à lo que nos avisais conviene haya cabeza en lo tocante à nuestra hacienda en la Ciudad de los Reyes, donde haya libro de razon, adonde los demàs Oficiales de la tierra la huviesen de dar. De cuyo libro hay correspondencia con los demás, por la mala orden que ha havido con la administracion de nuestra Real Hacienda, mandarémos tener memoria de ello; y se proveerá lo que convenga.*

2 Formavit hunc librum dictus Prorex uti necessarium, ac valde utilem Regii patrimonii administrationi, & eum approbavit sua Majestas, his verbis, in cap. 9. cujusdam ad eum Regiæ epist. die 1. Decembr. anno 1573. „ Bien nos ha parecido lo que decís vais sacando de cada Ciudad en un libro toda la hacienda Real „ que hay, con distincion de las costas y „ gastos que tiene, y la orden que dexais „ á los Oficiales del beneficio de ella, y los „ tiempos en que han de hacer las pagas; „ para que se pueda traer en cada flota, y „ no haya rezagos, ni deudas, ni en caxas „ de difuntos; y de la parte que á los Oficiales de cada Provincia tocare á la hacienda que tienen á cargo, y tengan libros de Razon, que correspondan con el „ general, que ha de estar en poder del „ Gobernador, asi lo hareis executar.

3 Et in alia epist. ejusdem, anno 1573. eidem fuit responsum in hæc. *Ha parecido bien lo que decís, que haviendo resultado del quaderno de la Real hacienda hacerse libro de la razon de ella, por la orden que se tiene en estos Reynos, lo hariades proveer, y que ninguna cosa se despache sin que se tome la razon, asi lo ireis executando.* Liber hic invaluit (ni fallor) tempore Romanorum, & vario nomine insignitus, fuit continuatus ab Imperatoribus, sed ortum debet Tiberio, qui condidit librum, si Tacito credimus, *lib.* 1. *Annal.* in quo scripta erant membra rei familiaris, & publicæ, milites, naves, Regna, provinciæ, tributa, largitiones, manu ipsius Augusti exarata. Idem refert Tranquilus cum Dione, *c.* 28. qui eum *Rationarium*, & *Breviarium* totius Imperii compellat. Et cum Augustus de renuntiando Imperio cogitaret, in quodam conventu, quem domi habuit omnium Magistratuum, & Senatorum, eis tradidit illum, ejus utilitatem valdè commendans. De hoc eodem libro, ait Seneca olim nuncupatum *Summarium* retentum, & observatum á cæteris Imperatoribus, qui *Notitiæ* nomenclatura eum auxerunt, omnia officia, Magistratus, & dignitates addentes. Alium congenerem reliquit Constantinus suo filio, & successori Romano, qui eum in eminentiori parte suæ numerosæ bibliothecæ colocavit. (i)

4 Exemplo libri memorati alius fuit conditus, in quo personæ, quæ ad dignitates comprehensas in illa *Notitia* erant promotæ, scribebantur: illique inditum fuit nomen Commentarii Principis à Jurisconsultis. (k) Usus fuit eodem libro Trajanus Imperator, ut videre est ex ejus responso, & *epist.* 102. *lib.* 10. ad Plinium secund. ibi: *Referri in commentarios meos jussi.* Nec non Asuerus Rex, ut in lib. Esther, *cap.* 12. constat, ibi: *Rex autem, quod gestum erat, scripsit in commentariis.* Quamquam non ignoro, *Commentarium* itidem dictum esse illum codicem, ubi memorabilia sub compendio notabantur. Cujus libri aliquando fuisse officialem Ulpianum Consult. refert Spartianus in Pescenio Nigro. Et Cicero scribens suo Tironi, *lib.* 16. *epist.* 21. ejusdem libri fecit mentionem suique muneris esse illum scribere, & ab eo Græcum transcriptorem postulavit, ibi: *In excribendis hypomnematis multum mihi eripitur curæ, &c.*

5 Refert magnus noster D. D. Laurent. Ramirez de Prado *in Pentecont. cap.* 12. Verum de hoc libro rationis, & instructione quæ condita fuit à D. Prorege D. Francisco á Toleto, fussiùs alibi.

CAP.

(i) Girald. *Hist. Poetica, dialog.* 5. Cokier. *in Thesaur. polit. lib.* 2. *cap.* 21. Qui addit hæc. *Hunc librum Veneti nimio diligentius servant, quem dicit suum aurum.* (k) Cujus vestigia extant *in leg. Abesse* 32. *D. ex quibus causis major.* ibi: *Aut in commentarium* Principis *delati sunt.* Juncta interpretatione Frontini *lib.* 2. *de aquæduct.* Perrenon. 2. *animadvers.* quos citat, & sequitur Ossuald. *lib.* 21. *comment. cap.* 5. *lit. G.*

CAPUT XXIX.

Casus XXVI. *De assignatione locorum, opidorumve, in quibus reponendæ sunt arcæ Regales.*

PRæfigere, & assignare loca, ubi arcæ Regales colocari debeant ad recolligendos thesauros Regi debitos in quavis Provincia, incumbit administratori majori, ejusdemque erit eas transferre, & mutare, ubi temporis ratio illud expostulaverit, aut si convenerit aliquam earum tollere, non aliud arbitrium expectatur, quam Domini Prorregis. Caput. 24. Regiæ epist. die 6. Februar. ann. 1571. ibi: *Muy bien me ha parecido lo que decís, cerca de las cabezeras que queriades señalar donde hayan de acudir los Oficiales que tienen à cargo alguna renta de poca cantidad, para que se recojan los dineros, y alcances en las cajas Reales, y de difuntos.* Et caput 8. Regiæ epist. die 30. Decembr. ann. 1571. „ En lo que apuntais del poco aprovechamiento de los „ Oficiales de Piura, y valor de los quintos; y que no hay necessidad alli de „ marca Real, por haverla en Loxa, y en „ el Puerto de Paita, que toman todos los „ navios, y la mayor parte de la gente se „ vá por tierra, que está á diez y ocho „ leguas, proveereis lo que mejor os pa„ reciere convenir con la menos costa de „ nuestra hacienda. " Claves itidem addere, & securioris custodiæ causa huic, vel illi administro traderé ejusdem est potestatis prorregiæ, cap. 6. citatæ epist. 30. Decembr. ann. 1571. ibi: *Està bien lo que decìs haver ordenado, de poner en Guayaquil nuevo Corregidor, que tenga à su cargo la llave de la caxa, y asista à los negocios de nuestra hacienda.* Ex eisdem laticibus dimanat potestas dividendi, & separandi ab aliqua arca Regali administrationem alicujus membri rei dominicæ, & eam aliæ commendandi expeditioris exactionis ergo. (a) Ut ecce tributorum Regalium Provinciarum Patiæ, & Carangas exactio, quæ longævo tempore muneris, & curæ arcariorum Potoxiensium fuerat, his annis Officialibus Villæ, & arcæ de Oruro commissa est. Præterea arca Regia, quæ sita erat á tempore D. Marchionis de Guadalcazar in situ de Bombon, translata est tempore D. Comitis de Chinchon ad populum *S. Matthæi*, Provinciæ de *Guarochiri*, propter meliorem temperiem, & opullentiora metalla, quæ in dies extrahuntur ex ejus mineris. Et quoad facultatem extinguendi arcarios, ubi necessarii non sunt, est bonus locus in cap. 61. Regiæ epist. ad D. D. Francisc. á Toleto, ibi: *Y donde os pareciere que no conviene haya Oficiales, los quitareis*, die 1. Decembr. anno 1571.

2 Superflua enim resecari oportet, Auctore Justiniano *in leg. cum antiquitas* 28. *C. de testament.* ibi: *Ea quidem, quæ minimè necessaria sunt nullo procedere modo, quippè causa utilissima, proposita ea, quæ superflua sunt, minimé debet intercedere.* Aliter arcæ, seu ærarii sedes cædis erit, aut noxiæ, potius quam custodiæ, ac securitatis nummariæ, nam sicuti aqua superflua non tám fœcundat tellurem, quàm sternit flores, trucidat fruges, ac segetem corrumpit, sic camera, seu arca, ubi non necessaria, magis exitialis est, quàm proficua, & reposita locis incommodis, longinquis, aut solitariis invitat fures, & promovet infidam manum. Nec est, quod multiplicis clavis objicias munimentum, nam ut ait Seneca *epist. 69. Fures signata sollicitant, vile videtur quidquid patet, aperta effractarius præterit.* Et quamquam ad custodiendas, & celandas opes nullum instrumentum aptius quàm *Arca*, quippè cujus usus apud omnes nationes receptus, atque retentus, nam ut tradit. D. Amaja *ad tit. C. de jur. fisc. lib.* 10. *in rubr. num.* 3. & D. Larrea, *alleg.* 1. *n.* 2. *Cúm marsupia ad pecuniam fiscalem non sufficerent, loculis & arcis uti cœptum, & fiscus ab origine fiscallarum dictus.* Unde fuere variæ arcæ apud Romanos, & earum Officiales nomine arcariorum, (b) fuit

(a) *Leg.Caj.*86.§.*Titius de legat.*2. *l.Si is* 31.§.*fin.de exc.tut.leg.*3. §. 8 & 9. & *l.* 4. *de adm. tutor.*
(b) *Tit.desusc. præposit.* & *arcar. C. lib.* 10. *in cujus rub.* Valenz. Pisc. *n.*21. *ut arca theatral. Nov.* 63. *arca Quæstor.*, & *arca præfect. pretor. leg.* 9. & *ult. C. Th. de indulg. debit. l.* 6. *C. de suscept.*

fuit, & arca vinaria, ut testatur Symmac. *in epist. leg.* 13. *C. eod.* Verum semper fuit in cura, ut hæc repositoria pecuniæ tuto in loco, & populico collocarentur, ac ubi necessitas expeteret.

CAPUT XXX.

Casus XXVII. *De ordinationibus, seu statutis generalibus ad optimam gubernationem ærarii, & Reipublicæ tendentibus.*

1 Accedit, pro bono regimine arcarum, posse condere statuta, & ordinationes D. Prorregem, quas observent Regii Officiales, & illarum præpositi, quod quidem (præter fundamentum supremæ potestatis, qua utitur in generali gubernatione, de qua Afflictis, *in C. Imperialem de prohibit, fœud inalien.* Mastrill. de Magistr. *lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 43. & schedula ad Præsidem de la Gasca, die 16. Februar. anno 1546. & alia data Matriti, die 8. Martii, anno 1619. Ubi injungitur fisci patrono cura remittendi hæc statuta ad Regium Consilium.) Quoad speciem, & subjectam materiam fundatur in facultate concessa tàm in mandato solemni, quàm in privatis ordinibus, de quibus in cap. 8. epist. Regiæ ad Dominum Dominum Francisc. à Toleto, die 1. Decembr. anno 1573. ibi: *Está bien las cuentas que decís se han tomado á los Oficiales de Lima, Guamanga, el Cuzco, y la Paz, y la Plata, y Potosì; y el haverse visitado los proprietarios, y tenientes, y dadoles ordenanzas, conforme à lo que en cada parte se administra, y que las mandariades guardar juntamente à los que de acà las han llevado, en lo que no huviere inconveniente. Y para que esto se haga mejor, os mando embiar las instrucciones que acà se han ordenado.* Et in fine instructionis rei familiaris datæ eidem Prorregi Matriti, die 28. Decembr. ann. 1568. amplia hæc illi concessa fuere: *Ordenando vos en el entretanto lo que à nuestro servicio, y buen recaudo de nuestra hacienda entendieredes que conviene.* Sic plerique é Prorregibus hujusmodi statuta, seu ordinationes condidere & in primis dictus Prorrex D. Francisc. à Toleto generaliter ad omnes arcas tunc erectas transmissit, quas summa prudentia, & maturo judicio dictavit. Sed cùm ejus successores alia membra rei dominicæ noviter addita, & inventa commendata illarum præpositis invenirent, eaque improvisa in dictis ordinationibus, ac alia temporis tractu immutata; alia imminuta, delecta, aucta, vel circumcisa recognoscerent, necesse habuerunt alias ordinationes componere, ut fecerunt postea D. March. de Montesclaros, qui dedit ordinationes arcæ Limensi, & arcæ de Carabaja, & D. Princeps Schillanc. qui alias dictante Apolline struxit ad arcam Potoxinam, & D. Comes de Chinchon, qui ad Cleantis lucernam alias elaboravit ad gubernium arcæ Truxillensis, à me consultus tunc illius visitatore, ut qui eam, & ejus arcarios (ut illi ingenue fatebantur) nullis ordinationibus regi evinceram.

2 Cujus facultatis ratio non aliunde provenit, quam ex necessitate cohibendæ libertatis illorum, qui rem alienam administrant, & occurrendæ excusationi, quam prætegere solent arcarii, instructiones non habentes, sub clypeo justæ ignorantiæ ordinum, quibus contraveniunt. Quo spectant verba, caput 64. cujusdam epist. Regię ad D. D. Francisc. à Toleto, die 1. Decembr. ann. 1573. ibi: *Decís que en ninguno de los oficios visitados hallastes instrucciones, ni orden para obligarles à dar buena cuenta, y vimos la que embiastes, que de acà se dió à la de Potosí, con los apuntamientos que allà han parecido, y tambien la que vos haveis dado; y acá ha parecido que las instrucciones antiguas eran muy buenas, si se huviera usado de ellas, &c. Novell. Justiniani* 26. *cap.* 2. ibi: *Monita quædam Imperialia. Novell.* 27. *de Comit. Isauriæ cap.* 1. ibi: *Dabimus ei etiam sacra pręcepta, quæ mandata Principis á veteribus nuncupantur.* Ignorantes enim Officiales regularum, seu statutorum, cum in facto consistant, excusationem merentur, *cap.* 1. *de constit. lib.* 6. ibi: *Consuetudines, & statuta, cum sint facti, & in facto consistant, potes probabiliter ignorare. Accurs. in leg. Cum prolatis, D. de re judic. verbo prolatis*, ubi Barthul. *num.* 2. Farinacius, *cons.* 64. *num.* 9. Auth. ut *factę novæ constit. coll.* 5. *tit.* 21. *cap.* 1. ibi: *Cur enim culpabimus eos,*

qui positas nostras ignoraverint constitutiones? Ne autem arcarii arca Regali quasi sua uterentur, ne ve flumina essent diffusæ administrationis sine ripis, equi sine frœnis, & sine limite campi, invaluit, ut Prorex eos frœnare posset justis ordinibus. Quod ampliatur, ut non solum de novo possit statuere, quod expedierit, verum ordinationes vetustas, conditas ab antecessoribus, reformare. Sic D. Princeps Schillacensis in sua relatione, num. 124. ibi: *Las ordenanzas con que se gobiernan, se han hecho en diferentes tiempos, y asi convendrà innovar algunas, y cercenar algo de lo que en esta caxa està dispuesto, y si las ocupaciones huvieran dado lugar á ello, se escusarà V. Excelencia de este trabajo, como lo hice en las nuevas Ordenanzas, que dí á la caxa de Potosí.* Argumento text. *in leg. Quod semel* 5. *D. de decr. ab ordin. faciend.* ibi: Nisi ex causa, id est, si ad publicam utilitatem respiciat rescissio prioris decreti. Videndus Barthul. *in leg. Omnes populi, num.* 28. 29. & 30. ubi perdocte tractat, quomodo, & quando super his quæ aliis statutis disposita sunt, possint statuta fieri, & quomodo unum alteri deroget; cujus summa est, quod prius per posterius tollatur, §. *Quod verò isntar. de jure nat.* late Cinus, *in leg. ultim. C. de testam. & in leg. ult. C. quæ sit long. consuet.* quod intelligitur si, sit contrarium, licét non faciat mentionem de priori *cap.* 1. *de const. in 6.* Natura enim statutorum gubernii fluxa, & variabilis est, & licèt jurata sint, possunt revocari, ex doctrina Bart. communiter recepta: *in dict. leg. Omnes populi, de just. & jure. Ubi* Oroscius *num.* 107. 110. & 111. Gomez, *in leg.* 3. *Taur. num.* 96. Aviles, *in cap.* 17. *Præt.* Gloss. *las harà, num.* 81. sequitur Gutierrez, *de juram. confirmat. cap.* 37. *num. fin. & est optimus textus in cap. cúm accessissent, de constit.* Nam pro inde invaluit, quod acta, & statuta gubernationis non transeant in firmitatem perpetuam, & auctoritatem rei judicatæ, *text. in cap. statutum, de rescript. in 6. verb. Ad noxam.* Antonius Faber, *in C. lib.* 8. *tit.* 16. *dif.* 23. Æneus Rob. *lib.* 2. *rerum judic. cap.* 10. Nam ut ait Corn. C. Gall. *lib.* 20. *Eleg.*

Diversos diversa juvant, non omnibus annis
Omnia conveniunt, res prius apta nocet.

Non longé Barclajus *in Argen. Sæpé videas eosdem affectus pro temporum sorte, nunc virtutes esse, nunc vitia.* Trajanus à Plinio consultus, ut quid in perpetuum, & universum statueretur, respondit. *In universum à me non potest statui: id ergo, quod semper tutissimum est, sequendam cujusque civitatis legem puto. Epist.* 120. D. Don Juan de Solorz. *de Indiar. gubern. lib.* 4. *cap.* 12. *num.* 49. ibi: *Plura salubriter hodie statuta, cras forte mutare expediet*, ut *prudenter advertit Pater Joseph Acosta, omnino videndus de proc. Indor. salut. lib.* 3. *cap.* 4. Bobadilla, *in Polit. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 6. & 33. Calixt. Rem. *de leg. Regia,* §. 11. *num.* 26. *text. optim. ubi DD. in cap.* 1. *de const. in 6. ubi probatur lege generali diffiniri non posse quid in variis, & diversis Provinciis servandum sic. Eleganter Plutarchus relatus ab Eduardo Vestono, in theatro vitæ civil. lib.* 4. *cap.* 12. *Ubi ex fabula matris Lunæ, quæ filiæ vestem petenti eam denegavit, ob id quod cum semper in perpetuo motu, sive mutatione versetur, nequaquam percipiebat quomodo una tunica tot adversis, & diversis formis aptari posset. Ad rempublicam refert, quæ similes mutationes patitur.*

3 Sed in hoc tractatu tria observare tenetur D. Prorrex, ut recto tramite procedat. Primum, ut ejus constitutiones arcariæ non opponantur Regiis decretis, & ordinibus latis à summo Indiarum consilio; argument. text. sing. *in leg.* 3. §. *Divus Adrian. de sepulchro violat.* ibi: *Quid tamen si lex municipalis permittat in civitate sepeliri, post rescripta principalia, an ab hoc dicessum sit, videbimus, quia generalia sunt rescripta, & oportet imperialia statuta suam vim obtinere, & in omni loco valere.* De cujus sententia, ac sensu. Renatus, *de legib. tit. de cons. Gallic. fol.* 56. *Non inferior, text. in leg.* 2. *C. de offic. Præfect. Præt. Orientis*, ibi: *Formam à Prefecto Pretorio datam, etsi generalis sit, minimé legibus, vel constitutionibus contraria, si nihil postea ex auctoritate mea innovatum est, servari equum est.* (c) Inferior enim nequit statuere quic-

(c) Illig. *in Donell. lib.* 1. *comm. c.* 6. *litt.* C. Alc. *lib.* 10. *parergon. c.* 4. Cov. 3. *var. c.* 13. *n.* 4. *ant. fin.*

quicquam in derogationem decreti superioris, *cap. cum inferior de majorit. & obed. leg. Si hominem* 30. *D. mandati.* Grammat. *cons.* 83. Mastrill. *lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 37. immo hoc unguiculum ab ejus mandatis aberrare, nisi forsan justa, & irreparabilis insurgat causa, ob quam possit superioris legem cunctare, *ut per Ripam in leg. Nemo potest, num.* 15. *de legat.* 1. Pinel. *in rub. de rescind.* 1. *part. cap.* 2. *n.* 6. Tiracuell. *in Præfat. de pœnis, à num.* 27. Dueñas, *regul.* 259. *amp.* 3. Menchac. *de success.* §. 6. *num.* 11. & illustr. *lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 25. Grammat. *deciss.* 36. *n.* 2. Quo spectant verba illa, *dict. leg. Si hominem. Si procurator justam causam habuit interpellandi manumissionem*, junctis illis, veluti: *Si compereris eum postea falsas rationes confecisse, insidias vitæ prioris domini struxisse.* Sunt enim plures, nec incognitæ causæ, & rationes ob quarum nervos ipse Princeps gaudet, ac præcipit suos ordines manere in suspenso, nec exequi, quousque eorum certior fiat, *leg.* 2. *& ult. C. Si contra jus, vel utilit. pulic. cap. cum apud Thesalonicam* 11. *quæst.* 3. Anton. Fab. *in C. tit.* 11. *dif.* 1. ibi: *Vetitumque judicibus ad quos ejusmodi rescripta fiunt, ne si quam jubesset, iniquitatem animadvertant, eorum auctoritate moveantur.* Text. in cap. *Si quando*, ubi laté Felinus, *de rescript.* integer titulus 14. *lib.* 4. *Recop. De las Provisiones, y Cedulas que se dán contra derecho,* Azeved. *in leg.* 1. *dict. tit.* 14. Gloss. *Obedecida, y no cumplida*, ibi: *Nota contra miseros Rectores, qui non audent supplicare á litteris Papæ, vel Principis, contra jus elicitis.* Contra quos, & invehitur. Gloss. & ibi Jass. *in leg. rescripta, C. de precib. Imper. offer.* cum deberent supersedere in executione mandati alicujus injusti, mirabilis, text. *in leg. de Quilibet, C. de execut, & exact. lib.* 12. *leg.* 1. *C. de petit. bon. sublat. lib.* 10. *leg.* 3. *C. de pagan.* ibi: *Abreptæ hujusmodi chartę ex earum manibus ad nostram scientiam referantur.* Avil. *cap. Prætor. verbo* mandamos, *n.* 20. Borrell. *de magistrat. edictis, lib.* 2. *cap.* 1. 2. *&* 3. Æneus Robert. *lib.* 2. *rer. judic. cap.* 11. Et de jure Peruano extat Regia schedula. Data Matriti, die 22. Septembris anno 1627. & capit. 3. epist. ad Principem Squillacensem, die 3. Junii, ann. 1620. Meñor text. & gemma notandus *in leg.* 34. *tit.* 18. *part.* 3. quæ manudicit ad rersum prudentiæ fontem, & vere Regiam doctrinam, qua summi Consilarii duci debent in obviam eundo principalibus mandatis, injustis, & nuntiandis Principi inconvenientibus, & tandem ei parendo, ubi certioratus ea respuerit, præcipuè in materia proficiendi, & benefaciendi alicui ex vasallis apud eum optimè meritò, ne contumaciter, & invidé existant refractarii, cujus fideles debent esse custodes. Illa verba arcanis plena mysteriis scrutemur.

„ E de estas cartas que el Rey diere non se
„ debe ninguno agraviar, ca maguer el
„ Rey mande facer alguna cosa que sea
„ grave á algunas, todavia debenla obede-
„ cer, é cumplir, pues que el Rey lo face
„ por merced, é por hacer pro á otros. Cà
„ otro si deben tener aquellos que el Rey
„ les puede hacer merced quando quisiere,
„ como á los otros que dió las cartas. E de
„ mas es razon, é derecho, que pues el
„ Rey es tenudo, è poder ha de facer mer-
„ ced, que ninguno non ge la contralle,
„ nin ge la embargue que la confaga, alli
„ do el entendiere, que conviene. Empero
„ bien pueden tanto facer aquellos à quien
„ el Rey embiare tales cartas como estas en
„ facerle saber por sì, ò por otri, que es
„ grave de facer, è faciendolo asi, non lo
„ debe el Rey tener por mal, mas con to-
„ do eso, si el Rey toviere por bien que
„ sea, deben obedecer lo que él mandare,
„ cá esto non es conocencia de ellos si es
„ derecho, ó non, mas es en la del Rey. "

Junge, *leg.* 25. *eod. tit. & partit.* ibi: *Empero aquel à quien fuere embiada la tal carta bien puede recibir pruebas sobre tales defensiones, é facerlo saber al Rey, que mande, y lo que toviere por bien; mas èl non debe juzgar sobre ellas.* Ubi tamen mihi temperare non possum, quin consulam quantum cavere debeat D. Prorrex, ut ordinationes, & præcepta Regia, de quibus sermo, magna deliberatione conscripta, apud *Patricios servatoresque Camillos*, ab eo executioni tradantur, ne illudatur Regia voluntas, & in remotis Regnis exemplo præsidis, & reipublicæ Principis, qui primus eam tenetur

netur servare, cæteri trahantur ad ejusdem contemptum, video enim pro libidine cerebrina, & quovis quæsito colore plurimas schedulas strangulari, id quod á primordio gubernationis Perubicæ inolevisse scribit P. Remesalis in historia de Chiapa, notabilibus verbis, *lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 7. ibi: „ Siempre se usaron replicas contra las ordenes de los Principes por justas y razonables que fuessen, quando en la execucion pareció algun inconveniente, y las Leyes no dán por traydores, y desleales á los tales que suspenden la execucion, hasta que el Rey esté mejor informado. Pero quando este uso tuvo mas fuerza, fue en los principios de la poblacion, que como muchos mandatos del Rey no eran tan á gusto, para no los obedecer, luego ponian los Gobernadores inconvenientes voluntarios, que su Magestad havia sido informado siniestramente, y con esto besando sus Cedulas, y poniendolas mil veces sobre sus cabezas, como de su Rey, y Señor natural, ninguna era obedecida, ni servian de nada, porque quando venia la sobrecarta, ya se havia acabado la ocasion, &c. " Regis enim voluntati, vel cæcis oculis parendum mordicus suadent, *l. sanctio legum de pœnis.* Bald. *in l. legis virtus*, *num.* 1. *de legibus.* Auth. *statuimus*, *num.* 2. *C. de Episcop. & Cleric.* Caved. *decis.* 87. *per totam.* Casaneus, *in Cathalog. gloria mundi*, *part.* 9. *cons.* 34. Guillielmus, *in cap. Rainuntius*, verbo, *in eodem testamento*, *á num.* 70. Quæ obedientia ex precepto Christi, & lumine naturali Regi est exhibenda. *Proverb. cap.*8. 1. *ad Roman. cap.* 13. *l. Inter claras, C. de summa Trinitate, & fide Catholica, l.* 1. *C. de veter. jur. enucl.* Covarrub. *pact. cap.* 1. Menchac. *in præfatione controver. illustr. num.* 119. refert plures novissimè de lege Politica, D. Petrus Gonzalez de Salcedo, *lib.* 1. *cap.*5. §. 1. *num.* 4. Adeo, ut pœna mortis sit infligenda in inobedientes, circa rem magni periculi. *l.* 1. *in fine, C. de offic. Præfect. Africæ*, *l.* 3, §. *In bello, de re milit.* Gigas, *de crimine læsæ Majestatis*, 1. *part. quæst.* 31. Lucas de Penna, *in leg.* 1. *ad finem*, *ut dignitatis ordo servetur C. lib.* 12. *Aflictis*, & *in proœmio const. num.* 33. Gramm. *decis.* 40. *num.* 2. *Facit. l.* 11. *tit.* 21. *part.* 2. & *l.* 3. *tit.* 28. *ead. part.* explicat optime Caved. *dict. decis.* 87. Secunda, non debet insuper habere statuta condita à D. D. Francisco á Toleto, & eis contraria ordinare: etsi enim ille fuit unus, ex antecessoribus Prorregiis, emeritus est, ut à se ordinata, confirmarentur á supremo Rege nostro, expeditis ad id honorificentissimis schedulis, jubentibus, ne lato quidem ungue ab eis recedere liceret, nisi prius consulta sua majestate. Regia schedula ad D. Marchionem de Montesclaros. Pardi 25. Januar. anno 1608. Aptior alia ad D. Prorregem D. Ludovicum á Velasco, die 8. Junii, anno 1592. Et ratio est quia confirmatum á Rege, vel Pontifice perinde habetur, ac si ab eis esset factum, ut supra fundatum est haud jejuné: eadem enim inculcare nihil attinet, nec est quod legulejus juris municipalis objiciat prædictam prohibitionem de non derogandis ordinationibus, D. Francisci à Toleto, in consulto Indiarum Consilio, strictim accipiendam de illis tantum, quæ ad Indorum gubernium, & reductionem spectant, ex verbis dictæ schedulæ, anno 1608. ibi: *Por ser tan necessarias al gobierno, y naturaleza de la tierra, y de los Indios, particularmente las de las reducciones de los pueblos.*

4 Nam idem attendi debere quoad ordinata in materia rei familiaris monent aliæ schedulæ, ut videre est ex illa, qua confirmatæ sunt ordinationes minerarum, & quodam capite Regiæ epist. ad Comitem del Villar, die 10. Januarii, anno 1589. quod loquitur circa observationem taxationum tributorum factarum á Domino Prorrege, ibi: *Advirtiendo, que haviendose hecho las dichas tasas por mi orden, y con tanta consideracion, no es bien que se anden mudando, sin mucho fundamento, y haviendo precisa necesidad de ello, y entonces mirando mucho en que no se haga daño á mi hacienda, agravio à los dichos encomenderos, ni á los Indios.*

5 Tertium est in consideratione, quod in materia professionum mercium, & aliarum rerum, ex quibus jus Regium penditur, ptiusquam quicquam possit ordinare, D. Prorrex tenetur inspicere, & observare ju-

jubere in toto mari nostro del *Sur*, ordinationes domus contractationis Hispalensis; illæ enim ligant manus, quoad præventa, & provisa in sua contextura. Regia schedula Vallis de Olid, die 17. Aprilis, anno 1553. & cap. 127. Regiæ epist. ad Dominum D. Francisc. á Toleto, die 27. Febr. anno 1575. ibi: *Está bien proveido haver mandado poner en los registros, que se hacen en Panamà los pasageros, declarando la calidad, y oficio de cada uno, que es conforme à lo que está proveido por las Ordenanzas de la Casa de la contratacion de Sevilla, las quales hareis que se guarden en el puerto de Panamà, y los demás de la mar del Sur, como està mandado.* (d)

6 Præterea animadvertere debet Gubernator in pertinentibus ad Regium Tribunal Calculorum, ubi defecerit ordinatio, quam fieri necesse fuerit, non prius quidquam ab eo posse ordinari, quam deficientibus ordinationibus Tribunalis Majoris Calculorum Castellæ; eæ enim observari jubentur in casibus non provisis, & sic cavetur in privatis, & specialibus ordinibus tis ad regimen hujus Tribunalis. & in Regia schedula lata Vallisolet. die 13. Martii, anno 1610. Cujus decissionis, necnon antecedentis, vel illa reddi ratio potest, nempè quia ubi jus speciale deficit, supplet jus vicinæ Provinriæ, aut comparis ministerii. (e)

7 Duo hìc incidunt non omittenda. Primum, an sit necessaria confirmatio Regis, ut observari, & exequi valeant dictæ ordinationes, & an executio earum cunctanda sit, dum illa differtur, & pendet: & quidem respondendum est validitatem earum, & executionem remorari non esse conveniens, quando ob locorum distantiam, & tarditatem temporis, & ipsius negotii qualitatem, evidenter damnosa foret cunctatio, & spes deducendæ confirmationis dijudicetur. Cæterum in omni eventu transmittenda hujusmodi statuta ad Supremum Indiarum Consilium, ut Regiis archivis inserantur, & confirmentur; juris non est dubii (f) *juxta tradit. per Doctores, in cap. 1. de confirmation. utilit. vel inut.* Consonant Regalia præcepta, nempé caput 27. epist. ad D. D. Franciscum à Toleto, die 1. Decembr. ann. 1573. ibi: *En lo que toca à las Ordenanzas que decis vais dexando en algunos Pueblos que visitais) lo que no se pudiera hacer no los viendo) embiareis al nuestro Consejo de las Indias las que hicieredes, como està dispuesto por Cedulas, y Ordenanzas nuestras, para que se vean, y confirmen.* Regia schedula, Matriti 26. Maii, anno 1573. & Pardi 17. Octobris anno 1575. tom. 3. pagin. 426. Sed de hac re optimè, & eruditè, ut de omnibus, D. Antonius de Leon, Conf. Reg. part. 2. cap. 23. num. 40. ibi: *Requierese tambien confirmacion Real en todas las ordenanzas, y estatutos, que en las Indias hicieren los Virreyes, Audiencias, Gobernadores, Universidades, Comunidades, &c. Pero con esta distincion, que las Ordenanzas que los Virreyes hacen se executan luego, y aunque de algunas se embia à pedir confirmacion, las mas pasan, y se guardan sin ella, aun pendiente la apelacion de ellas. Lo mismo es de las que hacen las Audiencias, si bien estas son pocas, porque como no tienen el gobierno, no les toca esta parte deèl.*

8 Habet hinc ortum secunda dubitatio, scilicet, utrum possit appellari à dictis ordinationibus per arcarios, seu alias personas, quæ in ejus promulgatione prætendant se esse gravatas. Et dato, quod eis illud non denegetur, quanam ratione sustineatur executio, & vires exerat in præjudicium appellationis, cujus remedium eam suspendere solet; aut si mavis extinguere? Nam suspendi dicitur *in lege 32. C. de appellat. c. Cùm inter extra eod. leg. 5. C. quor. appell. leg.*

(d) Meminit earum D. Alfar. *de officio Fiscalis*, Gloss. 16. *num.* 135. & Gloss. 20. *num.* 65.

(e) Innocent. *in cap. cùm olim de consuetud.* Gloss. & Doct. *in leg. ex ea de postulat.* secund. Aug. *lib. de fide Christ. in canone Catholica,* 11. *distinct. Can. illa.* Can. *de his*, 12. *dist.* Renat. Chopp. *de legib. tit. de comm. Gallic. consuet. fol. mihi* 56. (f) Archidiacon. *in cap. Sicut. de elect. lib.* 6. Innocent. & cæteri Canonistæ *in cap. inter dilectos*, §. 1. *de fide instrument.* Baldus, *in leg. Nominationem*, *C. de appellat.* Boss. *tit. de Principe*, *num.* 348. Octavian. *decis.* 39. Caved. 2. *part. decis.* 1. *num.* 3. 4. *&* 5.

leg. 32. *C. de trans. leg. ult. C. sentent. rescind.* extingui autem *in leg.* 1. §. *ult. ad S. C. Turp.* & facit, *leg.* 2. §. *ult. de pœn. l.* 6. §. 1. *de his, qui notantur infam.* Ubi eleganter Ulpianus. *Sed si furti, vel aliis famosis actionibus, quis condemnatus provocavit pendente judicio, nondum inter famosos habetur; si autem omnia tempora provocationis lapsa sunt, retro infamis est, quamvis si justa appellatio ejus visa sit, hodie notari puto, non retro notatur.*

9 De cujus interpretatione videndus noster Antonius Faber, *in rational.* & pro concordia dissentientium interpretum, ac explicatione prædictorum verborum, *Suspendi, & extingui.* (g)

10 Huic dubio occurritur dicendo ab ordinationibus conditis, à D. Prorrege, ut quæ universaliter ligent, & habeant vim legis, appellationem inhiberi regulariter, sicuti inhibetur, & respuitur, quando ab ipsa lege, & ejus pœna provocari prætenditur, *leg. Si qua*, 244. & ibi Accursius *de verb. signif.* Besol. *de appellat. cap.* 7. *n.* 5. Petrus Gregorius, *de appellat. cap.* 6. Joannes Gutierrez, *lib.* 1. *pract. quæst.* 50. *num.* 2. Et ratio est, quia de iniquitate hominis conqueri licet, cujus arbitrium exorbitare potest in mulcta indicenda, à qua propterea licet appellari, *dicta lege* 244. legis veró iniquitatem incusare nemo potest, nec Principis judicium à quo procedit. Unde Felin. *in cap. Si quando de rescript. num.* 11. ait. *Quia postquam lex est condita, judicandum est secundùm ipsam, non de ipsa, c. in istis*, 4. *distinct.* Anania, *in cap.* 2. *de delict. puer.* id quod competere videtur statuto condito ab ejus vicario, & locum tenente, qui vice sacra disponit, & instar Solis quem repræsentat, luces suas, & radios longé diffundit, & in omnes subditos, & Provincias ei commendatas influit æquali, & universali lumine, cui omnes obtemperare tenentur, ac proinde non minus in ordinatis pro regimine arcatum, & fida, & recta administratione rei dominicæ. Aliàs, si liceret provocare ab ejus jussu, & dispositione redacta ad formam generalis ordinationis parum interesset, seu de nihilo deserviret gubernii habenas moderare, siquidem in ea actione, & potestate principaliter perlucet Regia repræsentario. (h)

11 Nec mirum id videri debet, cùm à perpetuo edicto Prætoris appellari nuspiam licuerit. Paulus, *in leg. fin.* §. 2. *D. de appellat. recip.* ibi: *Item si ex perpetuo edicto aliquid decernatur, id quominus fiat, non permittitur appellare. leg. ex consensu* 23. §. *Eum qui D. de appellat. & relat.*

12 Facit, quia non majoris auctoritatis, reputari debent statuta bonæ gubernationis, ordinata à Conciliis Civitatum, Villarum, & oppidorum, quam condita à D. Prorrege, & unico, & universali Gubernatore, cùm ab illis non liceat appellare effectu suspensivo, ut colligitur ex verbis Pragmaticæ 47. Matriti, ibi: „ Porque somos informados, que muchas veces se siguen muchos inconvenientes, de que vos nuestro Presidente, y Oydores tratais de recibir todas las apelaciones indistintamente, é mandar sobreseer la execucion, mayormente en las cosas que se mandan en las Ciudades, Villas, y Lugares cerca de la gobernacion de ellas, è cerca de las cosas de los mantenimientos, é de la guarda de las Ordenanzas que tienen de las cosas que cada dia se ordenan, concernientes al buen regimiento del pueblo, &c. (i)

13 Sed præcipuè observari debet, quoad ordinationes editas pro optima administratione officialium (quæ est materia nostra) *leg.* 4. *tit.* 14. *lib.* 8. *Recop. Hæ* au-

(g) Petrus Gregor. 6. *de appellat.* 11. *num.* 4. Lancel. *de attent. part.* 2. *cap.* 12. *præfat. num.* 126. Covarr. *pract. qq. cap.* 23. *num.* 1. Cald. *ad leg.* 3. *C. de integ. rest. definit.* 5. verb. *per quod integrum jus recuperat.* Menoch. *lib.* 1. *de præs. quæst.* 35. *num.* 20. Parlad. *lib.* 2. *quot. cap. fin.* 5. *part.* §. 5. *num.* 11. (h) Div. Thom. 1. 2. *quæst.* 90. Suarez, *de leg. lib.* 3. *cap.* 9. *leg. fin. C. de legib. leg.* 12. *tit.* 1. *part.* 1. Gomez, *in leg* 40. *Tauri, num.* 10 Bobad. *in Politic. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 128. Mastrill. *de magistrat. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 29. 30. & 31. eruditè, & noviter Salcedo de lege Politic. *lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 13. 14. & 15. (i) Leg. 54. *tit.* 5. *lib.* 2. *nov. Recop.* Joann. Gutierr. *lib.* 4. *Pract. quæst.* 53. & *lib.* 3. *Pract. quæst.* 23. *num.* 17. *cum* Baldus, Avilès, Avendañ. & aliis Bobadilla, *in Politic. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 156.

autem (utor verbis Gutierr. *dict. quaest.* 53. *num.* 4.) *confirmationem non requirunt ad sui observationem, sed servanda sunt statim, quia confirmata sunt ex propria naturali justitia*, &ibi: *Et quòd dicta lex 4. loquatur in praedicta specie, patet ex ipsa. De las ordenanzas de los Oficiales, para que usen bien de sus oficios, porque como estos oficios necesariamente se hayan de usar, y exercitar en el interin que las ordenanzas están en el Consejo, y se vén, y provee lo que conviene, es menester que los Oficiales tengan ley, y orden aprobada por la Ciudad, ó Villa de como los han de usar, y por donde se han de regir, y gobernar; porque de otra manera no podria haver orden, ni buen gobierno, haciendo los Oficiales lo que quisieren, y para eso hay Republica, y ha de haver concierto y razon. Ansi que la dicha Ley quarta habla en aquellas cosas, que son necesarias, y forzosas para el uso de los oficios.*

14 Quid tamen si forte arcaria ordinatio Prorregalis devians à communi justo, rectoque officio disponendi generaliter per modum legis, tendat in particulare praejudicium alicujus arcarii, qui querelatur de ea velut in officiosa, adeo, ut non ob aliam rationem eam editam evincat, quàm ob sibi praejudicandum. In hoc tamen casu dixerim, ab ea recté posse appellari, ex doctrina Barth. *in leg. Omnes populi. D. de just. & jure, num.* 53. qui movetur auctoritate Consulti, *in leg.* 1. *in fin. D. de doli exceptione*, ibi: *Et quidem dolo fit tàm in contractibus, quam in testamentis, quam in legibus.* Dolo autem commisso in ordinatione legali, seu statutaria, via sternitur ad appellationem, quam inducit inaequalitas decernentis, & tuitio naturalis gravati. (k)

CAPUT XXXI.

Casus XXVIII. *De donativis, & servitio gratioso, & ejus corrogationis modo.*

1 DOnativorum exactio, & petitio incumbit Prorregali muneri cum quo loquuntur schedulae Regiae, quae expediri solent ad corrogandam pecuniam, hinc inde petitam à subditis nomine servitii gratiosi. Sed quia de hac re aliquando consultus Hispano sermone mea sensa expressi, ea accipe.

20 ,, Por los fraudes que suele haver ,, en los ensayes de la plata en barras, que ,, se embia á su Magestad, ha mandado, que ,, se hagan con toda justificacion, y se castiguen los delinquentes, advirtiendo á lo ,, mucho que conviene, que estos oficios ,, de ensayadores los tengan personas de ,, confianza, é inteligencia, y que sean visitados continuamente. Cedula al señor ,, Virrey Don Luis de Velasco, fecha en ,, Buytrago á 19. de Mayo de 1603. Hay ,, otra fecha en Madrid á 20. de Marzo de ,, 1619. En que se advierten los fraudes ,, que huvo en el ensaye de las barras que ,, se llevaron en la Armada antecedente, ,, que se hallaron faltas de ley. Hoy por el ,, mejor cobro de el derecho de las haberias, se mandan hacer de valor de ciento ,, y veinte marcos, y que no pase de aì, ,, por Cedula de 22. de Diciembre de 635.

21 ,, Aunque los tributos, y contribuciones Reales constan de varias especies, generos, y metales, à dos de ellos ,, se reduce solamente el embio que se ha ,, de hacer, que son plata y oro; y lo que ,, huviere de oro en las Caxas, de tal manera se debe en su especie á su Magestad, que no se puede trocar à plata, sino que se le ha de embiar incommutablemente. Es capitulo de Carta al señor Virrey Conde de Chinchon de 28. de Diciembre de 34. en que se le agradece el ,, haver mandado guardar este orden á los ,, Oficiales Reales con precision. Por eso es ,, prohibicion antigua, que ningun salario ,, que se deba pagar de la Real Caxa, se ,, pague en oro, sino en plata ensayada, ,, un capitulo de la instruccion, hecha para ,, la casa de la moneda de las Provincias del ,, Perù, en el bosque de Segovia, á 21. ,, de Agosto de 1565.

22 Aurum verè Regium metallum hinc dicere possumus dignum emitti in spe-

specie, & potiri facie Regis. *Edict.* 2. *Justinian.* quod cum arcariis, & susceptoribus loquitur, non transmittentibus aurum, ibi: *Eos enim, qui tributa publica suscipiunt, inde sibi securitatem, atque tutamentum prætendentes, quod aurum ipsis perfussum sit non transmittere. Edictum* 11. *ejusdem Justiniani, de ponderatoribus, cap.* 3. ibi: *Sciant si pro obrizo, aut à sacrarum nostrarum alabarchiarum, &c.* Nec mirum cum antiquitus non licuerit privatis aurum expendere in quovis opificio exceptis annulis, & mundo muliebri, ob majestatem metalli purpuræ comparati constit. Leonis 81. à quo Imperatore libera facultas auro utendi, & conficiendi omne jugum opus concessa fuit, propterea non licuit Consulibus aurum spargere in populum, sed soli Imperatori. *Auth. de Consulib. ttt.* 6. *collat.* 8. ibi; *Soli enim aurum spargere damus Imperio, cui soli etiam aurum contemnere prestat fortunæ fastigium.* Garcia Toletan. *in rubric. de Consulib. & non spargend. ab eis pecuniis lib.* 12. Scio tamen olim non negatum militibus solutionem stipendii militaris recipere in auro, immò concessam specierum commutationem ad aurum, ut alacres, & benè remunerati servirent, *leg.* 19. *C. de erogat. milit. annon. lib.* 12. ibi: *Ut actuarius eorum stipendia in speciebus non accipiat, ne corrumpantur, sed in auro.* Et pro argenti summa, quam quis fuerat thesauris illaturus inferendi auri habebat facultatem, ita ut pro singulis libris argenti qui nos solidos dicimus inferret, non autem è converso pro auro argentum inferre existimaret, ut docemur in taxationibus tributariis Indorum, *argum. leg. unic. C. de argenti pretio, quod thesaur. infertur, lib.* 10. Plura de auri collatione in titulo de auro coronario nostri comminiscuntur, *C. lib.* 11. præcipué Plarea, & D. Amaj. Buleng. *lib.* 3. *de Imperat. Rom. cap.* 1. *in fin.* Pancirol. *lib.* 2. *cap.* 246. D. Larrea, *decis. Granat. tom.* 1. *disp.* 21. §. 34.

23 „ Las perlas que se remitieren à su „ Magestad, por pertenecerle, y ser su„ yas procedidas de los quintos de ellas, ó „ de otra qualquier causa fiscal, han de ir „ tambien en su misma especie, con distin„ cion de suertes, y granos, como se quin„ taren, y cobraren. Cedula del año 1612.

24 Hinc colliges quam mereantur Regiam margaritæ æstimationem, verùm non plus Rex noster amat eas, quam Indos, quorum vitæ cum exitialis visa fuerit earum piscatio, enixé prohibuit in schedula primissi servitii personalis, ann. 1601. ne Indi hujusmodi labori, & occupationi distribuantur: bené tamen eis permittitur auri efossio, sive ut aliis minerariis, vel sibi ipsis illud adquirant, & habeant, unde faciliús possint tributa pendere, ex schedula, die 5. Aprilis, ann. 1563. tom. 4. impr. fol. 317. De his, & lapillis pretiosis videndi auctores citati à D. Solorz. *lib.* 5. *de Ind. gubern. cap.* 1. *& unic. num.* 6. 7. & 8. Cujus auctoritate dixerim non immerito margaritas Regi vindicandas, quando ex sententia Juven. *Satyr.* 4.

Quidquid conspicuum pulchrumque
est ęquore toto
Res fisci est, ubicumque natat.

Addimus in comprobationem quinti ex eis deberi, & aliis gemmis annuum vectigal, quod penditur Regi Chinarum quaterdecies centena septuaginta millia aureorum; tanta est earum copia, & opulentia, quæ in pluribus locis toto Regno colliguntur. Gonzal. *lib.* 3. *Hist. Chinę, cap.* 4. Maluend. *de Paradyso, cap.* 7. *in fin.* Nec est contemnendum, quòd circa magnitudinis extraordinarię marinarum rerum jura refert Georg. Caved. *decis.* 48. *num.* 4. quas Regiæ Coronæ mancipat Regaliæ jure, ac propterea ait balenas ad Regis dominium pertinere. Vide. Quæ de gemmis dixerim, *part.* 2. *lib.* 2.

25 „ Por haver crecido las necesida„ des de su Magestad al paso de los muchos „ gastos que ha tenido, y tiene en la de„ fensa de estos, y aquellos Reynos, pro„ pulsion de los enemigos de una y otra „ Corona, y exaltacion de nuestra Santa „ Fè Catholica, y ser la hacienda del Perù „ uno de los Polos principales de la Monar„ quia de el Rey nuestro Señor, ha cuida„ do siempre, que no se disminuya, ni de„ bilite, antes se esfuerce, y crezca todo lo „ posible, hasta prevenir, que si fuere ne„ cesario para llenar el vacio de qualquier „ diminucion considerable de su hacienda, „ tomar prestada alguna parte de la particu-

„ lar, y de diferentes consignaciones, se haga, y execute á pagar despues del despacho de Armada, de la que se fuere recogiendo, lo qual se hace, y dispone en esta conformidad, con apoyo de diferentes ordenes Reales, en especial de un capitulo de carta à los Oficiales Reales de Lima, de 17. de Abril de 610. ibi: Y en quanto à la cantidad de mi Real Hacienda, que decìs remitisteis en la Armada de aquel año, &c. " Eleganter Sym. *lib.* 1. *epist.* 19. ibi: *illustris sacrarum largitionum Comes refundendum esse cognoscat publicis titulis, privatisque personis, quod sine jactura Imperialis ærarii, deprompsit aliena collatio.*

26 Exequitur hoc eis præcipuè annis, ubi magnæ bellicæ impensæ occurrerunt, & quidem absque impressione mutuo voluntario succurrit corpus mercuriale, apud nos *el Comercio de los Mercaderes.* Hi enim uti vasalli fidi, & perutiles subadjuvant, nec recusant tàm publicam utilitatem privato propriæ pecuniæ commodo præferre, *leg.* 3. *C. de primipilo. lib.* 12. *leg.* 1. *C. de condict. ex leg.* Petr. Greg. *lib.* 3. *de Reipub. cap.* 8. Contzen. *lib.* 8. *Politic. cap.* 6. Plin. *epist.* 18. *lib.* 7. ibi: *Sed oportet privatis utilitatibus publicas, mortalibus æternas anteferri,* Juven. *Satyr.* 16. *Commoda tractemus primum communia.* Plaut. *in Pers.* 1. 2. *Nam publicæ rei causa quicumque id facit, magis quàm sui quæstus, eum esse civem, & fidelem, & bonum.* Ratio cujus eleganter expressa ab Imperatore in Auth. *de mandat. Princ. cap.* 7. ibi: *Quoniam fiscalium ratio, & militibus, & privatis, ipsisque templis, & cunctæ Reipublicæ utilis & necessaria est.* Sicut enim Princeps subditos fovet, favet, jubat; sic subditi erga Principem se gerant propensi, liberales, auxiliarii.

27 Verba Cæsarea *in leg.* 1. *C. de navib. non excus.* ibi: *Nam ut privatos quoque non prohibemus habere navigia, ita fraudi locum non finimus, cum omnes in commune si necessitas exegerit conveniat publicis utilitatibus obedire.*

28 „ La hacienda que ha recogido en sus terminos cada Caxa, y la que remite á su Magestad, se ha de expresar en la Carta-quenta general, y yo fuera de parecer, que no solo por mayor se dixese en grueso lo que cada qual remite, sino en particular lo que correspondiese á cada miembro; porque en el Consejo se tuviese noticia, y huviese razon de el estado de todos ellos, tan distinta, como conviniese al remedio, ò reparo de la diminucion, y inquisicion de sus causas en cada Caxa.

29 Hac autumo referendam illam bonorum principalium cujusvis arcæ, & Provinciæ distinctionem, cujus meminit Pancirolus *in notitia Imperat. Orient. cap.* 74. Ubi etiam refert tributa in quavis Tetrarchia collecta intra illius terminos seavari, jussum fuisse á Philippo Trachonitidis Tetrarcha.

30 „ Tambien se debe advertir, que demás de la distincion referida en el capitulo antecedente se debe observar otra de no menos consideracion; y es, que el dinero perteneciente á algunos generos de Hacienda Real, ò procedido de ellos, se debe embiar por quenta á parte, como se exemplifica en el que se embia para la compra de los azogues; la qual fue disposicion, y estilo de el Señor Conde de Chinchon, que se aprobó, y mandó proseguir en un capitulo de Carta Real de 28. de Diciembre, de el año de 634.

31 „ Los alcances de Oficiales Reales hechos por los Contadores que les toman las quentas, se han de poner por quenta á parte, y distinta; y no se puede librar en ellos, por los dichos Contadores, excepto en lo que se les permite por una de sus Ordenanzas.

32 „ La consignacion de las casas de Aposento de los Señores del Consejo, se ha de remitir por el mismo estilo, y con la misma distincion, y à su riesgo, conforme á Cedulas. "

33 Caveat tamen D. Prorrex, ne ob conservandam opinionem apud Regem, seu augendam in ultimo anno sui exitus ingravet Regium patrimonium petendo pecunias mutuatas, quarum solutionem rejicit in tempus successoris, nam ob id ille impeditur in missione argenti sui muneris, & temporis. Conferunt quæ resolvit Barth. *in leg. & hæc distinctio*, §. *Cùm fundum*, D.

locati, circa id ne colonus antiquus in fine anni fundum ex fructu in præjudictum novi conductoris, vel totum seminet, quod est in causa, ut anno sequenti non possit seminari. Tiraquell. *de retract.* §. 5. *Gloss.* 4. *n.* 18. Gomez, 2. *var. cap.* 3. *num.* 21. Vincent. de Franch. *part.* 1. *decis.* 96. *num.* 1. D. Barbosa, *in leg. cum conductorem* 29. *C. de locato, num.* 5. qui cum eo resolvit, quòd conductor molendinorum prioris anni tenetur ad interesse conductoris sequentis anni pro eo quod fecerit anticipare moliriones in præjudicium ejus; & infert ad hæredes Prælati, qui videntes Prælatum moriturum immaturos fructus colligunt, ut successorem defraudent, Surd. *decis.* 131. *num.* 6. Marta, *in votis novis. voto* 149. *num.* 2.

CAPUT XXXVI.

De Prohibitionibus indictis Domino Prorregi in administratione rei Dominicæ.

I. Prohibitio.

De stationibus arcariis non pervertendis, seu commutandis.

1 HAbet Regia gaza plures stationes, membra, seu ramos, quorum enumeratio facienda erit in part. 2. qui quidem diversimodé indigitantur, nam aliquando *Tituli*, sæpe *causæ* dicuntur, ut videre est *ex leg. In fiscalibus* 6. *de exactor. trib. C. lib.* 10. *& toto tit. C. de canone largition. titulor.* Ubi *titulus* significat causam debiti. Idem colligitur ex Novella Majoriani *de indulgentiis reliquor.* sic *titulorum* exactionem dixit Symmachus, *lib.* 5. *epist.* 78. & *titulos fiscales*, *lib.* 2. Prosequitur D. Amaja, post Joann. de Platea, & Lucam de Penna, *in rub. de Canon. largit. tit.* Sæpissimè eadem membra, rei dominicæ *stationes*, nuncupantur, *leg. C. de Compensat. leg.* 2. *C. de Solut. leg. in singulis, C. Theod. de suscept.* scire idem Amaja, *in leg.* 2. *C. ne fiscus rem quam vendidit evincat, num.* 1. 2. *&* 3. qui erhimon hujus nominis deducit ex eo, quod sretur in administratione hujus mensæ, seu membri, deducta voce à *statione*, verbo castrensi; nam *statio militaris* dicta, quia militibus inde progredi non licuit, sed ego id soleo denominare ab *statione*, verbo nautico: nam *statio* est locus marinus, ubi naves tutu stare possunt; utsic ad illius exempla tuté, & fideliter stetur in tractatione, & cura, cujuslibet generis rei dominicæ. Hinc Officiales, sive arcarios *stationarios* nuncupari observo; *ex leg. univers.* 9. *C. de vectigal. & commiss.*

2 His præjactis, sequitur observari, quod licèt omnia relata membra sint ejusdem, ac unici corporis, nempè Regalis patrimonii, quodlibet eorum peculiare officium retinet, & distincta consignatione afficitur, & unum ad hoc, alterum ad illud deservit ad instar membrorum corporis humani, quorum servitia discreta sunt, siquidem quod capiti committitur, nequit à pedibus, vel manibus tractari, & é converso; nam quodlibet sui muneris est retinentissimum, ut hinc colligas idem versari in membris patrimonialibus Regiæ gazæ; quibus imperatum, ut solutio, vel impendium faciendum de uno, non fiat de altero, docet Accurs. quem cæteri sequuntur, *in leg.* 1. *de his, qui ex public. rat. C. lib.* 10. Nam ut ait Ulpianus, *in leg.* 1. *D. de admin. rer. ad civit. pertin. Quod ad certam speciem relinquitur in alios usus convertere non licèt,* In quam rem idem Ulpianus, *in leg.* 2. §. *ad frument.*, *dict. tit. ait*: *Pecuniam ad comparationem frumenti destinatam, si in alios usus conversa fuerit, veluti in opus balneorum publicorum, licèt ex bona fide data probetur, compensari quidem frumentariæ pecuniæ non oportere, sed solvi à curatore Republicę juberi.* Petrus Greg. *in Syntagm. lib.* 33. *cap.* 20. ibi: *Quia pecunia ad alias necessitates, quam ad eas, ad quas destinatæ sunt, non sunt impendendę.* Et Farinac. *tom. criminal. qq. in quæst.* 177. *num.* 61. aliis relatis auctoribus docet pecunias destinatas in unam causam, in aliam non erogandas. Elegans text. *in leg.* 8. *C. de aquæduct. lib.* 11. ibi: *Hac lege sancimus, ut si quis amplissimam prefecturam gubernans, aurum aquæductus deputatum ad alterum quodlibet opus non aquæductibus, vel aquæ publicæ competens, extruendum, vel curandum putaverit convertendum, de suis facultatibus eamdem summam aquæductus titulo repensare cogatur; Separatus vero arcarius aurum aquæ-*

aquæductus suscipiat *gloriosissimorum Consulum liberalitate, vel ex aliis titulis ad aquas publicas pertinentibus collectum, vel postea colligendum, leg.* 2. *C. de frument. urb. Constantinopol. lib.* 11. ibi: *Auri statuta quantitas ad comparationem frumentariam, perpetuó sit dedicata, nec liceat cuique aliquid ex eadem summa minuere, vel ad quoscumque alios usus convertere, leg.* 1. *C. de expens. ludor. lib.* 11. *in princ. leg. Legatum, D. de usu legat.* ubi Barth. Francisc. Marc. 2. *part. quæst.* 15. *num.* 5. Claper. *causa fiscal.* 11. *quæst.* 2. Constantin. *in leg. C. de pœn. fiscal. lib.* 10. *num.* 20. ibi: *Non erit solutio facienda ex alia pecunia fiscali.* Confert elegans locus sacer *in* 4. *Regum, cap.* 12. *num.* 15. & ibi Nicolaus de Lyra. Ubi pecunia collata sartorum, tectorum templi causa non erat ordinata, ut ex ea hidria vas & cætera fierent, de quibus ibidem fit mentio Non longè Cassiod. *lib.* 2. *var. epist.* 34. ibi: *Nefas est enim, ut in alios usus transeant, quæ sibi subtracta non immerito Roma suspirat.*

3 Adeo differunt inter se *stationes* arcariæ, ut de una ad aliam non detur compensatio, quam ita admittit Imperator *in l.* 1. *C. de compensat.* si eadem, *quę petit quis debeat*, ibi: *Et Senatus censuit, & sæpè rescriptum est compensationi in causa fiscali, ita demum locum esse, si eadem statio quid debeat, quę petit.* Sed cur ita? cùm istius, vel illius stationis idem sit debitor, nempé unicus fiscus, vel Rex, quæ ratio inducere solet compensationem inter plures tutores unius tutelæ, licét divisa sit Papinianus, *in leg. inter* 56. *de administr. tutor.* ibi: *Inter tutores divisa tutela est æquitas, quæ merum jus compensationis inducit propter officium, & personam agentis tutoris non differtur.* Posset declinari hoc dubium vulgari evasione æquitatis, & juris rigoris, ut juxta illam Papinianus, juxta hunc autem Antoninus accipiatur *in dict. leg.* 1. *C. de compensat.* Sed hoc nil aliud est quam miserorum effugium, & æquitatis cerebrinæ commentum: quare meliùs dixerim vestigia Donelli sectatus, *lib.* 16. *comment. cap.* 15. diversitatem juris horum casuum pendere ex eo, quod divisio tutelæ in *stationes* diversas, non est ipso jure constituta: nam nihilominus quilibet est tutor in solidum, sed permissu magistratus tributa pro ejus jurisditione, & commodioris administrationis gratia, ut modus administrationi, & gestioni tantùm fiat, ut ait Papinian. *in dict. l.* 56. *leg.* 3. §. *fin.* & *leg.* 4. *de administr. & pericul. tut.* ibi: *Ut distribuatur administratio, vel in partes, vel in regiones.* Quæ quidem divisio commoda ipsis tutoribus in eo, ut agere, vel excipere actionem tantùm cogatur quisque eam, quæ ex sua *statione* pendet, nequit obstare, quin una tutela semper maneat ratione pupilli, eaque individua, *leg. ult. C. de divid. tutel.* Matth. Stephan. *lib.* 1. *de jurisdict. cap.* 1. *num.* 21. Nec creditoribus pupillaribus tollit compensationem, quia unius illi pupilli intuentur personam cujus unum patrimonium est. (a)

4 At veró Regia administratio officialibus Regis commendata semper fuit diversimoda, & separata, non solùm in eo quod in distinctis, & disparatis Provinciis exerceatur, sed quoniam quæ genera, & vectigalia una corrogat, altera non habet, & cuilibet earum præcipui creditores assignati sunt, & effectus. Quorum confusio fieri nequit, cum non ad hoc creatæ sint arcæ Regales, & seorsim collocatæ; sed ut unaqueque distinctè suum servet tenorem, & methodum tàm in colligendis, quàm impendendis pecuniis provincialibus, & posito calculo collecti, & expensi, separatas reddat rationes sui muneris, *leg. si fideicommissum* 30. §. 1. *vers. Quid tamen. D. de judiciis*, ibi: *Si certis oneribus destinatum sit id patrimonium.* Quo expectat Nevius *in leg. Corporatos, C. de Alexandr. Primatibus, lib.* 11. *num.* 3. ibi: *Stationes fiscales non possunt sibi invicem pecuniam mutuare.* Quamquam si benè illum textum intueamur, fa-

(a) Ossuald. in Donell. *dict. lib.* 15. *cap.* 18. *lit. D.* cum Brisson. *lib.* 5. *de solut. tit. de compens. pag.* 421. Lorior. *de tut. axioma* 16. *& seqq.* Audiendus auribus bibulis Maximil. Aschaffemburf. *in cons. pro ærario, class.* 18. *ord.* 1449. ubi optimè discutit materiam.

facilé invenietur recompensari posse ex uno titulo, quod ex alio debetur: in quam sententiam inclinat Capicius *in sua investit. in verb. feud. de Camera.* Intrigliol. *de feud. cent.* 1. *quæst.* 9. *num.* 124. verum prima, & verior, & aptior est, ac juxta arcarias sanctiones ubique observanda urgentibus variis schedulis eo tendentibus, ut videre est ex quadam, data Matriti, die 30. Martii, ann. 1588. & alia ad D.D. Francisc. á Toleto, die 26. Januarii, ann. 1563. Item ex quadam ad D.D. Marchionem de Montesclaros. Matrit. die 2. Martii, anno 1608. Ex quibus suppleri nequit ex genere pecuniæ fiscalis non affectato, quod ex alio ei solutioni adstricto solui debet, ea ratione *Porque no se hagan resquentros, con que se embarazan las quentas.* Qua itidem ratione jubet alia schedula ad D. Princip. Squillacens. Dat. Lisboæ, die 24. August. ann. 1619. ne munera, & obligationes arcarum confundantur, soluto ex una salario, quod ex alia debetur.

5 Tandem operæ pretium est observare exemplo traditorum à Renato, *lib.* 3. *de doman. cap.* 18. *num.* 9. nummos erogatos à censuali cultore terrarum vacantium destinatos esse in rei venditæ fiscalis redemptionem, nec in alium usum converti oportere In quorum confirmationem addit vir eximius gemmatæ eruditionis sequentia. *Sicuti igitur reipublicæ Trebianorum legatam in opus novi theatri pecuniam Tiberius Imperator pronuntiavit, non esse alios in usus consumendam, ita alio transferri non debet collatitia ista ex vacantium licitatione pecunia, quæ redimendo fisci patrimonio dicata est, ut ait Suetonius in Tiberio, leg. legatum, ff. de usufr. legat. l. legatum municipio pecuniam ff. de administrator. rerum ad civit. pertinentium.* Quæ urgent ex juris similitudine, vacantia Indorum commendatorum tributa, quæ jam diu destinata fuere ad exonerationem arcæ Regalis Perubiæ, interim vetita Prorregibus commendandi facultate, alio transferri non debere, neque in alios effectus ab eorum liberali manu distribui oportere, quousque ea relevetur, & illatis vacantibus tributis, solutum veluti hac sub conditione ex aliis stationibus recuperet.

CAPUT XXXVII.

II. Prohibitio. *De non commutanda ultimâ voluntate testatoris, nec augendi ærarii quantumvis exhausti causa.*

1 CUræ, & muneris D. Prorregis est sicuti aliorum judicum Regalium compellere executores testamentarios, ut pias voluntates exequantur, *leg. Hæreditas de petit. hæredit. leg. nulli* 28. *de C. de Episcop. & Cler. leg.* 7. *tit.* 10. *part.* 1. Covarr. *in cap. si hæred. de testam.* Velasc. 105. *n.* 61. Molin. *de just. & jur. tract.* 2. *disput.* 150. ideo ei commendatur, & strictim præcipitur, ne ob ditandum ærarium Regis faciat commutationem ultimarum voluntatum testatorum, seu in ea operanda assensum præstet Ecclesiasticis Prælatis, licèt in ea versetur sublevatio, & fomentum Regiæ penuriæ, & necessitatis. Nam quod magis habet in votis sua Majestas est, ut disponat testator, & sit lex ejus dispositio, ac exitum ad unguem habeat, cujus non redit arbitrium. *Auth. de jur. jur. à moriente præst. collat.* 5. *Auth. de nuptiis coll.* 4. *c.* 2. *Disponat itaque unusquisque super suis, ut dignum est, & sit lex ejus voluntas, sicut, & antiquissima nobis lex, & prima pene Reipublicæ Romanorum.* (a)

2 Pié, & eleganter Plinius Secundus: *Sed ego propriam quandam legem mihi dixi, ut defunctorum voluntates etiam si jure deficerent quasi perfectas tuerer. Et lib.* 5. *epist.* 7. *ait: Hoc si jus aspicias irritum, si defuncti voluntatem ratum, & firmum est, mihi autem defuncti voluntas (vereor, quam in partem Jurisconsulti, quod sum dicturus accipiant) antiquior jure est.* Cujus voti retinentissimus alibi, ne defecta, & irrita voluntate testator injuria adficeretur Calvinam filiam, ut hæreditati paternæ se immisceat, hisce hortatur verbis. *Magnum habes fa-*

(a) *Leg. vel negare D. de de jur. codicill. cum vulgat.* est sing. text. *in leg. nulli* 28. *cum suis.* §§. *C. de Episcop. & Cleric.*

facilitatis meę pignus, propter quod debes defuncti famam pudoremque suscipere. Cassiodor. 5. *var.* 21. *Vivat tibi perpetuis sæculis decedentium voluntas; transeant in posteros judicia parentum.*

3 Facit quod humanitatis intuitu amplectenda est sententia, quæ pro sustinenda voluntate defuncti versatur, *leg. si pars judicantium de in off. test.* ideo veniens contra illam censetur jura pietatis violare; (b) adeo, ut deficientibus solemnitatibus foro poli sustineri debeat, Covarr. *cap.* 10. *de testam. num.* 10. *&* 11. Ludov. Zuntus, *in cons. pro uxore, num.* 41. Besold. *in dissert.* an Princeps Germanus sine solemnitate testari queat, ex doctrina Adriani, *quodlibet 6. art.* 1. *illat.* 2. Silvestr. verbo *testamentum*, 1. *quæst.* 5. §. *quartum.* Medin. *tractat. de restitut. q.* 23. *in fin.* Soti, *lib.* 4. *de just. quęst.* 5. *art.* 3. Molin. *de just. & jur. tract.* 2. *disp.* 81. *num.* 5. nec mirum cum ex ultima voluntate minus solemni oriatur obligatio naturalis, ut effectus illius demonstrant, *leg, etsi inutiliter, C. de fideicomiss.* Gam. *decis.* 221. *&* 347. Covarr. *in cap. cúm esses. de testament. num.* 19. Corn. *cons.* 298. *num.* 27. *lib.* 1. Capyc. *deciss.* 89. *num.* 1. *Tiber.* Decian. *cons.* 46. *num.* 89. *lib.* 2. Notabiliter Ancharran. *cons.* 429. incipit: *Pro evidentia,* ubi tenet quod facit contra veritatem, & sic contra Christum, qui indicat contra simplicem voluntatem defuncti, licèt minus solemnem. Non est comtemnendum, quod in proposito commemoratur á Cujacio *in recitat. ad C. de veteri quadam inscriptione Neapolitana*, in qua ex more prisco titulo monumenti voluntatis suæ quidam hæc verba præscripsit. *Dolus malus, & Jurisconsultus abesto.* Simile testamentum refertur à Scævola, *in leg.* 88. §. 17. *de legat.* 2. ibi: *Lucius Titius hoc meum testamentum scripsi, sine ullo Jurisperito rationem animi mei potius secutus, quam nimiam, & miseram legum diligentiam, etsi minus aliquid legitimé, minusve perite fecero, pro jure legitimo haberi debet hominis sane voluntas.*

4 Propterea piissimus Rex noster cúm Archiepiscopus Limensis D. D. Gundisalvus á Campo quandam gravem pecuniæ summam jussam converti á testatore Joanne de S. Vicente in pios quosdam effectus per viam commutationis ærario Regio applicuisset, ac in arcam misisset sequenti anno 1627. præcepit eam restitui insumendam in dicta legata, seu opera à testatore prædicto stabilita, cujus testamentarius fuerat Bartholomæus Gonzalez, civis Limanus, vir eximii ingenii, & recognitæ experientiæ, & quamquam ditissimus fortunæ bonis opulentior animi, & virtutis opibus, *arg. leg. leg.* 16. *de usufruct. leg. legata, de administrat. rer. ad civit. pertinent.* Barth. *in dictis leg. & in leg.* 1. *de condition. inst.* Bald. *in leg. Si quis ad declinandam, C. de Episcopis, & Cleric.* Francisc. Marc. 2. *part. q.* 15. *num.* 5. Bonacin. *de contract. disp.* 30. *quæst.* 12. *punct.* 8. §. 9. Covarrub. *lib.* 1. *variar. cap.* 17. *c. tua de testament. à num.* 9. *fol.* 94. Text. *in leg. hac lege* 8. *C. de aquęduct. melior text. in leg.* 2. *C. de frum. urb. Constantinop. lib.* 11. ex quo deducit Platea, quód dispositum á testatore in causam unam non convertatur in aliam, *& leg.* 1. *C. de expens. ludorum, leg. fin. C. de annon. & tribut. lib.* 10. ibi: *Sed neque pecunias civiles, leg. Regula* 9. §. 5. *de juris, & fact. ignor.* ubi de pecunia legata in opus aquæductus Reipublicæ Circensium, & de stipulatione ne ea summa in alios usus converteretur. A Tiberio non potuit impetrari, ut legata pecunia Trivianis in opus novi theatri ad munitionem viæ tranferretur. Sueton. *in Tiber. cap.* 31. Cassiodor. de pecunia deputata fabricis in eis impendenda, 2. *var. cap.* 34.

5 Princeps enim de his, quæ juxta juris normam testator disponit, nihil compendii quærit, licét sit advena, & peregrinus, sing. text. *in const. Federic. Imperat. c. omnes sub titul. de statut. & consuetudinib. contra libert. Ecclesię editis*, ibi: *Omnes peregrini, & advenę liberé hospitentur, & hospitati, si testari voluerint, de rebus suis ordinandi liberam habeant facultatem, quorum ordinatio in concusa servetur.* Quod ex justa

(b) *Leg. contra voluntatem, C. de testam. manumiss.* Feder. de sen. *cons.* 15. Castr. *cons.* 413. *col.* 2. *l.* 2.

ta Leonis, & Anthemii *leg.* 28. §. 3. *C. de Episc. & Cler.* ibi: *Barbarę sit nationis.* Idem servavit Indicus populus lumine ductus naturali, teste Diodoro, lib. 3. Statuitque lex Hippodami ab Aristotele decantata 2. *Polit.* 6. Sed audiamus Sacrum Oraculum *Exod.* 22. *Advenam non contristabis, neque affliges eum.* Et Levitic. 19. ibi: *Non exprobet is ei.* Quo expectat ratio proloquii Justiniani *in Novell.* 43. *de officinis, sive tabernis. Constantinop. urb. in præfatione,* ibi: *Quoniam potentiæ nostrę subditi, sive vivant, sive moriantur curę sunt.*

6 Secus si usus in quem legata, vel destinata sunt prædia, aut res quælibet impius, vel superstitiosus deprehendatur, nam tunc ad alium conferre possunt imperantes, Besold. *de majest. in gener. cap.* 7. Petr. Herod. *lib.* 2. *tom.* 8. *cap.* 5. & facit *leg.* 16. *de us. & usufr. leg. l.* 5. *de administr. rer. ad civit. leg.* 13. *de pollicit. leg.* 8. *C. Theod. tit. de jur. fisc. leg.* 5. *C. Theod. de loc. fund. in emphyt.* & ita olim agros, & opes Vestalibus de publico statutas, & à privatis pietatis causa legatas fiscus eripuit sub Valent. & Theod. Principibus: invidiosa, & diserta Symmachi querela, *lib.* 1. *epist.* 40. (cui singulari libello. Div. Ambrosius respondet.)

7 Secundum exemplum pręstat, *leg.* 3. *de his, quę pro non scriptis habentur,* ubi fiscus non immittitur in portionem legat. deficientis, ex capite damnati ad metallum, nam vul Princeps servari voluntatem testatoris, quæ pro collegatario versatur ea ratione adhibita, non ineleganti. *Quia pœne servus est, non Cæsaris, damnatus in metalla.*

8 Tertium exemplar pete *ex dict. l.* 3. §. *fin. D. eod.* ubi cùm ab initio legatum constitisset, & postea deficeret, quia scilicet, fuit damnatus legatarius ad metallum. Quo casu relictum jure caduci regulariter expęctat ad Principem, illud remittit, cum caducitas procedit ex damnatione personæ cui relinquitur, nec applicatur fisco, ne daretur ansa judicibus, ut occasione blandiendi Cæsarem propter lucrum ei adquirendum iniqué damnarent in metalla eos quibus scirent relicta legata, seu hæreditates. Sic. D. Larrea, *in* 1. *tom. decis. Granat. disp.* 36. *num.* 29. deletis interpretationib. Castrens. *in leg. unic.* §. *pro secundo de caduc. toll.* Cujac. *lib.* 18. *observ. cap.* 13. Facit Senecæ insignis locus, *lib.* 1. *de Clemen. cap.* 13.

9 Quartùm, se offert text. *in leg.* 1. *C. de secund. nupt.* ubi Imperatores faciunt infamem, & expertem legatorum, & hæreditatum, & mortis causa donationum mulierem, quæ luctus religionem priori viro nuptiarum festivitate non præstiterit, & liberalitate usi erga hæredes ab intestato uti prædicta vindicaturos à muliere amissa sibi nihil attribuunt illis verbis verè Imperatoris. *Ne in his in quibus correctionem morum induximus fisci videamur habere rationem.*

10 Quintum exemplum, præbet elegans Pomponii locus *in leg.* 1. *D. de interdict. & releg.* ubi ex rescripto D. Trajani, Jurisconsultus ea refert verba Imperatoria. *Scio relegatorum bona avaritia superiorum temporum fisco vindicata, sed aliud clementiæ meæ convenit, qui inter cętera, quibus innocentiam rationum meorum temporum hoc quoque remisi exemplum.*

11 Quod quidem lucrum nedum spernit bonus Princeps in successionibus ex testamento, verùm etiam ab intestato, ubi faciliùs capere, & impleri fiscus poterat, *leg.* 1. *C. de hęred. Decurion. leg.* 3. *&* 5. *& toto tit. de prædiis naviculariorum, C. lib.* 11. *& tit. C. de fabric.* in quibus secluso fisco, Imperatores ad successionem admittunt collegas, seu corpus cui erat defunctus adstrictus, sive ex cohortalibus sive ex naviculariis, vel tandem ex fabricensibus.

12 Quod fuit in causa, ut Imperator deleret vicessimam pendi solitam ab hæredibus extraneis ex hæreditatibus eis obvenientibus replendi ærari militaris causa ex Aug. arbitr. *l. unic. C. de cad. toll.* ut sic in omnibus adimpleretur testatoris voluntas. (c) Sunt

(c) Plinius secundus *in Panegyr. ad Trajan.* Lipsius, *in Poliorceticon*, *cap.* 4. cujus mentio *in leg.* 2. §. *ex his*, *de orig. jur. leg.* 3. *C. de edict. diu.* Adrian. Paul. *lib.* 4. *sentent. cap.* 6. Dion. *lib.* 55. Plin. *lib.* 7. *epist.* 14. Sueton. in August. *cap.* 49.

13 Sunt etiam aliæ causæ, ex quibus bona indignis eripiuntur, à quibus se abstinet fiscus, *leg.* 4. *leg.* 7. *C. de hæred. inst. leg.* 5. §. *amittere* 2. *D. de his quibus ut indig.* Ægyd. Bossius, *in tract. crimin. tit. de his quib. ut indig. fol.* 388. Rosent. *cap.* 5. *de feud. concl.* 57. explicat Duaren. *ad tit. de vulgat. & pupillar.* Boer. *de regal. c.* 3. *num.* 47. Sixtin. *eod. tit. cap.* 10. *num.* 91. Petegr. *de jur. fisc. lib.* 2. *tit.* 2.

14 Tandem clauditur hoc caput decissione singularis text. *in leg. Divus* 6. *de bonis damnat.* Ubi Imperator Adrianus de panniculatiis locutus fisco applicatis à Præsidibus, ac ea remittens definit in hæc verba: *Plerumque etiam indecorasas pecunias Præsides ad fiscum transmiserunt, quod per quam nimiæ diligentiæ est; cùm sufficiat si quis non in usus proprios verterit, sed ad utilitatem officii patiatur deservire.* Facit aureus text. *in dict. leg.* 6. §. 3. ibi: *Cúm ampliari imperium hominum adjectione, quam pecuniarum copia malim.*

15 De commutationibus tamen ultimarum voluntatum, quando, & ex qua causa fieri possint ab Episcopis, videnda est sessio 22. Concilii Tridentini, cap. 6. & quæ notantur *in Clement. Quia coutigit de religiosis domib. vers. Cum autem ea fol.* 320. Menchac. *controv. illustr. lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 26. Cevallus, qui alios allegat, *in specul. comm. quæst.* 282. *num.* 24. *cum seqq.* Anton. Faber, *in C. lib.* 1. *tit.* 2. *difinition.* 71. Moneta, qui integtum librum evulgavit *de commutation. ultimę voluntatis.* Bald. *in leg. Si quis ad declinandam, num.* 9. *C. de Episc. & Cleric. Alexand. in leg. Pater.* §. *Thusculan.*, *de legat.* 3. per illum text. Lucas de Penn. *in leg. unic. in* 1. *&* 2. *quęst. C. de expensat. ludor.* ubi copiosè Jass. *in leg. Apud Julianum*, §. *Constat, num.* 19. *& in leg. Si fundum*, §. *stichum in fin. de legat.* 1. Præterea sunt singularia jura *in leg. qui potuerunt, de manumiss. testament. leg. fin. de operib. publ. & leg. legatum*, §. *Sed municipio de administr. rer. ad civit. pert.* in quibus ex publica utilitate licét Magistratibus in alium usum magis necessarium expendere pecuniam testatoris: prosequitur Aschanfferb. *in cons. pro ærar. Class.* 7. *ord.* 642. de ultimæ voluntat. efficacia.

CAPUT XXXVIII.

III. Prohibitio *De non tangendis, seu diminuendis bonis defunctorum; nec prætextu augendæ missionis annuæ Regii thesauri.*

1 Etsi defunctorum bona nullius esse dicantur, *in leg.* 1. *D. de rer. divis.* quia meta bonorum, & ultima linea rerum est mors. Unde Seneca appositè dixit, *bona nostra nobiscùm cadere.* Qua raitone hoc genus bona primo occupanti cessura essent, si legis providentia non occurreret, fictione ementitæ personæ sub nomine hæreditatis jacentis, quæ veluti domina sustineat, & occupet á defuncto relicta, quo usque transeant in veram hæredis personam, evacuata persona commentitia, *leg. Hæreditas, de petitione hæredit. leg. Heredit.* 34. *de acquirend. rer. dom. leg. Heres & hæreditas* 22. *leg. Cœptam.* 40. *de usucap. leg. Hæreditas* 50. *de petit. hæred.* late doctissim. nosret D. D. Melchior de Valentia secundus Papinianus, & meritissimus rei Dominicæ Consilii conscriptus Pater, cujus amicitiam meruisse epistolico commercio, & legali communicatione ab ultimo Occidente, mihi semper erit gloriæ, & honoris non vulgaris, *in illustrat. tract. tom.* 1. *in præludiis ad leg. Si is. qui pro emptore* 15. *D. de usucap.*

2 Quo spectat per pulchra observatio Jacobi Cujatii observantis á defuncto præstita in ultimo elogio non tam data, quam relicta dici ab auctoribus juris; quasi ea, quæ secum ferre nequeat decessor, ut ferendi, vel dandi expers ptopriè, & partitè loquendo relinquat potius, quàm præster. Tamen jure optimo, & benigno obtinuit, ut bona defunctorum reputentur de quibus venia legis disponit in largitionibus licitis, & non prohibitis, vel damnatis, ut sic sit. *Solatium post mortem voluntas ultra factum*, ut ait Lipsius, *& proroget imperium dominicum in extremis cogitationis reliquiis*, ut eleganter ratiocinatur Hilligerus in Donello enucleato cum Petr. Greg. & allis interpretibus politióribus infra citandis.

3 Horum inquam bonorum privata est arca in cujuslibet Regiæ Audientiæ territorio

rio apud Indianos nostros, in quam inferuntur non solum ea, quæ relicta sunt hæredibus, vel legatariis degentibus in Europa, verum etiam, quæ intestati decedentes reliquerunt, quorum quantitas cumulata hinc inde, & recondita in ærario privato, adeo solet excrescere, ut sufficere soleat ad ordinarios sucursus exhaustæ arcæ Regalis, & supplere pro ea, ubi tempus mittendi Regium thesaurum in Hispaniam adventat, & urget. Idque soler esse mutuum solemne potenrer à Prorregibus contractum, sed raro exolutum in dispendium piarum voluntatum, & exonerandæ constientiæ mortuorum immitem comperendinationem, qua propter non immerito prohibitum est Gubernatoribus Perubicis, ne ob eam causam quantumvis Regi proficuam pecuniam deducant ex arca ista secundaria, ut videre est quodam cap. Regiæ epist. ad D. Comit. de Chinchon, anno 1633. id quod priùs injunctum fuerat D.D. Francisco á Toleto, Prorregi in cap. epistolæ, anno 1573. lib. 1. impr. fol. 299. Etsi non multum post temporis ei restituit dictus Prorrex, quod ex effata causa, & succursu sumpsit mutuatum, ut ille refert in sua relatione, num. 175. speret enim defunctus, á superstitibus quod superstes ipse præstiterit defunctis, ut dicebat Cassiodorus. Solent enim ista jusra retributione pensari. Monet in proposito Symmachus, *lib.* 1. *epist.* 33. *Ne ad innocentiam fisci recurrat invidia contra mortuorum vota, & hæreditates.* Verum id non potuit esse impedimento quo minus aliquando, vel ipsi defuncti essent vectigales, & eorum bona munifica, nam ut ait Boundica Britanica apud Xiphilinum in Nerone. *Scitis quantum pendamus pro mortuis? Romanis solis etiam mortui vivunt, neque enim mori licét apud eos sine tributo, & mulcta.* Ex qua animadversione fax potest præferri sub obscuro respons. Macr. Jurisc. *in l. fun.* 37. *de relig. & sumpt. fun.* ibi: *Etsi qua vectigalia sunt.*

4 Merito ergo ad Principis curam pertinet suppremorum cujusque mandatorum observatio, nam, & Romæ creatus est fideicommissarius Prætor, qui defideicommissarii elogiis districté judicaret. Sigillatim veró lege Cornelia de tesramentis, instituta sunt contra eorum falsarios publica judicia, *leg.* 16. *D. de fals.* Summæ enim legum severitati sunt tesramentorum corruptores obnoxii: Qualis Nero ille, qui Claudii Imperatoris restamenrum violavit, ut tanti successor Imperii evaderet: Auctore Xiphilino in Nerone. Major igitur videri debet rei testamentariæ dijudicatio, de cujus solemnibus testamenti D. August. *Tandiu* (inquit) *contenditur de hęreditate mortuorum, quandiú testamentum proferatur in publicum, & eum testamentum prolatum fuerit in publicum, tacent omnes ut tabulę aperiantur, & recitentur. Judex intus audit, advocati silent, præcones silentium faciunt, universus populus suspensus est, ut legantur verba mortui non sentientis in monumento. Ille sine sensu jacet, & valent verba ipsius: Sedet Christus in cœlo, & contradicitur testamento ejus, &c.* In Psal. 21.

5 Hujus causæ adeó prævaluit auctoritas, & favor; ut paterno suo muneri ac universali protectioni ejus controversias jam olim Summi Pontifices vindicaverint, *leg.* 36. *C. de Episc. & Cler. leg. consulta Divalia, C. de testament.* repetentes earum cognitionem á Consilio Carthaginensi *cap. Episcopus tuitionem* 58. *dist.* Nihilo secius, & si nihil interesse putet Papinianus utravis Principali, an Pontificali auctoritate compellamur ad supremæ voluntatis obsequium. Tamen non defuere emanctæ naris viri, qui cognitionem piorum legatorum ad Regios, dumtaxat judices expectare censeant, non etiam ad inferiores profanos, nedum ad Pontificios. Tiraquell. *Privil.* 15. *pię caus.* Est tamen verius mixti fori esse causas hujusmodi, *ex dicta lege hæreditas.* Trident. *sess.* 22. *cap.* 8. *capit. relatum de testament.* ubi D. Covar. in fine Gutierr. 1. *pract. quæst* 45. *num.* 1. Bobadilla, *in politic.* 1. *part. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 104. Quod extendit, ibi: *Y esto, aunque los testadores prohiban, que los Obispos, y Jueces Eclesiasticos no se entremetan en ello. Ex cap. tua nos, & cap. Joannes de testament. leg.* 7. *tit.* 19. *part.* 1. *lib.* 6. *tit.* 10. *part.* 6. Greg. *in dict. leg.* 7. *verbo, Que cumplan.* Perez, *in leg.* 2. *tit.* 7. *lib.* 5. *ordin. pag.* 206. *col.* 1. Ad quæ referenda sunt non vulgari eruditione tradita á Ren. Chopp. *de doman. lib.* 2. *tit.* 7. *num.* 7.

CA-

CAPUT XXXIX.

IV. Prohibitio. *De non admittendis exteris ad compositionem ob pecuniam Regi pendendam.*

1 UBilibet indigenæ societatem civilem ita constituunt, & eo voto coeunt, ne suam rempublicam quietam, & pacatam ad instar Dædalearum apum politico opificio fundatam, & ordinate dispositam extraneis Pseudomellysis alienæ mellis furibus exponant epilandam; siquidem exteri nihil non tentant in prescrutandis Regni arcanis, ut ea pendant suæ nationi, quæ plerumque solet esse ex inimicarum, vel rebelium numero. Quod prudenter vitandum est omni arte, *leg. mercatores, C. de commerciis* Nam ut ait Alciatus. *Cognita techna nocet.* Azeved. *in leg.* 14. *num.* 19. *tit.* 3. *lib.* 1, *Recop.* plenè, & etuditè Renat. Chopp. *de doman. Franciæ, lib.* 1. *cap.* 11. D. Petr. Gonzalez de Salcedo, *de lege Politica, lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 79. Qui bene observat ex Georg. Caved. *de jure patronatus, cap.* 37. & aliis auctoribus ob eam causam posse suspendi á Rege admissionem exteri Episcopi. Præbereà nihil cogitant exteri, nisi *Ut commodum trahant rapiantque, & prędam in suum sinum conferant*, teste Salustio *de Republica*, quod maxime versatur in degentibus in Indiis, ad quas auri, & argenti coacervandi causa, tandem divitiis onusti redituri ad patrios lares, se contulerunt. Alia, nec enerviòr, est ratio, quod exteri *non fide, nec affectu tenentur*, ut ait Tacitus, quia amor, & voluntas patriæ cohæret, & *fides apud glebam genitalem*, ut ait Lipsius, *in Politicis*; in pignus reditus, & tesseram tandem restitutionis ad familiæ penates deposita remansit, unde in fides, atque suspecti comperiuntur, *leg.* 4. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recop.* ibi: *Las personas estrangeras sospechosas à Nos.* Ut qui solùm avidè defructandi nostram vineam arribus student, præstantes exemplaria Isaiæ queruli proloqui *capite* 2. ibi: *Regionem nostram coram nobis alieni devorant.* Cevall. *in arte Regali, docum.* 28. *fol.* 151. id quod etiam expressit, *leg.* 14. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recop.* ibi: *Sacase la moneda de nuestros Reynos, y se enriquecen los estrangeros, y aun á las veces los enemigos.* Nam quod anxié commendatur ab Imperat. *in l.* 1. *C. de commerciis*, nempè ut aurum à barbaris, *subtili auferatur ingenio*, illi cauté, & dexterè exequuntur, quasi pro eis in nos barbaré, & incaurè viventes hujusmodi textus conspiret. Rursus suos mores, ritus, & dogmata introducunt, maximé inter Indos cereos, faciles, ac proclives in imitationem cujusvis novitatis inhonestæ; simias denique exoticæ, ac extraneæ gentis. Nam ut falsé, & vere Juvenalis Satyr. 3.

Non possunt ferre Quirites
Græcam urbem, quamvis quota portio fęcis Acheæ
Jam pridem Syrus in Tyberim defluxit Orontes.
Et linguam, & mores.

2 Sum memor in proposito legisse apud aliquos Historiographos Occidui nostri tractus insaciabilem cupidinem argenti, & ardentem auri famem aliquorum exterorum transeuntium in terram firmem fuisse in causa, ut Indi tanquam novum numen ab omnibus colendum flexis genibus aurum adorarent, & choræis illud salutarent solemnibus. Non sic providi, & præcauti Lacedemonii, qui aurum, & argentum tanquam pestem civilem, é sua civitate ejecerunt, ut ad culturam agrorum, & rem militarem cives impellerent, refert Franciscus Patritius *de Regno in procemio epistolati.* Propterea, & alia exirialia, quæ in Indos verebantur protendi ab exteris cautum fuit, & mordicus prohibitum, ne exteri transirent in nostram Indiam, ut refert D. D. Ferdinand. Pizarr. ter doctissimus, ac integerrimus Consiliarius, *in vir illustr. observ.* 4. *fol.* 22. *& cap.* 5. *observ.* 8. Ea ratione bené á Salcedo elucidata. *Ne externarum nationum commercio moribus alienigenarum recentes Indi conversi imbuerentur, & unde salus, pax, ac Ecclesiæ augmentum, & propagatio quærebatur, orirentur seditiones, hæreses, & quam plurima damna ex admisione alienigenarum imminentia. De leg. Politic. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 51. D. D. Joan. de Solotzano, qui nihil intactum relinquit, quoad novi Orbis jura, & politicam, lib. 2. *de Indiar. gubern. cap.* 25. *num.* 69. ubi

rem actam agamus) videri potest, quod huc pertinet, usque ad saturitatem. Verum, quia in hac materia aliquando consultus á D. Prorrege responsum dedi laconismo perstringens schedulas prohibitorias circa transitum exterorum, non possum non illud inserere huic loco.

3 „ Excelentisimo Señor, la prohibicion de estos estrangeros en este Reyno, „ y Provincias del Perù, tiene eficaces apo-„ yos, en la que tenazmente han observa-„ do casi todas las Republicas del mundo. „ (a) Por graves inconvenientes que se han „ considerado, en dar entrada á gente fo-„ rastera, de disimil naturaleza, costum-„ bres, y ministerios, que desmembrando-„ se de sus domicilios, y Repùblicas, ape-„ tecen ingerirse en las agenas, y tener par-„ ticipacion de sus honores, oficios, comer-„ cio, utilidades, grangerias, en que inge-„ ridos una vez, como favorecidos de la „ fortuna, que siempre corre mas feliz en „ suelo ageno, que en el patrio, se apo-„ deran de todo, y son causa de que se „ cause una cosa tan dura, y desapiadada, „ como es que el torrente de aguas que na-„ ce en las propias heredades, para refrige-„ rio, y desahogo de sus campos sedientos, „ con injuria de la vecindad inmediata, se „ propague, y convierta en aprovecha-„ miento, y gasto de los estraños, *leg. Præses, C. de servit. & aqua.* Cassiod. *lib.* 1. „ *epist. cap.* 34. De esto dirán mucho plu-„ mas politicas. Petr. Greg. *de Republ. lib.* „ 4. *cap.* 5. *num.* 22. Adam Contzen. *lib.* 9. „ *Politic. cap.* 8. §. 14. Mastrill. *de Magistrat. lib.* 2. *cap.* 7. Lips. *de Magnitud.* „ *Rom. lib.* 1. *cap.* 7. En que no me dilato „ por ser vulgar la materia, y solo me ciño „ á lo promulgado en este Reyno, aunque „ hasta ahora mal observado.

4 „ Fue expreso mandato de la pru-„ dente, y Catholica Reyna Doña Isabél, „ desde el principio de la Conquista, que „ no se admitiesen estrangeros en este „ Reyno: testificanlo muchas Cedulas im-„ presas, y de mano, y la curiosa, y sa-„ bia idea del Señor Don Fernando Pizar-„ ro, que como tan paciente de quien con-„ quistó estas Provincias, tiene amor á sus „ materias, y las honra con sus doctas ilus-„ traciones. (b)

5 „ Por esta razon se les prohibió el „ comercio de mercadurias por mar, y tier-„ ra, pena de perdimiento de bienes, mer-„ cadurias, y navios, conforme á Orde-„ nanzas de la Contratacion, y Cedulas „ Reales, y Leyes de el Reyno. (c)

6 „ Siguiose darles por incapaces de „ encomiendas, y repartimientos de Indios, „ y no fiar de sus costumbres, y tutela es-„ tos menores, gente facil, y peligrosa de „ beber en su imitacion, costumbres, y ri-„ tos deshonestos. (d)

7 „ Que los Oficiales de la casa de „ Contratacion no dexen pasar Frayles es-„ trangeros á las Indias, sin licencia de el „ Superior, que residiere en los Reynos „ de España, y que la que de èl llevaren „ la remitan al Consejo, para que se pro-„ vea, se dispone por una Cedula de las „ impresas. (e)

8 „ Fue tan apretada, y cuidadosa es-„ ta prohibicion, que para que por todos „ caminos fuese efectiva, y cumplidera, la „ acompañò, y esforzò la censura promul-„ gada por la Santidad de Alexandro VI. „ contra los que pasasen á las Indias Occi-„ dentales sin licencia del Rey nuestro Se-„ ñor, como refieren algunos Autores, que „ sobre la fuerza, y legitimidad de esta „ censura, y su promulgacion discurren „ variamente. (f)

9 „ Los que parece hallarse compre-hen-

(a) Caved. *de Patronat. Reg. Coron. cap.* 27. Rebuff. *in praxi beneficiali, regul. de idiom.* Gloss. *tit.* 1. *de rescript. num.* 8. Azeved. *leg.* 14. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recop.* Pereyr. *de man. reg. tom.* 2. *cap.* 64. Salced. *de leg. Politic. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 21. 22. 23. *usque ad* 30. (b) *Schedulæ impr. in* 1. *tom. Schedul. á fol.* 441. *usque ad* 451. refert D. D. Ferdin. Pizarr. *in vir. illustrib. observat.* 4. *fol.* 22. (c) Cedulà fecha en Madrid à 18. de Junio de 1540. lib. 1. impr. fol. 443. *ley* 5. *y* 6. *tit.* 18. *lib.* 6. *ley* 12. *tit.* 10. *lib.* 5. *Recop.* (d) *Caput Regiæ epistolæ* 21. *Septembr. ann.* 1591. *lib.* 1. *impr. fol.* 286. (e) *Regia Schedula* 1. *Novembr. ann.* 1530. *lib.* 1. *impres. fol.* 125.

(f) Navarr. *cap.* 27. *num.* 2. & 54. Soto, *lib.* 1. *de just. quæst.* 1. *art.* 4. Manuel Rodrig. *tom.* 2. *quæst. reg. quæst.* 99. *art.* 7.

,, hendidos primeramente en esta prohibi- ,, cion, son los Gitanos, y Portugueses; ,, y asi enterado su Magestad de que ha- ,, vian pasado muchos sin licencia por el ,, Reyno de Portugal, y de los inconvenien- ,, tes, que se podrian seguir, de que seme- ,, jantes naciones se arraigasen en esta tier- ,, ra, mandó por Cedula confirmatoria de ,, otras, dirigida al Presidente, y Oydo- ,, res de esta Real Audiencia de Lima, que ,, hiciesen las diligencias necesarias, pa- ,, ra saber los Portugueses, y Gitanos que ,, huviese, y que todos los que se hallasen ,, haver pasado sin licencia, se echasen, y ,, embarcasen luego para España en los pri- ,, meros navios, sin que por ninguna via ,, pudiesen quedar en ella. La qual Cedula ,, se obedeciò en 7. de Marzo de 1579. y ,, està asentada en el libro de la Audiencia ,, de Lima, fol. 253. (g)

10 ,, Por otra del año 1591. se mandò ,, que saliesen de las Indias, los que no fue- ,, sen naturales de Castilla, Aragon, Valen- ,, cia, y Cataluña, y que no pudiesen tra- ,, tar en ellas, ni tener compañias, ni com- ,, prar oro, ni plata en barras, ni en pasta, ,, pena de perdimiento de bienes, aplicados, ,, à Camara, Júez, y denunciador, y des- ,, tierro de los Reynos de Castilla. (h)

11 ,, Los de Navarra, y los de Ara- ,, gon se tienen por naturales, y no se com- ,, prehenden en dicha prohibicion. *Regia schedula ann.* 1593. *D.D. Joann. de Solorzan. dict. lib. & cap. num.* 48.

12 ,, En los de Napoles ha havido duda, ,, y se ha movido en la persona de Joseph ,, Antoneli, en cuyo favor hace lo primero ,, que no hay Cedula que los dé por estran- ,, geros, como à los Portugueses, Geno- ,, veses, Olandeses, Franceses, y otros. ,, Lo segundo, que los de Napoles se han ,, gobernado por el Consejo de Aragon, y ,, han estado debaxo de un Presidente; ,, aunque despues se dividió en dos Conse- ,, jos, que el uno es hoy de Aragon, y el ,, otro de Italia. Y tambien hace al caso, ,, que en los titulos de su Magestad, que ,, dicen: *Don Felipe por la gracia de Dios* ,, *Rey de Castilla, de Leon, de Aragon, y* ,, *de las dos Sicilias.* Se advierte, que la ,, una de ellas se entiende de Napoles.

13 ,, Bien que no puede tener benefi- ,, cio el Napolitano, como no le puede te- ,, ner en Castilla el Italiano; porque para ,, esto se han hecho diferentes Pragmati- ,, cas, y porque se iba dispensando con ,, darles naturaleza en estos Reynos, se les ,, prohibió por nuevas Leyes en la Recopi- ,, lacion. (i)

14 ,, El Clerigo de Navarra, por la ,, razon referida arriba puede tener benefi- ,, cio en Indias, y no es de los prohibidos. *Cedula del Pardo de* 18. *de Abril de* 1553.

15 ,, El Romano es tambien de los ,, que se prohiben por estrangeros, y asi ,, sucedió en tiempo del Señor Virrey ,, Principe de Esquilache, que haviendo ,, proveido la Real Audiencia de Quito, ,, que saliese de aquella Provincia un fula- ,, no Ascanio, en conformidad de las orde- ,, nes dadas, le admitió el Señor Principe ,, á composicion, y por haver sido por so- ,, los cinquenta pesos; y nombradole por ,, Maestro del obrage de Achambo, su ,, Magestad despacho Cedula *en* 19. *de Octubre de* 619. *al Señor Principe de Esquilache*, ,, para que su Excelencia informase de ,, las causas que le movieron para efectuar ,, esta composicion, mayormente por can- ,, tidad tan cotta, y se le dixeron estas pa- ,, labras. *En lo de adelante guardareis las Leyes, y Cartas acordadas en esta razon, y quando en virtud de algunas ordenes hiciere- des alguna novedad en estas materias, ò por otra*

(g) Cedula de 15. de Julio ann. 1568. dict. lib. impr. fol. 451. D. Alfar. *de offic. fiscal. Gloss.* 20. *num.* 86. D. D. Joann. de Solorz. *lib.* 3. *de Indiar. gubern. cap.* 19. *num.* 46. 47. *& seqq.* (h) D. Larrea, *allegat. fiscal.* 47. *num* 30. ibi: *Et ex leg.* 5. *&* 15. *tit.* 18. *lib.* 6. *Recop. jubetur alienigenas non posse negotiari apud Indos, nec emere argentum in massa, &c.* (i) *Leg.* 14. 15. 16. *et* 17. *tit.* 3. *lib.* 1. *cap. fundam.* § *dign. de elect. in* 6. *cap. peregr. cap. leg. cap. unaquæque* 3. *q.* 6. *cap. bonæ* 2. *vers. intelleximus de postul. Prælat. lib.* 1. *tit.* 17. *part.* 4. Covar. *pract. cap.* 35. *n.* 5. *& cap.* 36. *num.* 3. Flamin. *de resignat. lib.* 49. 7. Cened. *Can. quæst.* 18. *num.* 3. Cevall. *comm. quæst.* 897. *ex num.* 374. *citat alios* D. Joann. de Solorz. *de Indiar. gubern. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 5. Salced., *de leg. Politic. lib.* 2. *cap.* 15. *fere per tot.*

otra alguna causa, dareis aviso de ello al mi Consejo de las Indias. ,, De cuyo tenor se ,, colige ser uno de los casos prohibidos ,, conceder composiciones de este genero, ,, no haviendo orden de su Magestad, que ,, permita esta facultad, aunque la admi- ,, nistracion de su hacienda sea por este ,, crecimiento interesada, lo qual se esfuer- ,, za apretadamente en *Cedula de veinte y ocho de Octubre de mil seiscientos y seis,* ,, en que asimismo se ordenó, que los Fla- ,, mencos ya compuestos se embiasen á Es- ,, paña, y por *otra de dos de Abril de dicho* ,, *año*, se mandó embiar relacion de todos ,, los estrangeros, que huviese en las Pro- ,, vincias de el Perú.

16 ,, Por otra *Cedula de 12. de Di-* ,, *ciembre de 1619.* se ordena, que se em- ,, barquen todos los Penitenciados por el ,, Santo Oficio, Portugueses, y estrangeros ,, de otras Naciones, y se añaden estas pa- ,, labras: *Siendo asi, que quando no huvie- ran sido delinquentes, no podian estar, ni residir en esta tierra.* Y lo mismo se dispo- ,, ne aunque sean naturales, porque oculta- ,, mente no derramen su semilla entre la ,, gente simple, como no hay regla tan ge- ,, neral, y rigurosa, á quien no se le halle ,, tal vez barreno de epicheya, ò alguna ,, publica conveniencia, le ha tenido la pre- ,, sente, con ocasion de haverse arraigado ,, muchos estrangeros, contrahido matri- ,, monios, obtenido hijos, y nietos, y ocu- ,, pado sus haciendas en bienes inmuebles, ,, conque parece se desmiente el cariño de ,, la Patria, y se afianza la perpetuidad, y ,, domicilio en estas Provincias, Camil. Borrel. *de Magistrat. lib. 3. cap. 5. num. 20. Pulchré* Navarrete *in discurs. 17. disc. Polit. ubi ait Solonem eos dumtaxat exteros recepisse in suam Rempublicam, qui exulabant à suis in cunctam vitam, & veniebant cum filiis, & uxoribus, & emebant immobilia:* ,, con que cesan muchos de los rece- ,, los, y inconvenientes que suele amena- ,, zar su vaga habitacion, y asi se dispuso *en Cedula de 21. de Febrero de 1562. lib. 1. impr. fol. 449. conforme la Ley Civiles, C. de incolis:* ,, Que los estrangeros que huvie- ,, sen vivido casados en Indias diez años ,, connaturales, se tuviesen por naturales, y ,, los que huviesen pasado sin licencia, sien- ,, do mercaderes no casados, aunque hayan ,, estado tiempo de mas de diez años, no ,, se tengan por naturales, y sean echados. ,, Y el que ni fuere Mercader, ni casado, ,, como haya sustentado vecindad, y ha- ,, cienda, sea tenido por natural. Despues ,, por otras Cedulas mas modernas, espe- ,, cialmente *en una de 2. de Octubre* de ,, 1608. pareció ser breve el tiempo refe- ,, rido, é insuficiente para obtener natura- ,, leza, y omnimoda libertad en las Indias ,, los dichos estrangeros, que pasados diez ,, años solian repetir su origen, y volverse ,, à sus Patrias; y se ordenó *en Cedula de el* ,, *año de 1616.* que para ser havidos por ,, naturales, y poder tratar, y contratar, ,, hayan de vivir veinte años contados en ,, estos Reynos, y los diez de ellos tenido ,, casa, bienes, y raices, y ser casados con ,, naturales, ò con hijas de estrangeros na- ,, cidas en ellos, que todo haya de cons- ,, tar por informaciones autenticas, y dili- ,, gencias hechas en esta razon, con cita- ,, cion del Fiscal; y que despues de estar ,, habilitados traten con solos sus caudales, ,, so pena de perdimiento de todos sus bie- ,, nes, si contrataren con los de otros es- ,, trangeros, que no tengan naturaleza, y ,, para averiguacion de los suyos, han de ,, haver presentado ante las Justicias de el ,, Lugar donde residen, inventario jurado ,, dentro de treinta dias, de como se les ,, huviere dado la Cedula de su naturaleza; ,, donde se advierte, que aunque su Ma- ,, gestad por justos motivos revocò ultima- ,, mente todas las Cartas de naturaleza, da- ,, das á estrangeros, fue con excepcion de ,, los que la merecieron, con sus calidades, ,, tiempo, y domicilio, y bienes conteni- ,, dos en *Cedula del año de 1645.*

17 ,, Por haver entendido su Mages- ,, tad que sevalian los estrangeros de in- ,, formaciones falsas de testigos, principal- ,, mente para las probranzas de los bienes ,, raices, pretendiendo, que fuesen havi- ,, dos por tales los que tienen casas, y ,, raices de por vidas, usando para esto ,, de cautelas, y malos medios, se declaró ,, *en Cedula fecha en Madrid á 11. de Oc-* ,, *tubre de 1618.* que en este caudal havia ,, de

,, de ser en cantidad de quatro mil ducados ,, en bienes raices, y que constase por es- ,, crituras, y no por informaciones. De cu- ,, yas Cartas de naturaleza, y de sus requi- ,, sitos se tratará en la *Ley Præfectus*, *de rit. nupt. leg.* 3. §. 1. *de donat. leg. hæres*, §. *pen. de judiciis*, *&* *latè*, ibi: Petrus Barbos. *leg.* 2. *C. ubi Senatores*, Cujacius *in leg.* 119. *de V. S. eleganter*, Renat. Chopp. *de doman. lib.* 1. *tit.* 11. *de bonis advenarum qui num.* 24. *nundinarum causa referet Hispanas leges, quæ exteris succurrunt. Y el declarar si se ha cumplido con ellos, toca al Consejo*, *Cedula de* 8. *de Octubre de* 627.

18 ,, Este domicilio, y habitacion, ,, empero, se limita no embargante la di- ,, cha naturaleza, y tiempo referido, à que ,, no la puedan tener en puerros de mar. Ni ,, la prohibicion comprehende à los marine- ,, ros, ni mecanicos, ni à los antiguos, en ,, que tiene arbitrio la Audiencia, *cap. de* ,, *Carta del año de* 621.

19 ,, Donde tambien se advierte, que ,, estas Carras de naturaleza no se extien- ,, den á que puedan tener beneficios, ni ,, oficios los estrangeros naturalizados, si- ,, no á sola la habiracion, contraracion, y ,, quieta residencia en estas Provincias. (k)

CAPUT XL.

V. Prohibitio. *De non imponendis vectigalibus, absque Principis jussu.*

1 NEmo est qui nesciat, vectigalis impositionem esse de Regalibus, *leg.* 3. *C. vectigalia nova*, ibi: *Non solent in consultis Principibus institui*, & de numero eorum quæ in mandato generali concesso Prorregibus non continentur, notant omnes Feudistæ *in tit. quę sint Regalia in usib. feudor.* Felin. *in cap. quæ in Ecclesiarum*, *num.* 32. *de constit.* Gloss. Magistrat. *in cap. quod ad transalationem*, *de offic. legat.* Caved. 2. *p. decis.* 66. *de Regaliis*, *&* *dict.* 2. *part. dec.* 42. *&* *sequent.* Corset. *de potest. Reg. quæst.* 49. Bossio *in tit. de Regalibus num.* 1. Otal. *de Nobilit.* 1. *part. cap.* 1. Peregrin. *de jure fisci*, *lib.* 1. *cap.* 1. Velasco, *de jure emphiteut. quæst.* 9. laté Lucas de Penna *in leg. contra*, *C. de re militar. lib.* 12. Et in nostris terminis, D. D. Joann. de Solorzan. *de Indiar. gubern. lib.* 4. *cap.* 10. Bonacin. *disp.* 2. *quæst.* 9. *punct.* 1. Quo expectat Regia Schedula missa, D. Comiti de Nieva, ann. 1559. lib. 1. impr. fol. 295. in reprehensionem D. Marchionis Canetii, ejus antecessoris; qui inter alia Regalia, & hoc sibi atribuetat invitis legibus, & regiis ordinibus. Quare non alia vectigalia, seu tributa indicere solent, nisi quæ sua Majestas præcipit penso judicio, & habita ratione noviter conquisitæ Provinciæ, ut est nostra Perubica, sed quæ hodierno tempore hæc onera, & quævis alia promptiori obedientia, & oculatiori fidelitate sustinet, quam multæ ex Europæis subjectis Hispanæ ditioni.

Subit onus dorso, ut iniquę mentis asellus.

Cæterum ex magna, & urgenti necessitate potest D. Prorrex imponere indictum, seu vectigal. *lib.* 1. ubi Lucas de Penn. *C. de superindict. lib.* 10. Palac. Rub. *de donat. inter vir. & uxor. in rub.* §. *istud autem num.* 6. Ponte, *in titul. de regal. imposit. in princ.* Mastrill. *de Magistrat. lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 94. qui duas rationes addit in munimentum hujus resolutionis. Primam deducit ex generali potestate Regia prorregibus communicata, & concessa, in qua includit facultatem imponendi vectigal. Secundam fundat in eo, quod ab illis, à quibus non liceat appellare, tamquam jura Regalia habentibus, possint vectigalia imponi. Quæ posterior ratio, quam sit arenosa, & frigida, nemo non videt, præsertim ex dictis ab eodem, in num. 97. ubi appellationem á Prorrege ad Regem, plurimis juribus, & Doctoribus congestis tuetur, & fulcit: Id quod in eum retorque-

Ll tur,

(k) *Ex pragmat. Imperat. Caroli V. ann.* 1534. *&* *leg.* 14. 15. 16. 17. *&* 34. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recop. lib.* 2. *tit.* 3. *lib.* 7. Cedula de 27. de Mayo de 605. Gregor. *leg. tit.* 12. *part.* 2. *verb.* de los suyos, *&* *leg.* 24. *tit.* 24. *part.* 4. Salced. *in prax. cap.* 54. *num.* 13. Cened. 2. *part. collect.* 56. *num.* 7. Otal. 2. *part. cap.* 5. Gutierr. 2. *Canon. cap.* 11. *num.* 35. Cevall. *quæst.* 897. *num.* 307. 379. *&* 418.

tur, ut facilius propterea evincatur vectigal ab eo imponi non posse; siquidem, nec ille habet Regalia, nec ab eo provocatio est prohibita, saltim ad Regem, coram cujus culmine, & conspectu cives gravati vectigali ab eo imposito, possunt revocationem gravaminis, seu hujus oneris impetrare. Quare non aliam urgentiorem rationem prædictæ resolutionis reddendam puto, quam illam, quæ ex urgenti, & necessaria causa prædixerat, in casu quo Rex consuli non posset, *ex leg. cum ad felicissimam C. ex quibus muneribus, lib.* 10. Capic. *in dict. cap. Imperialem, vers. nota, Quarto fol.* 33. Nec deest exemplar in nostro Regno Peruano, quo D. Prorrex, Marchio de Mancera inconsulto Rege, & ejus consilio ob urgentem necessitatem Regi ærarii, & novam fabricam lapideam murorum portus del Callao, donativum indixit, & sissam imposuit in victualibus, carnis, sacchari, & aliorum, quod Catholica Majestas confirmavit.

2 In hanc materiam illud dubium incurrere solet, utrum ex solo Principis nostri jussu, & mandato inconsultis Conciliis Civitatum, vel renuentibus possit D. Prorrex hujusmodi impositiones, collectas, seu vectigalia imponere. Et quamquam Pater Mariana, *lib.* 1. *de Rege, & Regis institutione cap.* 8. ait experimento comprobari in Hispania vectigalia imperare Regem non posse, populo dissentiente, sed si resisterint Cives, eorum potius judicio, quam Regis voluntati standum esse, (id quod nisi malé animatus in suum Principem civis effutire potest) quo expectat consuetudo convocandi Regnum in publicis comitiis, non alia quidem ratione, quam exquirendi ejus consensus causa, Parlador. *lib.* 1. *rer. quot. pag.* 57. Menchac. *lib.* 2. §. 17. *de successor. creat. num.* 192. Communior tamen opinio evincit: Regem nostrum in casu necessitatis urgentis, posse imperare milliones, & sissas, absque Regni consensu. Pater Suarez, *de legib. lib.* 5. *cap.* 17. *fol.* 364. qui neque ex jure communi, nec ex jure antiquo Hispaniæ concludit Regni consensum requiri. Magister Marquez, *in Gubernatore, cap.* 16. *fol.* 88. *desde el verso, y diremos,* Castill. *de tertiis cap.* 9. *num.* 26. ibi: ,, El ,, Reyno se llama à Cortes para la concesion de millones, tributos, y nuevos servicios para mayor satisfacion de todos, y ,, justificacion de su Magestad, *sive ex benignitate Regum Castellæ, non ex necessitate justitiæ*, porque los mismos Señores Reyes, ,, y su Consejo Real lo pudieran hacer, *ob vim necessitatis urgentis*, sin acudir à las ,, Ciudades, ni pedir, ni esperar sus votos. ,, *quia si necessitas urgeat, & nota sit, tenentur consentire, aliàs* ,, sin su consentimiento ,, se impondrá el tributo, ó servicio. Geronymo Cevallos, *in arte regali docum.* 20. *fol.* 111. ibi: ,, Tiene tanta fuerza la necesi- ,, dad, y defensa comun, que en atravesando- ,, se la causa pùblica, concerniente al Rey, y ,, al vasallo, pueden pedirse socorros, y ,, millones á los subditos, y esta conclu- ,, sion procede, aunque lo contrario digan ,, los Procuradores de Cortes, y sus Ciuda- ,, des, porque la Ley del Reyno 1. tit. 7. ,, lib. 6. Recop. que quiere convocatoria ,, para imponer tributos, es ley positiva ,, para advertir V. M. à los Procuradores ,, de Cortes, la necesidad pública en que ,, se halla, y para que ellos adviertan en ,, que cosa se puede partir el servicio con ,, menos daño del Reyno; porque en lle- ,, gando la publica necesidad, no es gracia, ,, ni donacion la que hace el Reyno; sino ,, paga de la deuda que debe el vasallo á ,, su Rey por la administracion de la Justi- ,, cia, y por la conservacion de la paz.

5 In eodem jure, & potestate fuere Romani Imperatores, qui in imponendis vectigalibus unico proprio arbitratu processerunt. Aschaffemburf. *de ærario. Class.* 1. *ord.* 54. quamquam ante eos, dum penes populum summum imperium fuit, vectigalia non poterant præscribi á Censoribus, nisi Romæ accito populo, ejusque placito, & assensu, ac publico præcone adhibito, & nisi Kalend. Martii, ur Cicero, *de lege Agraria.* Macrobius, *lib.* 2. *Saturn.* Legendus Solinus, *cap.* 16.

6 Istic non erit ingratum observare jus collectandi, seu imponendi vectigalia non posse competere universitatibus. Quia est de regalibus, ut dictum est suprá. Attamen collectare eis non prohibetur propria auctoritate, usque ad quantitatem

trium

trium millium marapetinorum. Sed ultra dictam quantitatem omnino collectatio interdicitur, sub pœna amissionis bonorum, *leg.* 16. *tit.* 1. *lib.* 7. *ordin. leg.* 25. *tit.* 6. *lib.* 3. *&* *leg.* 1. *tit.* 6. *lib.* 7. *Recop.* Avil. *in cap.* 24. *Prætor.* Gloss. *verb. prescript.* *&* *cap.* 34. Gutierr. *de gabellis, quest.* 129. *à num.* 46. Bobadill. 1. *part. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 34. Gloss. *lit. F.* *&* 2. *part. lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 4. Mexia, *in Pragm. panis, n.* 73. *art.* 7. Baeza, *de inope, cap.* 13. *num.* 4. Villadieg. in *Politic.* §. 34. Avend. *de exeq. mandat.* 2. *part. cap.* 14. ubi ad longum agit de interpretatione dictæ legis Regiæ, cum ampliationibus, & limitationibus non contemnendis, quamquam nequeo concoquere dictum illius, num. 4. quatenus intelligit, & asserit, facultatem istam collectandi intra tria millia procedere, no solum per modum contributionis, sed etiam per modum *Sissæ* impositæ in victualibus. Quia ut optimè notat Flores de Mena contra Avendañ. *lib.* 2. *pract. quæst.* 21. *num.* 36. veriùs est in hoc secundo casu, necessariam esse licentiam superioris. Quia aliud est collecta, aliud *sissa*, seu *assisia*, ut observare licet ex traditis à Remigio de Gonny, *de charitativ. subsid. fol. mihi* 218. verb. *Nos loquimur de sissa.* De cujus significatu etiam agit D. Larrea, *alleg. fisc.* 10. *num.* 19. *tom.* 1. Præsertim cum *leg.* 16. *tit.* 8. *lib.* 9. *Recop.* *&* *leg.* 12. *tit.* 11. *lib.* 6. generaliter prohibeant, ne *Sissa* imponatur absque Regio permissu.

7 Tandem observo D. Prorregem ad refectionem necessarii ædificii, veluti pontis, vel murorum posse indicere *Sissam.* Regia Schedul. 1. Jun. ann. 612. Aristot. 1. *Polit.* 6. Freher. 1. *Parerg. cap.* 14. Et tunc etiam Ecclesiastici tenentur *leg.* 11. *tit.* 3. *lib.* 1. *Recop.* Castill. *de tertiis, tom.* 7. *cap.* 9.

CAPUT XLI.

VI. Prohibitio. *De non fundandis officinis monetariis absque Regis assensu.*

1 ETsi officinæ monetariæ, & earum creatio, & stabilimentum plurimum conducere videantur, compendii, & quæstus Regalis, ac utilitatis publicæ in Regno Perubico, ubi abundè, & profusse argentum, & aurum procreatur, ac effoditur; tamen D. Prorrex non potest concedere licentiam ad earum fundationem, quia hujus rei concessio soli Regi permissa est, ex cap. Regiæ epist. Dat. die 2. Maii, ann. 1544. nec mirum cum attinentia ad hanc materiam censeantur de Regalibus, Bulenger, *in Principe Roman.* 2. *cap.* 16. Sixtin. 2. *de Regalib.* 6. D. Covar. *in collat. veteri numism. cap.* 7. Besold. *in dissert. politic. jurid. de jurib. majest.* 55. verum de hac materia alibi fussius, interim videatur, *tit.* 20. 21. *&* 22. *lib.* 5. *Recop.* & schedulæ Regiæ circa domum monetæ provisæ, in 3. tom. impr. fol. 234. Et mea allegatio elucubrata pro Civitate Cusquensi in prætensione officinæ monetariæ. Cui jungendus Renar. *de doman. lib.* 1. *tit.* 7. *à num.* 13.

CAPUT XLII.

VII. Prohibitio. *De non assignando salario visitatoribus arcariis ex Regio ærario.*

1 COhibita est manus D. Prorregis in eo ne mittantur visitatores ad lustrandas arcas Regales, & inquirendos excessus arcariorum, nisi in casibus maximè necessariis, & quando eos mitti expediens, ac utile compertum fuerit, diligenti adhibita cautela, per quam non solum falsæ, sed etiam malignæ criminationi janua præcludatur, ex doctrina Præpositi, *in cap. de accusatione num.* 48. 11. *quest.* 8. ubi ait, quod ad inquisitionem non devenitur, nisi aliquod præambulum præcedat, per quod appareat veré, vel præsumptivè delictum esse perpetratum, ut judicum malitia, & proprotervitas refrenetur, *leg. fin. C. de cust. reor.* & ne inquisitæ sumptibus gravati reperiantur, nec in quæstionibus à procuratoribus Fiscalibus monendis indebite vexentur. Prosequitur Masttill. *lib.* 6. *de magistr. cap.* 7. *num.* 6. ubi monet advocatum fiscalem, ne moveat lites, vel fovear, nisi prius diligenter sit informatus per scripturas, vel testes de excessibus officialis, & facta relatione eorum coram D. Prorrege, cum Felin. *in cap. cum clamor de testib.* D. Al-

Alfar. *de jur. fic. Gloss.* 17. *num.* 35. An autem officialis Regius sindicatus, & liberatus, non obstante absolutione, possit iterum à Prorrege syndicari, examinat Ponte, *decis.* 26. Verum quia de hoc tractatu egimus supra capite 6. hic immorari, nec licet, nec vacat. Et tunc nequit dictis ministris assignare salaria ex arca, & ærario Regio, nisi in defectum bonorum delinquentium, & pœnarum Camerarium, quam ordinem, & præceptum ad unguem servare tenetur, nec in executionem uti arbitrio aliquo, cum hæc assignatio sit etiam de regalibus, ut dictum est suo loco, & probatur *ex leg.* 5. *tit.* 5. *lib.* 2. *Recop.* Acev. *in leg.* 13. *tit.* 9. *l.* 3. *Rec.* Avend. *de exeq. mand. Reg.* 1. *p. c.* 2. *à n.* 3. Avil. *in c.* 1. *Præt. verb. salar. leg.* 1. *C. de præbend. salario*, ubi D. Amaja. Provissum est itidem, ut in superiori casu, penso judicio acta justificentur in Tribunali calculorum, ne officialis Visitator de arca Regia indebité, ac inordinaté percipiat salarium, nisi non inventis aliis bonis, seu effectibus in quibus primo loco illud consignatum fuerit, ex Regia schedula die 9. Julii, ann. 1644.

CAPUT XLIII.

VIII. Prohibitio. *De non præstando hæredibus, vel viduæ Ministri defuncti salarium integri anni.*

1 JUre communi succurritur hæredibus officialis, seu ministri, qui decessit in officio, & in solatium ejus mortis applicatur salarium quartierii, vel anni incœpti, cujus ratio ex eo pendet, quod dicti officiales censetur locare operas suas, ut probatur *in leg. diem funct.* 19. *ff. locati*, ibi: *Diem functo legato Cæsaris salarium commitibus residui temporis præstandum.* Id quod repetit Papinianus, *in leg. Diem functo. ff. de offic. assessor. leg.* 1. §. *Div. de var. & extraord. cognit.* Menoch. *lib.* 2. *cent.* 3. *casu* 254. Connan. *lib.* 7. *cap.* 11. *num.* 18. Alciat. *lib.* 4. *disput. cap.* 20. Dueñas, *reg.* 63. Hypolit. *sing.* 693. siquidem, qui pro tempore locat suas operas, mercedem accipere debet totius temporis, licet eas non præstiterit, dum tamen per eum non steterit quominus eas præstet, *leg. qui operas* 38. *D. locati.* Padilla, *in leg. naturali*, §. *at cum domum* 4. *de præscriptis verbis*, Rippa, *de peste*, 1. *part. cap. de privilegiis constractis ex num.* 88. Strach *tit. navibus*, 3. *part. num.* 18. Vivius, *lib.* 1. *commun. opin.* 87. Exemplis res fit illustrior, ut ecce probatur in primis in *agentibus in rebus*, qui quotannis eligebantur, ii enim si ante finitum annum decedetent, totius anni stipendium transmittebant ad hæredes. *Leg. Matriculam* 3. *C. de agentibus in reb. lib.* 12. ibi: *Ut si quis de numero ducenariorum, quos quadraginta octo quotannis esse censuimus, forsitan de luce migraverit, laborum ejus fructum successores ab intestato, vel ex testamento venientes, & lucrum dispensent, & ita omnibus inter cæteros superstites potiantur solatiis; tanquam si vivus, qui hæc eadem diù speraverat sibimet vindicasset*, qua de causa locum etiam ejus successorem intuitu vacare conveniet. Quorum muneri (ut nihil antiquitatis penitus ignoretur) respondet officio Provisoris Regii annonarum, & redituum. Joann. Garcia Toletanus *in Lucern. rubric. dict. lib.* 12. *tit.* 20. *n.* 4. ibi: Porró hujusmodi Principes agentium in rebus, llama *la Ley* 12. *tit.* 18. *part.* 4. *Mayordomos del Emperador, ò Rey, y de su compaña, ó sus Provehedores, á quien deben dar cuenta todos los que cobran las Rentas Reales: lo qual entiendo yo de los Mayordomos menores.*, *&c.* Secundum exemplum præstat, text. *in leg. si quis* 11. *de proxim. sacror. scrinior. dict. lib.* 12. ibi: *Si quis eorum ante completum proximatus actum morte preventus sit, ad heredes, successoresque suos residui temporis proximatus solatia sine quadam imminutione transmittere non dubitetur.* Ex quibus verbis aperté constat salarium nondum completi temporis hæredi competere quorum ministrorum muneri consonat hodie: *El oficio de Secretario del secreto, que son los Secretarios que libran con el Rey.* Sic observat Bobadill. *in Polit. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 14. Gregor. Lopez, *in leg.* 7. *tit.* 9. *part.* 2. *Gloss.* 2. de quibus extat titulus 19. 20. & 21. *lib.* 2. *novæ Recop.*

2 Tertio exemplificatur in domesticis; quorum mentio *in leg. fin. C. de domesticis, lib.* 12. ibi: *Hæredes ejus non reliqui tantum*

tum temporis, *quo eidem gradui superesse monstratur*, *verum etiam insequentis anni*, *hoc est primiceriatus solatiis*, *ac emolumentis fruantur omnibus*; *ut quod ad quæstum*, *&* *compendium*, *militiæque fructum prolixè pertinet*, *similis habeatur*, *ac sic superstes permansisset ad finem usque supremum.* Horum ministerium cura, & officium versabatur olim circa protectionem armatam vitæ, & personæ Principis: *Esto es*, *los continuos*, *y archeros*, *que son de la guardia del Rey*, *y caminan con su Magestad à caballo armados en su guarda*, *y asimismo los Alabarderos de la guarda de á pie*, juxta tradita *in leg. 9. tit. 9. part. 2.*

3 In contrarium tamen surgit *text. in l. his scholarib. & in leg. penult. §. fin. in fin. C. de erogat. millitaris annon. lib.* 12. quatenus probat stipendium militiæ defuncti deberi hæredibus pro rata temporis, & laboris.

4 Secundo objicitur, *leg. petitionem*, *§. quando C. de Advocat. divers. judic.* ubi patroni fisci constituti in Civitate Alexandrina defuncti salarium residui temporis præstatur substituto, qui in ejus locum subrogatur, non autem hæredibus.

5 Tertio opponitur *text. in leg. fin. C. de condict. ob caus. dat.* ubi salarium advocati solutum ob susceptam temporis subsequentis fidem, & advocationem, eripitur hæredibus; tantum abest, ut id transmittatur in eos, ut etiam confirmatur ex text. *in leg. si militem*, *C. de condict. ob caus.* In eadem rem faciunt, quæ ad contrariam opinionem amplexandam moverunt fundamenta Jacobum Butrigarium, Ricardum, Salicetum, & Fulgosium, & alios relatos per Georgium Cavedum *prima parte decis.* 8. *num.* 9.

6 Huc habuit oculos opinio Cæcilii Strabonis relati à Plin. 2. *lib.* 4. *epist.* 12. qui in quæst. illa, utrum, scilicet, salarium ante tempus perceptum ab scriba Egnacii Marcellini defuncto esset arcæ restituendum? censui inferendum ærario salarium prædictum. Quæ opinio uti probabilior obtinuit inter dissentientes Senatores, eorum quibusdam judicantibus dandum hæredibus, ibi: *Parva quæstio, sed tamen quæstio. Hæredes scribæ sibi*, *præfecti ærario populoque vindicabant. Acta causa est*, *dixit hæredum advocatus*, *deinde populi*: *uterque percommodè. Cæcilius Strabo*, *ærario censuit inferendum*: *Bæbius Macer hæredibus dandum: obtinuit Strabo.* Horum jurium, & opinionum pugna facillimo negotio sedatur, si ea, quæ pro negativa insurgunt speciali ratione niti præsupponas, siquidem non alia ratione hæredes destituuntur consueto, & communi solamine transmissi salarii *in dict. leg. petitionem*, *§. quando autem*, *C. de Advoc. divers. judic.* nisi quia Patrono fisci Alexandrinæ Civitatis substitutus per ejus mortem, locum, & salarium residui temporis obtinebat, juxta illa verba, ibi: *sequentem sine ulla dilatione in ejus locum subrogari*, secus esset, si alius non subrogaretur, ut *in leg. post duos*, *C. eod. leg. matriculam*, *C. de agent. in reb. Ad leg. autem advocationis*, *C. de condict. ob caus.* ex *dict. leg. si militem*, *C. eod.* occurritur, ex his, quæ adducit Caved. *dict. decis.* 8. *num.* 26. quæ consulto omitto brevitatis causa per eum videnda. Et quamquam jure communi recepta sint effata in superioribus, jure tamen Regio Hispano, & nostro municipali Perubico ad hæredes non pertinet prædictum salarium; quia Ministri, & Senatores, quasi contrahunt cum Principe cùm suscipiunt Magistratum, & officium, & in id conveniunt, ut salarium eis assignatum decedentibus extinguatur, nec ad successores pertingat, nisi speciali beneficio illud concesserit Princeps hæredibus, vel viduis (quod non semel accidit) ut videre est per Cavedum, *ubi supra num.* 22. ex rationibus, & juribus ab eo citatis inter quæ extat decissio, *leg. partitæ*, & de Indiano jure facit Regia schedula data die 17. Julii ann. 1572. lib. 1. impr. fol. 298. qua interdicitur domino Prorregi indulgere hæredibus, & eis præstare salarium totius anni ministrorum decedentium, id quod novissimè cautum est, Regia schedula, data *die* 24. *Aprilis*, *anno* 1644. Adhibita illa ratione, & verbis: *Porque las vacantes de estas Plazas estàn aplicadas para el acrecentamiento del derecho de la media anata*, *pena de pagarlo de vuestros bienes*, *pues sabeis no os toca*, *ni lo podeis hacer.* Verùm de hac quæstione videndi sunt. Acev. *in leg. 20. tit. 16. lib. 2. Recop.* Greg. Lop. *Gloss.* 1. *leg.*

Mm 9.

9. *tit.* 18. *part.* 5. Morla, *in empor. part.* 1. *tit.* 2. *quæst.* 28. & 29. Tusc. *concl.* 8. *lit. S.* ubi ponit ampliationes, & limitationes. Mastrill. de Magistr. *lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 48. Anton. Faber, *in C. lib.* 1. *tit.* 7. *dif.* 1. Bobadill. *lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 23. ibi: *No se deberá el salario por entero, como tampoco se debe à los herederos del muerto*, porque ni el derecho comun, ni la Ley de Partida que se lo deban se practíca, ni se paga mas de la rata.

CAPUT XLIV.

IX. Prohibitio. *De novis officiis non creandis, nec vendendis absque Regio mandato.*

1 SEquitur perutilis tractatus, & quæstio non proletaria, utrum connumerari debeat inter casus pertinentes ad majorem administrationem inventio novi officii excogitati à D. Prorrege, & an possit illud vendi jubere. Qui casus, & si inseri expeditius esset disputationi casus 8. præcedentis, ubi egimus de officiis cognitis, & jam diu statutis, dum novi officii hic incidit materia, abs re non erit illam prosequi hoc loco.

2 Vidimus jam in favorem D. Prorregis indignationem D. Francis. de Ponte, *cons.* 52. *col.* 2. qui invehitur in fiscales contradicentes lucro, quod ex hoc medio fisco accedi potest, & licèt á tempore D. Prorregis, D. Francisc. á Toleto, extat prohibitio, ne Prorrex de novo possit erigere officium, absque Regis consultatione, ut videre est in capite 74. cujusdam Regiæ Epistolæ ad D. Prorregem die 17. Februarii anni 1575. his temporibus quando grassata est gravissima necessitas, dummodo inductio novi officii divenditi utilis sit ærario, nec exosa Reipublicæ, & privatis, non inconveniens judicarem illud expediri posse, & debere á D. Prorrege, virtute illius clausulæ contentæ in Regia schedula ad D. Marchionem de Guadalcazar Matriti, die 13. Decembr. 1620. ibi: *De què arbitrios nuevos, y sin perjuicio se podrà usar: què grangerias se podian introducir, &c.* Omnino sub gravamine adipiscendæ Regiæ approbationis, & confirmationis. Verum id quadam limitatione accipi vellim, nempè dummodo officia hæc consistant in honore, potiùs quàm in administratione justitiæ, & jurisdictionis exercitio; talia enim nundinaria fieri, & in commercium deduci poenitus prohibetur, ob damna, & inconvenientia inde resultantia: nam qui seminat simplum, triplum metit, immo, & decuplum. *Novell.* 8. *Justinian. coll.* 2. *tit.* 2. ibi: *Qua propter ejus quod ab eo datum est, triplum, magis autem si oportet, verius dici decuplum erit, quod á subjectis ejus exigitur.* Refert Adam Contzen. *lib.* 7. *polit. cap.* 22. §. 18. *Novell.* 86. *cap.* 3. *Propterea judices gratis facimus, ut unicuique interpellanti justitiam servent. Dict. Novell.* 8. *in princ.* ibi: *Nihil omnino dantes, nec occasione suffragiorum, neque his qui cingula habent, nec alii omnino ulli.* Præmium enim virtutis honor est, qui non nisi dignis, & benemeritis conferendus est. *leg.* 4. *C. de statuis, & imaginibus. Facit tit. de Magistr. non vend. C. in Constit. Imp. leg. unic.* §. 1. *D. de leg. Julia de ambitu.* Elegans Novell. 56. *sub tit. ut ea quæ vocantur insinuativa*, ibi: *Deinde etiam defunctiones, & ministeria non per venditionem, nec per mercationem fieri aliquam volumus, sed purè, & citra redemptionem, sic enim res dignificent, nulla venditione, ac mercatione facienda.* Addimus præfationem edicti quarti Justinianei *de Magistrat. Phænicię Libanicę*, ibi: *Magistratus creari oportere gratuito, jam lex nostra pręcepit.* Est singularis Zoæ constitutio Imperatoria, ibi: *Nam in omnes Imperii partes litterę, & edicta dimittebantur, quæ, & Magistratus vendi (quod erat ante factitatum) prohiberent, & omnia injustitiæ genera de medio tolli juberent, leg. contra C. de re milit. C. lib.* 12. ibi: *Quia honoris augmentum, non ambitione, sed labore ad unumquemque convenit devenire, leg. Sanctissimus, C. ad leg. Juliam repetund.* ibi: *Non ambitione aut pretio, leg. Si quemquam, C. de Episcop. & Cleric. cap. sicut* 1. *quest.* 6. de tutoribus istis justitiæ, circa suam electionem usurpari liceat, quod de tutoribus minorum, Modestin. *in leg. scire* 21. §. 5. *D. de tutorib. & curat. dat.* ibi: *Cum reliquis oportet Magistratum, & mores creandorum investigare, neque facultates enim, neque dig-*

dignitas ita sufficiens est ad fidem, ut bona electio, vel voluntas, & boni mores: & in §.*6.* prosequitur. *Semper autem maximè hoc observent Magistratus ne creent eos, qui se ipsos volunt ingerere, ut creentur, quique pecuniam dant: hos enim, & pœnæ obnoxios esse promulgatum est.* Neque inferior text. *in leg. quæ utiliter* 45.*de neg.gest.* ubi Ulp. distinguit sumptus honestos ad honores per gradus pertinentes factos. Pulchré Seneca, *de beneficiis, lib.* 1. *cap.* 9. *Provincias spoliare, & nummarium Tribunal, audita utrinque licitatione alteri addici, non mirum quando quę emeris vendere, gentium jus est.* Non inelegantior locus Lampridii, qui illud dogma refert Alexandri Severi in ejus vita. *Non patiar mercatores potestatum, quos si patiar, damnare non possum, & pretium necesse est, ut cum majori cumulo recuperent.* Nero referens in Curia formam futuri Principatus inter memorabilia, quæ promissit, hoc unum. *Nihil in penatibus suis venale.* Tacitus, *lib.* 13. *Annalium.* Aristot. *in Politic. lib.* 2. *cap.* 9. Cicer. 4. *Verrina. Te autem Prætore, qui Censor, aut legem metuerit; qua non tenetur, quoniam creatus lege non erat, aut animadversionem tuam, cúm id quod abs te emerat, vendidisset.* Verum est, quod Comicus *in Amphitri. virtute ambire oportet, non favitoribus.* Hinc *in leg. Baphii. C. de murileg.lib.* 11. *Magistratus emptionem justitię venditionem esse* annotavit, Angelus, Camil. Borrel. *de Magistrat. edict. lib.* 1. *cap.* 9. cujus titulus, *motu proprio, non autem pretio recepto Magistratus creantur,* Petr. Greg.*l.* 25.*Syntag. cap.* 11. *num.* 7. Alex. Raudens. *cons.* 50. *num.* 495. ubi citat, *leg.* 8. *tit.* 2. *lib.* 7. *Recop.* cum Mascard. Nevisano, Bossio, & aliis, & auctoritate Petri Jacobi, ait quod Curia supportat officiales, qui conducunt bancas civiles, & criminales, & sic errat clavis justitiæ. De electione Barbarii Philippi hæc Eduard. Caldeir. *lib.* 2. *cap.* 7. *Porro designatus Prætor fuit Antonii commendatione, non per largitionem, nec in ejus creatione quidquam factum est contra leg. Juliam de ambitu, quæ puniebat eos, qui pecunia populum corruperant, ut Magistratus adipiscerentur, quam C. Julius Cæsar Consul tulit, ut Manutius prodidit in lib. de legib. Romanis, & sic Gloss. in leg. Barbarius, verbo designatus scribat factum id fuisse contra legem Juliam, factum tamen valuisse, vel publice licuisse, vel certé Romæ permissum fuisse, ex leg.* 1. *ad leg. Juliam, de ambit. Sané leges de ambitu stabant, & manebant sub triumviratu M. Antonii, C. Cæsaris, & M. Lepedi, sed largitio legibus prohibita erat & nihil attinet, de ambitu queri in eo Prætore, qui tyranni commendatione, quæ pro vi habetur, magistratum obtinuit.* Menoch. *cent.* 4. *arbitr. casu* 401. Cevall.*in art. Regali, docum.* 33.*fol.* 170. ibi: *qui enim se ingerit officio, dato magno pretio, su spectus est, quod non ad utilitatem publicam desideret, sed suam.* Damnant itidem venditionem officiorum, Bobadill. *lib.* 1. *polit. cap.* 14. *num.* 15. *cum seqq.* ubi plura Simancas, *de Repub. lib.* 6. *cap.* 16. Menchac. *lib.* 1. *controvers. cap.* 42. Osuald. in Donell. *lib.* 17. *cap.* 7. *litt.* Z. Mastrill. *lib.* 1. *de M gistr. cap.* 20. qui recenset damna procedentia ex venditione officiorum, Besold. *Polit.* 2. *cap.* 3. *num.* 12. ibi: *Hac etiam ratione prædę officia exponuntur.* Noviter Aschafemburf *in cons. pro ærario, class.* 5. *ord.* 536. ibi: *Fieri enim non potest, quin pecunia pecuniæ causa lucrandæ expendatur, ut ii qui prætio emunt honores, non vellint, non maximum, & turpissimum quæstum ex illis facere. Et Clas.* 11. *ord.* 887. ibi: *Omnium tamen sordidorum mercaturæ generum, quæ multa, ac varia fuerunt, nullum turpius, nullum detestabilius Magistratuum, & honorum mercatura. Et Class.* 13. *ord.* 941. ubi idem repetit, & ex Bodino, tunc tolerabile esse putat extremis temporibus, ut saluti Reipublicæ consulatur & *Class.* 17. *ordinat.* 1359. ubi ex aliorum auctoritate, de hujusmodi emptitiis judicibus, inter cætera scribit. *Huic questuariæ venalitati turpiter prostitutas jacere dignitates ipsas judiciales, etiam plebeculę despicabiles: nullum enim tam vilem cerdonem, vel coquum esse, qui non speret se, filium suum, etiam Senatorem, vel Præsidem Parlamenti fieri posse, &* ibi: *Adeo venales isti Senatores pro pastoribus agunt prædones, pro custodibus lupos, quos dominus abigat à grege sua.* & citat nostrum Baezam, *de decim.tutor. cap.* 1. *n.* 30. dicentem: *Quid enim miser populus non pa-*

patitur ab iis, qui non virtute parta, sed nummulis empta dignitate superbiunt. Id quod majori cum ratione diceret, si Correctores Indianos, qui veluti sub hasta emerunt officia his proximis annis, videret sævientes in miseros Indorum populos ob extorquendum cum decuplo simplum quæstuarium, quod dedere.

opibusque rapaces.

Injiciunt vanis justo prætextibus ungues. Sed venditiones istas excusat, quando aliter occurrere Princeps non potest publicis necessitatibus, Marquez, *in Gubernat. lib.* 1. *cap.* 20. D. Joann. de Solorz. *de Ind. gubern. lib.* 4. *cap.* 2. *per tot.* D. Joann. Baptista Larrea, 1. *tom. decis.Granat. disp.* 45. *num.* 35. *& in* 2.*tom. decis.*54. *in fin.* Besold. *de ærario cap. 6. num.* 4. *fol.* 161. Reges Catholici Ferdinandus, & Elisabeth lege sua prohibuerunt, ne Decurionum officia possent aliqualiter vendi. (a)

3 Et licet officia non habentia annexam jurisdictionem publicè vendi possint, *l.*1.§.*de Poll.*Albert.& Saliz. *inl.*1. *C. ad l. Juliam de ambit.* Bossius, *tit. de ambit. n.*2. Rauden, *in memorabili suo cons.* 50. *num.* 504. Azor. qui ex sententia multorum refert frequentari venditiones officiorum in Curiis Principum, & esse utiles Reipublicæ, eo quod emptores metu pœnę, ne officia amittant, & pretium quod dederunt, coguntur suo munere recté fungi, Diana, *tract.* 5. *resolut. mor. resolut.* 108. eas tamen venditiones non omnino probat Div. Thomas, Magister navis Theologicæ, sed temperamento quodam ad Deciss. Brabantiæ, his verbis *opuscul.*21. *cap.*5. *de regim. Princip.Quinto quærebatis de Valivis et officialibus vestris, si liceat eis officia vendere, vel mutuo ab eis recipere aliquid certum, donec tantum recipiant ex officiis? ad quod dicendum videtur, quod quæstio ista duas difficultates habere videtur. Quarum prima est de officiorum venditione, circa quam considerandum videtur, quod Apostolus dicit, quod multa licent, quę non expediunt. Cum autem Valivibus,& officialibus vestris, nihil committatis, nisi temporalis officium potestatis, non video quare hujusmodi officia non liceat vobis vendere, dummodo talibus vendatis, de quibus possit pręsumi, quòd sint utiles ad talia officia exercenda. Et non tanto pretio vendantur officia, quód recuperari non possit sine gravamine vestrorum subditorum, sed tamen talis venditio expediens non videtur. Primo quidem, quia contigit frequenter, quod illi qui essent magis idonei ad hujusmodi officia exercenda, sunt pauperes, ut emere non possint, & si etiam sunt divites illi, qui meliores sunt talia non ambiunt, neque inhiant ad lucra, ex officio adquirenda. Sequitur igitur, quod ut plurimam illi officia in terra vestra suscipiant, qui sunt pejores, ambitiosi, & pecuniæ amatores, quos etiam probabile est subditos vestros opprimere, & vestra etiam commoda non sic fideliter procurare. Unde magis videtur expediens, ut bonos homines, & idoneos ad suscipiendum officia vestra eligatis, quos etiam invitos (si necesse fuerit) compellatis, quia per eorum bonitatem, & industriam majora accrescent vobis, & subditis vestris, quam de prædicta officiorum venditione adquirere valeatis, & hoc consilium dedit Moysi ejus cognatus. Provide inquit de omni plebe viros sapientes, & timentes Deum in quibus sit charitas, & qui oderint avaritiam, & constitue ex eis Tribunos, & Centuriones.*

4 Idem D. Joann. de Larrea cum judicio scribit, ultra publica damna munus ipsum quodammodo abjici venditione, ut illud obtineant minus apti, quia ut tradit Quintilianus, *lib.* 12. *cap.* 7. *Pleraque sané hoc ipso videri possunt vilia, quod pretium habent*, & Salon, *de just. & jur.* 1. *quæst.* 63. agens de offic. tabellionum, ait: *Nullum majus malum, quàm ut pręmium convertatur in pretium.* Et licet oblato pretio ipsi Principi cesset crimen ambitus, Cinus, *in leg.* 1. *C. ad leg. Juliam, de amb.* Paris. *de Sydicat. de offic. Syndicatorum*, §. *& primum videndum*, Raudens. *cons.* 50. *num.* 499.

(a) *Leg.* 8. *tit.* 2. *lib.* 7. *Recop.* de qua Azeved. ibi: *num.* 6. Covarrub. *lib.* 3. *var. cap.* 19. *num.* 6. Roxas, *in epist. success. cap.* 7. *num.* 50. Perez, *in leg.*22. *tit.*2.*lib.* 8.*ordin.* Bobadill. *lib.* 3. *cap.* 8. *num.*385.

499. Vere regium est, ut ematur: *Sola virtute potestas*, ut ait Claudianus. *Nec pati rem pulcherrimam turpissimè venire.* Plin. Secund. *lib. 6. epist. fin.leg.* 3.*C. de Episc. & Cleric. leg. si quos* 59. *C. de Decurion. lib.* 10. ibi : *Qui sit plerumque venalis.* Petendorum Magistratum, & obtinendorum mos non in eleganter describitur á Plinio secundo, *lib.* 3. *epist.* 20. *Supersunt senes ex quibus audire soleo, hunc ordinem comitiorum, citato nomine : candidati silentium summum. Dicebat ipse pro se, vitam suam explicabat, testes, & laudatores dabat, vel eum sub quo legatus, vel eum cui quæstor fuerat, vel utrumque si poterat. Audiebat Senatus gravitate censoria, ita sępius digni, quam gratiosi prævalebant, quæ non immodico favore corrupta, ad tacita suffragia decurrerunt.* De rogatione Magistratuum, & quæsturæ, & ejus venditione, ac de sententia Dolabellæ Tacitus, *lib.* 11. *Annal.* Sed ne Hispano jure provisa, circa hujusmodi prohibitionem intacta relinquamus, nec non statuta jure municipali, præter aliqua enuntiata supra addimus Villadiegum *in Polit. cap.* 5. *instruct. num.* 7. ibi : „ „ Por la nueva Pragmatica del Rey Don „ Felipe Tercero, año de 1614. los que „ dán ó reciben dadivas, ó promesas, por „ ser proveidos en oficios, ó beneficios, „ quedan incapaces para poderlos conseguir, y retener en el fuero de la conciencia, y como intrusos detentadores no „ hacen suyos los frutos, ni salarios, y „ pierden lo que huvieren dado, ó prometido con el doblo, las dos partes para la „ Camara, y la otra para el denunciador. Est omnino videnda, *lex* 7. *tit.* 3. *lib.* 7. *Recop.* In Regno Neapolitano extat Pragmatica Caroli Quinti, data Bruxelis anno 1516. & alia condita anno 1536.& alia insuper anno 1540. de quibus Borrell. *de Magistr. lib.* 1. *cap.* 9. Pater Prudent. de Sandoval, *ann.* 1520. *lib.* 7. agens de vita dicti Cæsaris, *fol.* 330. refert caput quoddam Regni, ibi : „ Y que los oficios ahora, „ è perpetuamente no se vendan, ni dén „ por dineros, porque la venta de tales „ oficios es muy detestable, y prohibida „ por derecho comun, y Leyes de estos „ Reynos, por los graves daños de la Re„ publica.

5 Non est contemnendum cap. 71. Regiæ epist. ad D. D. Franc. á Toleto, die 1. Decembr. ann. 1573. ibi : „ En quanto „ al aviso que pedis se os dè, si proveereis „ algunos de los oficios propietarios, que „ vacaren por venta, porque se podria ha„ cer con beneficio, y sin los inconvenien„ tes que hay en los que de acà los llevan „ comprados : en esto se tiene por incon„ veniente la venta de estos oficios acà, y „ allà ; y asi, de aqui adelante se tendrà „ cuidado de buscar personas competentes „ para ellos. " Intellige in officiis rei familiaris, cap. 27. Regiæ epist. ad D. Prorregem, ibi : *Y no vendereis otros oficios de nuestra Hacienda,* & cap 78. aliæ epist. 27. Februar. ann. 1575. ibi : „ Como havreis „ entendido por la que os escribimos el „ año pasado de 73. os mandamos que no „ vendiesedes oficios ningunos de hacienda. Nam in cæteris ubi cessat inconveniens, illud rescribitur eidem Prorregi in cap. 28.epist.die 30. Decembr. ann.1571. ibi : „ En lo de la orden, que os parece se „ debe tener en la provision, y venta de „ los oficios que son vendibles, para que „ se haga allí por las Cartas que referís, „ mandaremos proveer lo que convenga. „ Y todas las veces que embiaredes rela„ cion de los oficios que se podrán vender, „ la embiareis de su valor. Et licet unum ex capitibus instruct. arbitriorum ad D. Prorregem, D.Garciam de Mendoza.1.Novembr. ann. 1591. plurima officia exigentibus necessitatibus venundari jussa sunt, quæ antea fuerant prohibita, illud temperamentum observari jussum est semper, & ubique observandum, utpote bono publico consonans, & á doctrina Divi Thomæ, derivatum, ibi : „ Y aunque deseo que „ los precios sean aventajados, en lo que „ mayor diligencia, y cuidado haveis de „ poner, es ; en que se vendan los dichos „ oficios á personas principales, y de ma„ yor aprobacion, suficiencia, y partes „ que se hallaren, de manera que que„ deis cierto, y lo sea, que no los com„ pran por via de contrato, y grangeria, y „ para aprovechamiento particular suyo, „ en perjuicio, y daño de mis vasallos ; ni „ de la autoridad de la justicia, y del bien

,, de las sosas públicas, sino para honrar, ,, calificar, y autorizar las personas, y exercerlos con justificacion, aunque á estos ,, tales se les dèn por mas moderados precios de los que podrian dar otros, en ,, quien no concurran las dichas calidades: ,, porque estimo mas que tengan los dichos ,, oficios personas benemeritas, que la diferencia de un poco mas ò menos interés. Refert Doctor Figueroa, *in lib. de vita, & gubern. D. Prorregis, fol. 166. lib. 5.*

CAPUT XLV.

X. Prohibitio. *De hydrargiro non distribuendo inter metallarios, nec venundando habita fide de pretio.*

1 I*Ncidi in materiam veram, sed simillimam fictæ*, ut ait Plinius secund. *in Epist.* Extat mons supremæ magnitudinis, cujus capiti in formam panis sacchari desinenti pileum præbet assidua nubecula. Adhæret lateri filius Indico idiomate, *Huaina* nuncupatus, nam montes etiam gaudent primogeniis. Evacuatis venis divitibus & arteriis opulentis, pro sanguine argenteo artificialia ligna successere. Hac, & illa pro artubus, & musculis, quibus penè nutans, senile, & perfractum corpus sustinetur, supplent palli succedanei: transversæ trabes subrogantur. Avarus senex non solum, uti concha cogit opes in pectore, sed inima, & profunda radice uberiores fructus recolligit ex humiditate. Sed in casum divitias abscondit, saxeam custodiam præficiendo thesauris; nam efossor indefessus reconditos loculos perscrutatur, expilat secreta marsupia, & unam, & alteram arcam, quibus argentum asservatur ingenitum, vulgo *del Sol, y del sombrio,* ferreis ictibus spoliatur. Altissimis perforatus est puteis, qui dum exhauriri videntur, uberiori incremento restituuntur: *replet membra vacuata, & vires effœtas instaurat*, quas labor improbus metallariorum fatigat, sed nuspiam potest, nec propriam sitim extinguere, nec perennem Regis nostri opulentiæ fontem siccare, ut sic verè dictum comprobetur, quod inquir Antiputeanus, *fol. 73. lit. C. in Stateram Erycii bell. & pac. Aliorum Regum exhauriri possunt æraria, exhauriri non potest ærarium Regis Hispaniæ, semper inveniet, quod hauriet ex utraque India.*

2 Sunt amplissimæ lacus non longé, quibus captivantur aquæ quas *supplicat herba Jovi*, harum cursus cataractis temperatur, ut ordinato, & tempestivo ministerio cunctis beneficiali à summis, usque ad ima molendina metallica percurrant. (a) Perforatus mons excipit aquatiles meatus lacunæ de Tabaconnño, quos olim arenæ bibulæ viæ naturalis, exhauriebant. Hæc seges aquarum, hæc imbrium cælestium fontana collectio molitioni, & purgationi metallorum subservit, quæ conculcantur plusquam centum, & triginta molendinis continuo aquæ impetu volutantibus Hispané appellantur *Ingenia.* Quia ingeniosa dexteritate præcellunt. *Quorum ordo pulcherrimus illi littori, veluti divitum insularum superadditur, qui amabili utilitate dispositus, ditat magna ubertate Cultores. Prætoria longe, lateque licentia in margaritatum speciem putes esse disposita, ut hinc appareat, qualia fuerint illius Provinciæ majorum judicia, quam tantis fabricis constat ornatam*, Cassiod. 2. *var.* 22.

3 Patitur metallum dum immundum, & ægrum non paucos crutiatus, quousque niveum alborem recuperet, massæque recipiat figuram excussis vitiis, & fæcibus originariis, ad fornacem perpurgatum, si sit ex eorum genere, quæ *funditionis* appellamus; nam ut ait Cassiodor. *9. var.* 3. metallari, *minuta quæque graviora discernentibus aquis à genitrice terra separant, ac fictilibus recondita, vasta fornace decoquunt, donec solvatur utiliter in liquorem, rivos quoque de flamma venientes, tanto igne depurgant, quousque pulchritudinem sui prodant, quam terrena viscera, ne cuperentur, absconderant. Vincitur natura dum eam meliorat industria; pulchrior est dum arserit:* po-

(a) *Argum. leg.* 1. §. 6. *de aqua, & aquæ pluv. leg.* 2. §. 28. *Nequid in loco public. leg.* 18. *tit.* 32. *part.* 3. Anton. Faber, *in C. lib.* 3. *tit.* 28. *dif.* 5.

potior dum decoxerit, quia tantum crescit ad pretia, quanta fuerit sinceritate mundata; origo quidem nobilis, sed de flamma suscipit vim coloris, ut magis credas inde nasci, cujus similitudine videtur ornari. Sed cum auro tribuat splendidum ruborem, argento confert albissimam lucem. Quod genus deducendi argenti dumtaxat fuit notum Indis in sua gentilitate, vocaruntque hujusmodi artificium, *Huairas*, de quo Besoldus *in thesauro pract. lit. B. num.* 31. ibi: *Eodem tunc opere ignium descendit pars in plumbum, argentum autem superne natat.* Nec alio usi fuerunt Hispani pluribus annis: ciemus hic Joannem de Laet. qui *in lib.* 11. *Novi Orb. cap.* 9. rationem eliquandi jam multum diversam esse ab ea, quam olim usurpabant: tunc enim venam in pulverem redactam, in exiguis furnis, Hispanis Huairos, ore angusto ventis exposito vi excoxisse, nunc autem multo labore pulverem hunc in cysternis ad id comparatis, & aqua subigi, & misceri cum ramentis ferri, æris, & potissimum cum hydrargyro, pluribusque diebus versari, lavari, & tandem uti in fornacibus, &c.

4 Postea tamen inventio hydtargiri plurimum quæstus induxit ex quolibet metallo, nam ei insertus, & implicitus ac (ut dicunt) incorporatus noxias fæces abstergit, ac sordes repurgat insanas, virtuteque attactiva recolligit argentum, ejusque mundificationi, ac maturitati subservit instar fermenti triticæ massæ. Provisa est abunde hujusmodi species á nostro Rege, tum ex Peruanæ Guancabelicæ fodinis, tum ex longinquis Regionibus, ut provisa copia satiaret. Quatenus citcumvecta metallorum beneficio sufficeret, & dispensata manu liberali curatas juvaret officinas. *Siquidem illa universitas molarum specialiter contributam habet ad victum. Hoc enim instrumentum, nisi fuerit usuale, necessarium non habetur, quoniam nec ornatui potest proficere, nec parti aliæ convenire, ut ait* Cassiod. *9. var.* 39.

5 Hac moti fucata ratione jam olim Regii officiales dextra lævaque *liberaliores ipsa lege*, ipsoque Rege magis munifici, argentum vivum dispensarunt, ac inter cunctos metallarios distribuerunt, fotsan cogitantes plus compendii regalis collecturi, quám agricola in surcos terræ semina spargens, sed fefellit eventus, ipseque correxit actionem; nam licet plutimum argenti solidi extraheretur, argenti vivi debitum protrahebatur, magnisque æris alieni in dies crescentibus reliquationibus, accidit, ut nimis gravati debitores pristino debito, novum, ac pene insolubile contraherent, vel ipsa impossibilitate districti, seu in ipsum Fiscum male animati tractantes distributionem istam nundinariam, ac obligatoriam, veluti subsidium in populum largitionale, aut Consulum missilia, proinde effusionis nomine significata, ut notat Fornet. *ad Cassiod.* 2. *var.* 2. de quo passim in jure, præsettim, *in leg. Publius* 36. *de condit. & dem.* Dion. *lib.* 58. Vopisc. *in Aureliano*, Cassiod. *de loc. & lib. 6. Epist.* 1. Quæ liberalitas publica Imperatoriis constitutionibus postea fuit prohibita, *leg.* 2. 3. & 4. *C. de Consul. & non spargend. ab his pecun. lib.* 12. *Novell.* 105.

6 Verum dicti Quæstores potius elargitiores, quám venditores, tum etiam metalarii hydrargyrum accipientes debuerunt animadvertere, aliud esse vendere, aliud donare: Donant Principes, regnatque languida manu, ut ait Senec. Tragic. id est, *munifica*, tuncque volunt dona esse gratuita, juxta donationis naturam, qualis fuit olim Regio Imperio distributio panis gradilis de gradibus dari soliti sine ptetio, *tit.* 17. *C. Th. de annon. civil. & pan. gradil.* Prudent. *lib. prior. contra Symmach.* Cujac. *ad tit. C. de condition. in pub. horr. lib.* 10. Cassiod. *9. var. epist.* 5. ibi, *sive in gradu*, sic antea distribui solita frumentatio per tesseras frumentarias, sive symbola quædam in ligno, aut plumbo, quas, si frumenti non egerent Cives, aut alia de causa vendebant. Quo respexit, Paulus, *in leg. mortuo bon.* 49. §. 1. *de legat.* 2. Theodos. Imp. *in leg.* 2. *C. de frument. Alexandrino.* Sic denique distributa fuere congiaria, & donativa suffecta scilicet laude, & gratitudine in locum pretii, quorum exercitium plus gloriæ contulit Trajano (ut habet Pliniana Panegyris) quam cæteris Imperatoribus, qui ea egerant parcius. Sueton. in August. Capitolin. in Antonino, Spattian. in

in Adriano, Senec. 4. *de benefic.* Lips. *in comment. ad Plin. Panegyr. & 1. Elect.* Martialis hùc habuit oculos.

Dat populus, dat gratus eques, dat thura Senatus.

Sed longe se habet res, cùm Rex vendit privatis, quod emit ipse non lucri faciendi causa (siquidem pro eadem quantitate, qua mercatur ab extraneis, hanc speciem eam vendit minerariis) sed sibi, & subditis prospiciendi, & facilius, ac uberius deducendi argenti gratia, quo casu jura suadent Fisco pretium esse solvendum, non parum facientibus ad rem verbis Plinii, sed casu verso, *emit Fiscus quidquid videtur emere*, hoc est, ut explicat Lips. *Vera, & non imaginaria emptio est Fisci*, junctis illis ex Tullio Frumentaria in Verrem, *ipsis pecunia cedebat*, (nempè Imperatoribus) *sociis ludibrium, & titulo emendi rapiebant.* Ut in proposito ex antiquis experimentis vertamus, ipsis pecunia cedebat (subaudi minerariis) Fisco ludibrium, & titulo emendi rapiebant, excipio tamen veros, ac fideles metallarios, quorum non parvus numerus, nec exilis annona Potosiæ inter tam multos fictitios, & umbratiles, qui emunt hydrargirum, ut illum faciant venalem, & quæstuosum, atque occupent non in usu destinato, sed nundinario commercio.

7 Hæc incauta, & tumultuaria distributio, peperit monstruosum debitum Millionum, adeo, ut ex hoc genere deberentur usque ad annum 1629. 1. M. 811ц. 459. p. 5. t. 2. g. ensayados, absque probabili spe recuperationis.

8 *Sed cum corrigat sequentem lapsus prioris, & de reprehensione antecedentis exempli nascatur emendatio*, ut ait Symmac. *lib. 1. Epist. 40. Fas fuit, ut prudens Gubernator in re adhuc nova, non caveret invidiam.* Constitueretque ne ex tunc venderetur argentum vivum habita fide de pretio, sed in numerato, ut hac via fieret medella, cui morbus ex alia, restituto, & recuperato jure illo Fiscali, quo docemur Fisci res non vendendas, *die cæca, sed oculata*, ut ait Plaut. *in Pseud.* sed statim pretio illato, & reffussa pecunia, de quo est text. *in leg. si curator 5. §. unico, de jur. Fisc.* Constant. *in leg. 1. C. de vendit. rer. cum privat. lib. 10. num. 69.* ibi: *Est autem absolutum fidem, de pretio haberi non posse, quando venditur res Fiscalis*, D. Alfar. *de offic. Fiscal. Gloss. 34. §. 1. spec. 2. num. 40.*

9 Hic ordo pressim injunctus est officialibus arcariis, cæterisque ministris, verùm nullius in hoc emicuit zelus, integritas, animus, & industria, nisi D.D. Joann. de Carvajal, & Sandi, qui functus munere Visitatoris Generalis Senatus Platensis Regii, tunc Senatus Indiarum meritissimus Consiliarius, summa dexteritate, & magnitudine animi invincibili gravem Provinciam, suis humeris impositam, fœliciter peregit in qua alii insudaverant incasum, & defecerant; nec mirum, cum nec eam pater patratus impetraret, nec omnes Feciales.

10 Quæ non moverunt lapidem metallarii? quas non tentarunt artes? ut obiam irent hujusmodi mandato. In primis conati sunt persuadere difficilia, aut pœne impossibilia, nempé aut posse colligi deinceps argenti annui solitam summam, absque usitato juvamine fiduciæ de pretio, quæ assertio non minori ariolationis vitio laborare comperta est, quam ea, quæ vulgo circunfertur de remo inflexo in aquis, de columbæ collo, de Solebi pedali, de cœlo cæruleo, de nive nigra, de ambulatione pecudum, & arborum, quæ fallit per aquas fluminis deambulantem cum ipse solum vehatur, & alia, de quibus eximiùs noster D. D. Laurentius Ramirez de Prado sæpe vocatus, invocatusque in hoc opere, *cap. 12.* amussati Penteconth. Nam & lupina auro signato, & colore, & ipsa forma proximé accedunt, nec tamen sunt aurum, unde Horatius, *lib. 1. epist. 7.*

Nec tamen ignorat qui distent æra lupinis.

Sed cùm *nibil tam monstrose à quoquam dictum, quod non aliquid Philosophus asseruerit*, Auctore Tullio refert Besoldus, *dissert. polit. de Arcanis, fol. 248.* non defuere adhuc ex primariis Ministris, qui antistarent rationibus corporis metallarii. Et in primis pro fiduciaria venditione hydrargyri vulgó fiado, usi sunt persuadere, in eo consistere perpetuitatem, & augmentum laboris, & exercitii metallici inventionem, & de-

detentionem novarum fodinarum, meliorationem operæ vicissitudinariæ, seu mirarum Indorum, nec non alia miracula summæ utilitatis, quæ non admitteret, nisi cæcutiens in Sole, siquidem cuncta hæc operari in comperto est, non potestate hydrargiri, nisi opere corporali, & Indorum manibus; & ut hi effectus miraculosi virtuti dictæ speciei tribuerentur, haud invenio majorem potentiam, seu meliorem qualitatem ad eorum operationem indidendam hydrargiro fiduciali, quam in numerato; sed ex quantitati majori, aut minori illius præcipué pendere, cauté tamen dispensata.

11 Rursus addunt, quamtumvis distribuatur argentum vivum habita fide de pretio, nec soluto, contra conventum, perfidiam istam, & damnum ex fallentia, seu protractione solutionis sequutum, rependi alia via, publica nempè utilitate; juxta illud Taciti: *Plurimum habet ex iniquo, sed publica utilitate rependitur.* Bornit. *de ærar. cap.* 29. quam reponunt in augmento beneficii plurimi metalli cujusvis sortis, & portionis quintariæ, ad quod invitat distributio liberalis, præsertim cum hæc species non in alium effectum expendi possit, nec alio usui conveniat, juxta effatum supra á Cassiodoro, ibi: *Nec ornatui potest proficere, nec parti aliæ convenire.* Et quasi huc appossité pertineat illud ab eodem enuntiatum 6. *var.* 18. *Solicitius auro pensetur* (loquitur de distributione panis) *unde à Quiritibus vivitur, quia gratior nobis est lętitia faventis populi Romani, quàm copia pretiosissimi metalli.* Nec eo contenti, lineam excurrunt asserentes, immensum lucrum Regis, vel in eo esse, ut gratanter distribuatur, ad illumque accipiendum gratuitó cogendos metallarios. Id quod non effutiret, nisi anus, vel somnians æger. Suaves etiam in eo sunt addentes, non habendam strictam, seu scrupulosam rationem damni aut periculi, quod admixta adfert tot emolumenta.

12 Nam, & Magister mensæ lusoriæ non sentit damnum perditæ pecuniæ mutuatæ aleatoribus nolentibus, aut non valentibus solvere, ob lucrum immodicum proveniens ex distributione talorum, sive chattarum, nec eam cohibet propter perfidiam solvere recusantium, sed anxie prosequitur.

13 Quæ quidem non rectè procedunt; nam quando compendium quantumvis magnum consequi potest, unaque vitari damnum, utraque jungenda est utilitas, aut utra expectanda. Tradit utiliter Petr. Barbos. *solut. matr. in rubr.* 7. *part. à num* 11.

14 Multó minus probanda est comparatio lussoris, cum ejus quæstus, vel lucrum sit injustum, atque damnatum, *leg.* 3. *tit.* 7. *lib.* 8. *Recop.* Regis autem justum & debitum jure Regaliæ, & ratione pertinentis portionis omni jure, *leg.* 2. *tit.* 13. *lib.* 6. *Recop. lib.* 1. *&* 2. *C. de metallar. lib.* 11. Gutierr. *pract.* 4. *cap.* 36. Bossius, *in tractat. de metall. & argent. fodin. num.* 3. Sixtin. *de regalib. cap.* 18. de quo nos alibi latiùs.

15 Ulterius procedunt comminiscentes rem bono omine Fisco cessisse occasione qua, spreto dicto rigore, & prohibitione, sub fide distributa fuit non exilis quantitas hydrargiri, nempè anno 1634. siquidem statuto, & assignato tempore integré soluta fuit, addito ex eo Regali patrimonio pergrandi augmento, ut inde inferant eamdem viam repetendam, quæ ad tantum lucrum manuducit. Optimé quidem si semper satisfactio futura esset æqualis, non defecta, ut crebrius accidit, aut si ex casu singulari expediens foret confici statutum generale, quod non admittit Pompon. *in leg.* 3. Celsus, *in leg.* 4. *&* 5. Julian. *in leg.* 10. *D. de legib.* Conanr. *comm. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 7. *col.* 2. Alciat. *lib.* 1. *parerg. cap.* 7. Nam & hi casus adventitii non solent esse in consideratione, *leg. Julianus, D. qui, & á quibus.*

16 Nec multum credendum metallariis solvere promittentibus, nam sicut Jupiter ridet amantium juramenta, Neptunus naufragorum vota, parca promissionem ægrotantium in periculo constitutorum, quam ideo implere medico stipulanti non coguntur, Besold. *consid. polit. vitæ, & mort. num.* 3. non secus rideri possunt promissiones quorumdam metallariorum, qui angustiis rei familiaris pressi, ut captent hoc emolumentum promittunt, *Maria, & montes*, ut in simili dixit Accurs. *in leg.*

non omnes 5. §. *ult. de re milit.* quo expectat Nevisanus, *in sylv. lib.*5. *ampl.* 4. partes ante sententiam promittunt maria, & montes, & postea nihil dant.

17 Præterea oportet animadverti, ut exemplar ablegemus casus illius singularis, non tam attendendum prosperum eventum ex improvida actione, quam adversum ex causa, Tacit. 2. *Hist. Cui cauta potius consilia cum ratione, quam prospera ex casu placerent*, supposito quod *sæpe prava magis, quam bona consilia prosperè eveniunt.* Aut si non sæpe, ut Sallustius certè interdum, & dominatur, ac ludit in humanis rebus, præter omnem rationem nostram præpotens illa ratio, id est fatum. Prosequitur Lips. *ad* 3. *lib. Polit. cap.* 6. At jus nostrum ad ea, quæ frequentius accidunt adaptari oportet, *leg. nam ad ea*, 5. *de legib.* ubi Nevius, & Antonius Faber, *in rational.* Menoch. *rem.* 8. *num.* 91. Tiraquell. *lib.* 1. §. 20. *gloss.* 1. *num.* 4. Castill. *in leg.* 13. *Tauri*, *verb. suelen ocurrir.*

18 In quo, & utilitas, & non levidense negotium ipsorum metallariorum versatur, cum hac via eximantur à molestiis exactionis debitæ quantitatis, & æris alieni onere non exiguo, cujus incommoda exactè, ac eruditè recenset Anœus Robert. *lib.* 2. *rer. judic. cap.* 15. carceris tædium, sectio corporis, auctionatus bonorum, nam ut ait Cassiodor. 12. *var.* 10. *Rationum publicarum reliquiæ infaustæ sunt ęgritudini comparandæ, quæ gravatum debilitant, nisi sub celeritate discedant. Reatus quidam est esse sub debito, nec liber potest veraciter dici, qui probatur obnoxius reperiri.* Tum locatio, vel additio fodinæ, & molæ, quæ fieri consuevit, juxta ordinationes, ac tradita ab ipso, Cassiod. 5. *var.* 18. in bonis additis Thomatis debitoris ob debitum fiscale, *tot. tit. de conven. Fisc. debit. & tit. de fide, & jure hastæ Fisc. C. lib.* 10. conferunt late dicta *hoc lib. cap.* 16. item, quæ ex comparatione Prætorii pignoris congerit Corvinus, *institut. lib.* 3. *tit.* 15. Vulterius jurispr. *cap.* 33. *num.* 27. Scheneid. *lib.* 3. *tit.* 6. §. *item Serviana*, *num.* 6. aptissimus text. *in leg. litibus* 20. *C. de agricol. & cens. lib.* 11. ibi: Si autem fidejussione cessante ad sequestrum res veniat, & pecuniæ deponantur, & ex earum summa, tantam judices separare, quanta in publicas sufficiat functiones.

19 Nec desinunt tamquam ad statuam reorum confugere ad usum, stylum, & assiduitatem captandi hydrargirum habita fide de pretio, quem instar legis contendunt observari debere, (b) & veluti quodam præscriptionis jure nitentes volunt excludere Fiscum à jure aliter vendendi, quam sub fiducia, & spe futuræ solutionis, qua si in ea consenserint Prorreges, Præsides, Præpositi, & Arcarii, à quibus factum perinde habendum putant, ac si ab ipso Cæsare cujus vices gerunt, *leg.* 1. *D. de offic. Proc. Cæs.* Atque his alias, atque alias rationes ex suo penuario adjungunt eadem fide dealbatas.

20 Verum omnibus ut apparentibus, & fucatis conveniunt verba, quæ in simili protulit, Cardin. Palæot. *de sacrar. Consist. part.* 5. *quęst.* 12. ibi: *At veró rationes improbabiles, & apparentes sunt velut nummi adulterini, qui hujusmodi sunt, ut sive multi, sive pauci, quatenus nummi, nullius sint momenti, deest enim illis probabilitas, quæ est velut in pecunia signum Regium, aut in sigillo figura, quę in cera imprimitur.* Et prædictas nupero relatu, eadem fæbri teneri constat ex eo, quod jus Regale fieri nequit deterius ex prava, aut noxia officialium administratione. (c) Neque eorum abusus, aut consuetudines improbabiles nocere possunt Regi à quo præponuntur, nam ut ait Cassiod. *lib.* 1. *epist.* 10. *Arbiter arcę habeat justas consuetudines suas*, & si hoc verbum *consuetudines*, alii nec infœliciter intelligunt, referuntque ad tributa veluti synonyma: quasi idem sit tributum, ac con-

(b) *Cav. super quibusdam.* §. *præterea, de verb. significat. leg.* 3. §. *duct. de aqua quot. l. ult. de aqua pluv. gloss. can.* 1. *verb. manuum vestrarum* 13. *quæst.* 15. *leg. de quibus* 32. *de legib.* (c) Caved. *decis.* 80. *num.* 11. *part.* 2. Farinac. *decis.* 57. *num.* 7. & 8. Barth. *in leg.* 1. §. *denique*, *num.* 5. *de aqua pluv. arc.* Capyc. *decis.* 57. Costa, *inspect.* 72. *num.* 12. & 13. D. Larrea, *allegat.* 93. *num.* 22.

consuetudo, *Novell. Justinian.* 123. *cap.* 3. ibi: *Pro consuetudinibus illa sola permittimus præberi, & Novell.* 128. *solemnia* vocat, *leg.* 1. *D. de muner. & honor.*

21 Et ut talis consuetudo inoleret cùm sit contra præcepta Dominica, & sacras jussiones prævalere non debet, & dum diuturnior intolerabilior reputatur, *cap. fin. de consuetud. cap. cum causa* 8. *de sentent. & re judic.* ibi: *Nos autem considerantes, quod licèt usus, vel consuetudinis non minima sit auctoritas, numquam tamen veritati, aut legi prejudicat, leg.* 2. *C. que sit longa consuetudo.* Anton. Faber, *in C. lib.* 1. *tit.* 2. *dif.* 45. *num.* 20. ibi: *Quæ sane consuetudo juri repugnaret, ac tametsi probata, utique servanda non esset.* Maximè si advertamus, consuetudinem nullo tempore prævalere, aut consistere, nisi de scientia, & voluntate domini, juxta notata *in leg.* 5. *tit.* 2. *part.* 1. Innocent. *in rub. de consuetud.* Abbas, *in cap. fin. de consuet.* Dueñas, *regul.* 141. Avendaño, *de exequendis mandat. cap.* 19. *num.* 3. ut per Gloss. *verbo statum in cap. constitutionem, de V. S.* Decian. *respons.* 51. *num.* 114. *lege* 3. Ubi Gregor. verb. *consintiendolo, leg.* 6. *tit.* 2. *part.* 7. Mier. 1. *part. quæst.* 62. *num.* 42. Dominus autem ac Rex noster tantum abest, ut huic consuetudini acquieverit, ut eam pressim damnaverit, suosque ministros graviter reprehenderit, Regia Schedul. dat. die 15. Februar. ann. 1633. ibi: „ Pues es caso fuerte, que al mismo tiempo que estoy yo „ haciendo asiento para las provisiones de „ mis Exercitos, y Fronteras tan à costa de „ mi hacienda, tenga tanta con que poderlo suplir, y no me sea posible valerme „ de ella, por el poco cuidado que han tenido, y tienen de su cobranza los Ministros.

22 Præterea, quia non tam quid fiat Potosiæ, quam quid fieri debeat spectandum est, juxta leg. sed licet 12. D. de offic. Præsid. Talia enim respui, vel admitti oportet tamquam meri gubernii, aut gratiosæ facultatis, quorum natura præscriptioni resistit, Ludov. Gomez, *decis. Rotæ, decad.* 402. Anton. Faber, *in C. part.* 2. *lib.* 7. *tit.* 13. *diffin.* 4. *num.* 2. post Barth. *in leg. cum C. de prescript. in fin. princ. ex text. expresso in leg. notissimi prescriptio viam* 2. *D. de via publica.* Adeò, ut nec per mille annos possit procedere, laté D. Larr. 2. *tom. allegat. Fisc. allegat.* 67. *num.* 33. *ex leg. Proculus* 26. *de damn. infect. leg.* 1. §. *denique*, Marcellus, *leg. si in meo fund.* 21. *de aqua pluv. arc. leg. qui jure* 42. *D. de acquirend. posses. gloss fin. verb. qualitatem in leg. solet, D. de offic. Procons.* Decius, *consil.* 8. *num.* 4. Ludovic. *decis.* 162. *num.* 15.

23 In quo etiam duo notari oportet, quæ impediunt præscriptionem præfatæ consuetudinis. Primum quod cum dicti metallarii sint debitores, non possunt non esse in mala fide, quæ quidem præscriptionem excludit debiti, seu modi solvendi, optimé Avendañ. fere in nostris terminis, *de exeq. mandat. cap.* 30. *num.* 11. ibi: *Non posse debitorem actione personali præscribere, cùm sit in mala fide, qua interveniente prescriptio non procedit, ut in cap. possesor. de regul. jur. in* 6. *ubi est glossa, quod in ista materia standum est juri Canonico, cum versatur materia peccati, nec servandæ sunt leges disponentes posse præscribi actionem & ista est communis opinio.* Balb. *in tractat. de prescript.* 2. *part.* 3. *part. quæst.* 13. facit cap. fin. *de præscript. leg. cum hæres, de divers. & tempor. præscript. leg. Si aliena res de usucap. leg.* 2. *pro emptore, leg.* 40. *tit.* 28. *leg.* 12. *tit.* 29. *part.* 3. Quod non solum procedit in longi temporis præscriptione, sed etiam in immemoriali, D. Castill. qui refert plures pro hac opinione *de tertiis, cap.* 24. *num.* 23. videndus D. Larrea, *allegat. Fiscali,* 67. *num.* 24. Id quod à fortiori debet procedere, quando jus Fiscale resistit, legibus prohibitoriis armatum, *argum. leg. quæmadmodum, C. de Agricol. & censit. leg. ubi lex* 24. *de usucap. cap.* 1. *de prescript. lib.* 6. Puteus, *decis.* 138. *lib.* 1. Rebuff. *de decimis quæst.* 13. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 130. *num.* 7. Unde provenit, quod resistente jure non possint jura regalia, nec per immemorialem acquiri, multo minus debita personalia, *leg.* 2. *tit.* 15. *lib.* 4. *Recop.* De quo scite D. Larrea, *dict. allegat.* 67. *num.* 27. Caved. *decis.* 109. *per totam,* D. Amaja.

Rur-

24 Rursus facit, quòd consuetudo, ut præscripta intelligeretur in nostro casu in favorem minerariorum deberet non esse interrupta; quia interruptio etiam ex uno casu destruit præscriptionem, *ex leg. usurpatio 2. leg. naturaliter 5. de usucap.* Gutierr. *de juram. confirmat.* 3. *part. cap.* 1. *num.* 34. Otalor. *de nobilitat.* 2. *part.* 3. *princ. cap.* 9. Joann. Garcia, *eod. tractatu, gloss. 6. num.* 25. Sesse, *decis.* 3. *num.* 24. D. Castill. *de tertiis, cap.* 35. ubi innumeros pro more refert. At debitores metallarii non semel interpellantur ut solvant, item non continuo sibi venditum hydrargirum sub fiducia intendere possunt, siquidem, & quotidie conveniuntur, & urgentur, quod sistit cursum præscriptionis, ac inducit malam fidem, *leg. nec bona* 10. *C. de præscript. long. temp. leg.* 29. *tit.* 29. *part.* 3. & fere innumeris occasionibus, distributio hujus speciei facta fuit pretio numerato, quibus interrupta extitit contributio, seu venditio fiduciaria, quæ apertius constabunt ex diserto, ac prudenti responso D. Præsidis D. Joann. de Carvajal & Sande, ad Epist. D. Comitis de Chinchon, qui eum uti Delphicum Oraculum prudentiæ hujus materiæ, & cæterarum gubernii consuluit, cujus verba inseri libuit, tamquam digna cupresso, ut in similibus negotiis, in quibus quoties uno disecto capite alia pullulant, ad instar hydræ capitosæ observentur, colantur, & facem præferant viæ admodum tenebricosæ.

25 ,, Tan antigua es la instancia de ,, los Azogueros sobre que se les fie el azo- ,, gue, que la hallo tocada en Cedula de ,, 8. de Mayo de 1576. mandado ya por el ,, de 1570. recoger este genero en los Al- ,, macenes Reales, haviendo sido antes mer- ,, caduria comun. Dióle el Señor D. Fran- ,, cisco de Toledo el año de 77. en admi- ,, nistracion, y factoria, hecho asiento por ,, tres años, con quatro personas particula- ,, res: mandò su Magestad al Señor Don ,, Martin Enriquez alzar el Estanco, por ,, Cedula de 30. de Septiembre de 1580. ,, aunque ordenandole por otra de la mis- ,, ma fecha, que primero lo comunicase de ,, palabra con el dicho su antecesor, y con ,, las Audiencias de las Charcas, y Quito, ,, y con el Corregidor de Guamanga, y vis- ,, tas sus informaciones, y pareceres, exe- ,, cutase lo mas conveniente, cometido esto ,, asi á su arbitrio, no lo puso en execucion, ,, ni hizo novedad, con que el asiento se ,, continuó hasta 6. de Abril, de 1592. y ,, desde entonces bolviendo á administrarse ,, el azogue por cuenta de su Magestad, y ,, dandose nuevo principio al fiado, se dió ,, tambien à las malas pagas, que luego se ,, siguieron, para cuyo remedio, y tomar ,, sobre ello congrua disposicion; por man- ,, dado del Señor Marquès de Cañete, el ,, año de 94. se hizo una junta en Potosì, ,, asistiendo, y presidiendo el Señor Li- ,, cenciado Juan Diaz de Lupidana, en la ,, qual huvo varios pareceres, diciendo ,, unos, que el azogue se estuviese en los ,, Almacenes, y que el que lo huviese me- ,, nester lo sacase, y pagase de contado; ,, previniendo, y escusandose de esta ma- ,, nera al peligro, y riesgo de la cobranza: ,, otros, que se fiase por un año con toda ,, seguridad, y buenas fianzas, y con que ,, todo su procedido huviese de ir en cada ,, Armada, con la demás plata de su Ma- ,, gestad, porque esta fue calidad, y supo- ,, sicion expresada en la prohibicion, y des- ,, pacho del dicho Señor Virrey.

26 ,, En esta conformidad se diò al- ,, gunos años, y en ellos fue siempre cre- ,, ciendo la deuda, y recargandose grandes ,, sumas, sin poderlo remediar el dicho Se- ,, ñor Licenciado Lupidana, que por su par- ,, te, y con los Oficiales Reales asistió à ,, ello con medios prudentes, y suaves, y ,, no bastando estos, con rigurosos de exe- ,, cuciones, prisiones, y administraciones ,, de ingenios contra principales, y fiadores. ,, Procuró repararlo el Señor Don Luis de ,, Velasco, y en los años de 99. y los dos ,, siguientes, con nuevo modo, y cuidado ,, cobró el valor de todo el azogue que se ,, distribuyò en ellos, con mas alguna par- ,, te de rezagos del antecedente, y fueron ,, cortos los quedexó de cobrar en los años ,, de 600. y 604. y mas cortos los de los ,, años de 605. y 606. que alcanzó el Se- ,, ñor Conde de Monte Rey, y de alli ade- ,, lante, hasta el de 614. insistiendo en ,, ello el Señor Marqués de Montes Claros, ,, se diò, y cobró de contado el azogue, la ,, mas

,, mas gran parte de rezagos, de manera, ,, que quedó la deuda de este genero al fin ,, del dicho año en solos 513U771. pesos, ,, siete tomines ensayados, siendo antes de ,, un millon, y 300U. pesos.

27 ,, La golosina, é interés del azo- ,, gue, con calidad, y no mejor, ni mas ,, cuidadosa cobranza, convidò, y obli- ,, gará siempre á los Azogueros á que con ,, instancia, importunacion, y porfia lo pi- ,, dan fiado: Y asi por estos medios en los ,, años de 15. y 16. consiguieron alguna ,, dispensacion, pero tan corta, que en am- ,, bos solo huvo de rezago 10U125. pe- ,, sos, y ocho granos. Descuidòse algo el ,, Señor Principe de Esquilache, y desde ,, alli con nuevo fiado bolviò la deuda á ,, crecer, y tomar tanto cuerpo, que no ,, estorvandolo el Señor Marqués de Gua- ,, dalcazar, llegò el año de 29. á suma de ,, un millon, y 821U459. pesos 5. 2. ,, granos ensayados. En el de 30. comenzó ,, V. Excelencia este tan grave daño á re- ,, parar con tan buenos efectos, que dispo- ,, niendo la paga de contado, y hecha pun- ,, tualmente de todo el azogue distribuido ,, en aquel, y en los quatro años siguientes, ,, se alargò tambien á cobrar de la deuda ,, atrasada, y la minoró 460U622. pe- ,, sos 7. tom. 9. granos ensayados de que ,, tengo embiado à V. Excelencia certifica- ,, cion autentica, firmada de los Oficiales ,, Reales, comprehendiendose en ella solo ,, Enero, y Febrero, primeros meses de el ,, año pasado de 635. en cuyo fin quedó ,, la deuda de rezagos atrasada en un mi- ,, llon, 377U318. pesos 4.tom. 4. gran. ,, y se vá continuando el mismo cuidado ,, para que (si no se muda el paso) se lle- ,, gue presto á terminos, que esta deuda ,, gigante se resuelva en pigmeo.

28 ,, Tambien debe advertirse, que ,, la variedad de los tiempos ha ofrecido ,, accidentes, por donde se prenda de apa- ,, rente escusa para los Señores Virreyes, ,, que han alargado la mano en fiar azogue, ,, y no apretadola en la cobranza, sirvien- ,, do asimismo de achaque, y parte de dis- ,, culpa á los mismos inferiores, que aqui ,, han pecado en ello, atropellando acaso ,, las ordenes con mala execucion, y peor ,, observancia: Digo, pues, que en tiem- ,, pos ha havido tanta abundancia de azo- ,, gue, que con ella se hizo en ellos deses- ,, timable el material, que tenemos por ,, primero, y conocemos por mas necesario ,, è importante en las Indias; rogabase en- ,, tonces con èl, deseaban los Presidentes, ,, Oydores, Comisarios, y los Oficiales ,, Reales desocupar Almacenes, viendo lo ,, poco que en ellos sirve, y lo mucho que ,, aprovecha, y hacerle tratable, y su con- ,, sumo, demás de que antes de ahora de- ,, bió de tener en su venta, y paga algun ,, aumento la Hacienda Real, como se vè ,, en que despues se ha variado, y minora- ,, do el precio.

29 ,, En un papel antiguo, y autenti- ,, co (aunque sea fuera del tiempo en que ,, voy, y salga algo del punto) me acuerdo ,, haver leido, que por fin del año de ,, 1586. Carlos Corso de Leca, descubrió ,, el beneficio del yerro, con el qual si an- ,, tes se perdian diez libras de azogue, se ,, consiguió el no perderse mas que una; y ,, que animados con esto, muchos que es- ,, taban á punto de desamparar la Villa, y ,, su Cerro, bolvieron á proseguir sus la- ,, bores, las entablaron nuevas, engrosa- ,, ron el beneficio, y se reparó una gran des- ,, poblacion, que amenazaba; y que sin ,, embargo de esto, y con todo eso, vien- ,, do el Señor Conde del Villar el poco con- ,, sumo de azogue, y porque huviese mas, ,, embió Provision para que no se usase ,, del dicho beneficio del yerro. Bien se ,, encarece con esto lo que se procuraba, ,, el mayor consumo, y aun entonces, y ,, en aquel caso, la consideracion, y razon ,, de ello, no era tan util à la Real Hacien- ,, da, como fue despues.

30 ,, Los Azogueros en tales tiempos ,, se hacian, y hicieron del rogar, pidien- ,, doles á los Ministros Reales, solo el azo- ,, gue, de que limitadamente necesitaban: ,, havia tanto, que por consumirle, y ocu- ,, parle, los importunaron muchas veces, à ,, que sacasen mucho mas, y obligados ,, del respeto, y cortesía, le sacaron algu- ,, nos con artificio; otros se valieron de la ,, ocasion; diòse à muchos, examinando ,, poco, para que le havian menester, y sin

„ tantear metales que tuviesen, huvo per- „ sonas, que sin tratar del ministerio, en- „ traron en azogue, cargandole sobre sí, „ quando no se les ofreciò cabeza de Azo- „ guero, ó soldado del Cerro, cautela, ó „ ptetexto, de que echaron mano los mas.

32 „ Todos al fin gozaron del barato, „ y con el azogue de la Caxa Real se hi- „ cieron tantas baratas, que de alli salie- „ ron compras de oficios, y ingenios, cha- „ caras, casas, heredades, y haciendas de „ tres hijas, sustento, y lucimiento de „ personas, pagas de plazos cumplidos, y „ en pérdidas hechas al juego, gastos pù- „ blicos, remedio en las execuciones, y en „ qualquiera tiempo, y ocasion recurso al „ necesitado, y tramposo; en efecto bue- „ nos, y malos, han suplido con azogue „ sus antojos, y la necesidad, y en lle- „ gando esta á su puerta, iban á la de los „ Almacenes Reales, que abierta facilmen- „ te, con mediano credito, y ménos que „ razonables fianzas, les daba fiada canti- „ dad del genero, que vendió de contado „ à menos precio: puso en sus manos la „ plata, que no hallaran, ni aun gastaran „ por otro camino. Este han seguido mu- „ chos, y tenemos á la vista varios exem- „ plares de personas que han comprado „ oficios, y no teniendo el contado para „ la Caxa, usaron de la misma traza, y la „ enteraron, quedandole por otro lado „ deudores de mayor partida.

33 „ De este abuso, y del descuido, „ y blandura en las cobranzas á sus plazos „ primeros, se han seguido los daños que „ padece la hacienda de su Magestad, con „ rezagos tan quantiosos, muchos cuerdos, „ y no pocos de los mismos Azogueros me „ lo han dicho asi varias veces, ponderando „ que con ello los pusieron manifiesto pe- „ ligro, y juzgada ocasion de mayores gas- „ tos, y mas superfluo desperdicio. (Anti- „ gua enfermedad de esta tierra,) y afir- „ mado, y sentado por cosa, resolucion, y „ conclusion cierta, que el azogue fiado ha „ sido la cabeza, y fundamento de la per- „ dicion, y empeño grande en que hoy se „ hallan, pues à veces hecha con él la ba- „ rata, remedió el aprieto, y despues fue „ inescusable otra para pagar la primera, y „ con otras de menos précio èn cada una „ abonò pocos, que perdieron por año „ veinte por ciento; asi lo he hallado escri- „ to, y me lo han dicho algunos que lo „ vieron. Y para que esto se haga verisimil, y „ lo dicho conste á V. Excelencia, conoz- „ canse las deudas de Azogueros, y se verá „ que las mas, y mayores, y casi todas son „ cargadas á la Real Caxa, y de solo este „ genero para gobernarle, ò administrarse „ en Potosí, sin duda alguna los Señores „ Virreyes deben andar con particular bru- „ jula, y atencion, vatiando medios al pa- „ so de los accidentes, porque si embian „ abundancia de azogue (que es lo que la „ Provincia requiere, y almacenes bien „ proveidos, y abiertos pata qualquiera que „ lo pida) luego se atraviesan tres, ó qua- „ tro malos Azogueros que yo conozco, y „ aunque gastan poco, lo turban, y per- „ vierten todo, y advirtiendo, y avisando „ á los demás los mueven à no pagarlo lue- „ go, y esperar á que se les fie, con que „ tratan, y entablan un expreso monepo- „ lio, y los Ministros de su Magestad vien- „ do que el azogue se estaba quedo, y el „ daño comun que de ello resulta, se ha- „ llan perplexos, titubean, y vacilan en „ la conveniencia del contado.

34 „ Si embian poco, con tiento, y „ limitacion, de modo que ambrea la Pro- „ vincia, y se evitan los dichos inconve- „ nientes, y cautela; cierto es, que se ase- „ gura el estado, porque todos, y á por- „ fia, procuran el remedio, y prevencion „ de su necesidad, sin reparar en comodi- „ dades del tiempo, ni aun del precio, „ pues ya se han visto quintales de azogue „ pagados á doscientos y cinquenta pesos „ (no en estos ultimos años, ni para bene- „ ficio de metales pobres) pero siguese de „ aqui otro mas grave perjuicio, porque „ segun el computo del azogue, se ha de „ hacer el de la plata, que con èl se benefi- „ cia, y saca, y siendo limitado, lo han „ de ser los quintos; y la demàs que que- „ da para el Comercio, y lo sienten, y pa- „ decen todos, y es la mayor calamidad „ de esta Provincia, y forzoso que cunda „ por las otras à quien ella comunica sus „ frutos. Y aunque sé, que un gran pruden- te

„ te, y practico maquinó, y con advertido „ fundamento, y particular razon, dixo, y „ juzgó importante, que en este Almacen „ anduviese escaso, y nunca sobrado el „ azogue; siempre yo serè de contraria „ opinion, y tengo por muy menores los „ inconvenientes de la abundancia, y so- „ bra, y por facil, y á la mano el expe- „ diente con que vencerlos, y allanarlos. “

35 Præter jura supra dicta, ac boni regiminis, quoad hanc speciem, seu membri rei Dominicæ principalia mandata, extant nuperæ Regiæ Schedulæ, quibus confirmatæ sunt veteres ac animosa resolutio earum exequuta, à D. Prorrege Comite de Chinchon, nempè quædam datæ anno 1633. duæ transmissæ ad eum, & una ad dictum D. Visitatorem, his verbis. „ Yendo con presupuesto, que si el azogue „ que se embia de estos Reynos, no se co- „ bra el precio de èl, con la puntualidad „ que tengo resuelto, y es tan necesaria, „ no se podrán continuar los asientos que „ hacen para la provision de él, pues „ por las necesidades presentes, es menes- „ ter acudir al remedio de ellas, con todo „ lo que viene del Reyno, sin divertirla „ en otros efectos. “ Et in Schedula ad D. Prorregem, dat. 15. Februar. dicti anni hęc verba proferuntur. „ Y asi visto lo referi- „ do, y el apretado estado de mi hacienda, „ me he conformado con vuestra disposi- „ cion, asi en quanto á que se dè el azo- „ gue de contado, como en que se vayan „ cobrando à quenta de lo atrasado, las „ cantidades que se pudieren, y en esta „ forma lo ireis continuando. “

36 Item in condita Schedula die postrema Martii. „ Y haviendose consultado, „ me ha parecido bolveros á encargar, co- „ mo lo hago, pongais particular cuidado „ en la execucion de lo sobredicho, de ma- „ nera, que se cumpla con efecto; y en nin- „ guna manera se dé el azogue al fiado, co- „ mo se solia hacer. “ Et in præfata Schedula ad D. D. Joann. de Carvajal, die 19. Aprilis, superioribus verbis repetitis, additur. „ Y asi es preciso que su valor se co- „ bre de contado, como se ha comenzado „ á hacer. Urget præterea alia dat. 27. Septembr. anno 1614. ad integerrimum, & magnum Præsidem Argentinum D. D. Didacum de Portugal, ibi: *Para que tambien se dè de contado*, de qua, & medio proposito à dicto Præside latius infra.

37 D. Marchio de Montes-Claros, in eamdem rem scribens, ac sua sensa prodens D. Principi Schilacensi in relat. status Regni Peruani, num. 92. ait. „ Guardan- „ dose la orden que dexo, de que el azo- „ gue se venda de contado, como se ha „ hecho, sin dificultad, ni menoscabo de „ la conservacion de aquel asiento. Quæ quidem observari debent ad unguem juxta á nobis tradita sup.c... quibus addimus. Obedientiam Regiis ordinibus debitam, *vinculum esse per quod Respublica cohęret, & spiritum vitalem*, ex Senec. de Clement. cap. 4. *Fulcrum rerum humanarum*, & Lips. *lib.* 2. *Civil. doct. cap.* 1. apposite Cicero, lib. 3. de legib. *Sine obedientia domus ulla, nec civitas, nec gens, nec hominum universum genus stare, ne rerum natura omnis, nec ipse mundus potest.* Huc spectat mos Atheniensium, Auctore Alex. ab Alex. *lib.*3.*cap.*5. qui damnabant reos, non si totam legem, sed vel si unam syllabam trangressi fuissent: tradunt plura, usque ad Nauseam, Dom. Valenzuela, *in discurs. stat. & bell.* 2. *part. considerat.* 2. Mastrill. *de Magistrat. lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 40. Bobadill. *in Polit. lib.* 5. *cap.* 1. Adam Contzen. *lib.* 5. *Polit. cap.*8. §. 15. D. Solorz. *de Ind. gubernat. lib.* 3. *cap.*27.*n.* 26.& 27. novissimè D. Larrea, 2. *tom. allegat. Fiscal. allegat.* 63. sub titulo, *de obedientia Regibus debita*, ubi omni jure tam naturali, divino, civili, communi, & Hispano, atque Pontificio, Principi debitam esse obedientiam, late probat: videndus luculentus tractatus de obedientia Joviani Pontani præsertim ibi: *Et quoniam natura ipsa ubique vim ostendit suam, muta animalia, & belluarum greges ductores quosdam habent, quos sequantur, cum ne gruum quidem sine duce volatus sint longiores. Ex his igitur judicare licet, tametsi Regibus parendum sit nihilominus liberos esse nos, & quamquam liberi sumus, parere tamen oportere, ut diu liberi esse valeamus. Nam ut Cicero ait: legum servi sumus, ut liberi esse possimus.* Cœcus obedientiæ minister cæteris oculatior reputatur. Musivo ore Hotar.

rat. Quaranta nuper in Cineres nostri Principis. *Numquam magis oculatus, quam cum obedientia cœcus erat. Quod inde imperandi Oracula disceret, ubi amitteret oculos, & Hispani Tauri Argus fieret, cum cœcutiret, in sceptri cuspide oculum Ægyptii possuerant, &c.*

38 Nec desunt jura municipalia, tractus nostri Perubici idem præcipientia arctissimis verbis, adhuc in nostris terminis. Quorum meminit dictus D. Præses Granatensis, *d. responsum* 51. „ No sè como lo „ erramos, teniendolo su Magestad prevenido, y mandado tantas veces, y debiendo siempre inclinarnos antes à cumplir, que interpretar las Leyes; dexo „ otras, y valgome solo de Cedulas dirigidas á esta Real Audiencia, y à su Presidente, una de 17. de Septiembre de „ 1596. tratando de la distribucion de azogue, y otros particulares, dice á la Audiencia: Yo os encargo, que de vuestra parte acudais con grande diligencia, „ y cuidado á procurar el buen asiento „ de todo, cumpliendo á la letra lo contenido en los despachos, que ahora se „ embian, porque la falta que en esto, y „ en otras cosas ha havido, ha sido por no „ cumplir como se debiera lo que se ordena, y en esta parte no se ha de admitir „ ninguna disculpa, ni réplica. Otra de „ cinco de Mayo de 619. al Señor Don „ Diego de Portugal, dice: Pues á mi solo me incumbe declararos mi Real voluntad, como lo hice por la dicha mi „ Cedula, y á vos, y á esa Audiencia la „ execucion de ello, sin lo qual todo lo „ que se ordena, no sirve sino de multiplicar culpas contra los remisos, pues viendose la necesidad, y dandose su remedio, „ no se executa como conviene. Otra de „ catorce de Agosto de 1620. á la misma „ Audiencia, dice: Y porque sirven de poco las ordenes que se dán (que siempre se „ hace con grande acuerdo, y consideracion) si no se executan, y este es el mayor daño, que ha havido en el gobierno de esas partes, de donde han resultado intolerables daños, y el principal desvelo que en mi Consejo de las Indias ha „ de haver, como se lo tengo encargado, „ ha de ser tenerle de saber, como se obedece, y cumple lo que mando, y quien „ no lo hiciere, ha de ser castigado severisimamente.

39 „ Para sobreseer la execucion de „ las tales Cedulas, solos dos casos pone, „ la de cinco de Junio de 1528. confirmada por otra moderna, que son quando „ del cumplimiento se siga escandalo conocido, ó daño irreparable; estos, ò alguno de ellos havian de concurrir, para „ que á los Azogueros les fuese licito suplicar de las Cedulas sobredichas, con „ que honestandose su quebrantamiento, „ no fuese tan torpe el alabar al transgresor, „ ni el escribir, ó firmar la Carta: los Diputados del Gremio, todos me parece „ libraràn de escandalo la accion, sin embargo de que tenga asomos, y aun calidades de la inobediencia; pero ellos afirmarán que resultaba daño irreparable del „ cumplimiento, y yo afirmo que resulta „ de la transgresion. "

40 Sunt notabilia in proposito verba cujusdam Regiæ Schedulæ 17. April. ann. 1623. ad D. Marchionem de Gelves, Proregem novæ Hispaniæ, nec non dispositum in ordinatione 25. Indiar. Consilii in novis circa implementum Regii mandati, ut supra fundavimus, nisi adsit ratio cunctandi, & replicandi ex causis proximè dictis in nupero D. Præsidis responso, quibus addenda sunt á nobis congesta, *in cap.* 30. *casu* 27. & præterea, *text. in novell.* 17. *cap.* 4. *de mandat. Princ.* ibi: *Tunc tu suscipiens quidem talem formam, non autem aliquid agens ex ea, antequam ad nos nuntians secundum præceptionem nostram suscipias, leg.* 1. §. 1. *de appellat.* ubi Ulpian. ex auctoritate rescripti Divi Pii, & ejus verbis. *Si scripserit quisquam ad nos, & illi aliquid scripserimus volenti ad sententiam nostram provocare permissum erit: si enim docuerint, vel falso, vel non ita se habere, quæ scripta sunt, nihil à nobis videbitur judicatum, priusquam contra scriptum fuerit, cap. si quando de rescript.* Symmachus de se locutus ad Theodosium: *statui, ut fides gestorum superiorum ad augusta scrinia mitteretur*, Cardin. Palæot. *de sacrar. cons. part.* 2. *quæst.* 3. Anæus Robert. 2. *judic. cap.* 11.

Qui

Qui citat singularia jura, *in leg. 3. C. de pagan. leg. 1. C. de petit. bon. sublat. lib. 10. leg. humanum, C. de legib.* cui consonat illud Senecæ, 4. *controvers.* 3. *multa nobis extorquentur, quæ nolumus scribere.* Jovian. Pontan. *in tractat. de obedientia*, an semper formulis parendum sit, ubi in materia rei Dominicæ, hæc monita præscribit. Quæ digna, ut ad litteram referantur, & observentur, prout eventus, & occasio gravis cujusvis negotii (quale est præsens) expostulaverit. *Hoc loco quæri solet, parendum ne ubique sit formulis? cum fieri possit & nonnumquam cadat, ut damno futurum sit domino, si ad præscriptum minister egerit. Item si ex relicta mandati forma magnæ forte offerantur utilitates: num commitendum sit, ut illam, quasi é manibus elabi sinat. Qua de re ab auctoribus sæpé, multumque dubitatum est: fuerunt enim, qui censerent adversus traditam semel mandati regulam nihil prorsus agendum esse, etiam si fortuna aut casus aliquis, longé commodius agi posse, polliceretur; quippé cum si parum successisset (ut pœna luenda non sit) subeunda tamen culpa esset, quæ cui non pudenti homini beneque instituto gravis, & acerba est, atque ut bene feliciterque negotium gestum esset, cavendum tamen exemplum, nec committendum, ut corrupendi mandati documentum prę̨beretur aliis; quod esset in omni re administranda pernitiosissimum. Alii judicaverunt fortunam sequendam esse, amplectendamque occasionem, quam dii immortales obtulissent, nec timeri pœnam oportere, ubi rei bene gerendę certa spes videretur, quod quodmodo sine periculo, & infamia fieri possit, vix video, cum fortunam quæ incerta est, certo imperio mutari necesse sit. Quo circa voluerunt antequam ipse aggrediare, illinc damnum, hinc emolumentum exactissimé pensitari, & quasi in trutina suspendi, innitique ratione tum licere cunctari, ubi ex eo relicto incommodi parum, utilitas vero adeo multa; magnaque futura apparuerit, & spes, quæ possit firma, certaque peragendi negotii; parum enim prudentis esse ministri, occasione non uti, dominique sibi ipsi nimis tribuentis, qui nulla, nec temporum, nec fortunę ratione habita, nisi quod semel imperaverit, & quomodo imperaverit, nihil aliud fieri omnino velit, sed & Mallius Torquatus, is qui in filium quamquam victorem securi animadvertit, deterrere cum primis potest eos, qui duri, inexorabilisque ingenii dominos habent? & Publius item Grasus, quamquam minore in re, is enim consul Asiam Provinciam tenens, cum Leucas oppugnare vellet, ad architectum quemdam Atheniensem, ut historiæ meminerunt, scripsit, imperans, ut ex iis malis qui illic essent, majorem statim ad se mitteret, velle enim arietem ex eo facere, faber, ut erat ingenio solerti, non majorem, sed quem faciendo arieti aptiorem judicabat, missit, existimans consilium quoque suum requiri. Quo facto consul arbitratus, & suam, & populi Romani majestatem despectum iri, si non opera qualis imperata esset, sed consilio dictis suis satisfierit, accersitum illum ad se, gravissimeque increpitum, virgis cædi jussit. Huic Publii Crassi consulari judicio, civiles quoque leges multis in causis consentiunt, ne quibus gerendi negotii, peragendique mandati cura tradita, ac permissa est, eorum improbitati locus, atque exemplum detur, si statutam semel rem mutare liberé atque impune licuerit: verum cum sint diversa negotiorum genera quædamque magis requirant gerentis, prudentiam quam mandantis diffinitionem, prȩsertim ubi datæ formulæ nihil particulatim præscribant, quas qui tulere impossibile est, ut quando quoque modo futura quæque res esset, aut providerent, aut definirent, tolerabile certe fuerit, si quod ex præscripti observatione futurum est damnum, in gerendis negotiis minister prohibeat, cum in administrantis domini rebus non debeat fides vacare prudentia, ac difficile sit fidelem inveniri ministrum, qui idem prudens non sit, atque industrius. Ipsi scimus in prætorio Regum Neapolitanorum, cujus multos jam annos præfecturam gerit Nicolaus Antonius Capuanus, integerrimus vir, & juris Romani consultissimus, ubi de Regio censu rationibusque cognoscitur laudari, ac probari solere ministros eos, qui quamquam adversus munerum suorum decreta utiliter tamen rem gessissent. Nam cum ferendarum formularum præcipua fuerit causa, ut recte, ut utiliter cum honestate tamen gereretur ærarium, ac neglectæ utilitatis ratio exigi soleat. Quis hoc pro loco tamen, ac pro tempore non probet?*

ubi utilitas magna ipsa præluceat, eamque speciem preseferat, quæ minimé videatur spem frustratura, in quo tamen singula sunt circumspicienda, metiendaque exactissimè, & utilitas ipsa quasi manu tractanda. Meminisseque oportet in omni ratione reddenda, non minus prudentiæ, quam fidei, obedientięque rationem habendam esse, sine quę mancæ illa esse videantur, & illud inspiciendum est, nequid omnino agatur, quod sit contra Principis ingenium, illiusque ostendat animum; est enim minimé prudentis, immo, & temerarii adversante domino audere, aut temperare aliquid, licet id futurum esset per se laudabile. Nam nec semper, nec vbique, nec apud omnes satis est rectè tantum, atque utiliter rem gessisse, & Principum negotia non ex ministrorum sententia, sed suo ipsorum arbitratu gerenda sunt: etenim miles, quamvis fortiter manum conseruit, tamen si contra Ducis Imperium cum hoste pugnavit, nonnumquam capite pœnas luit. Igitur, & hoc diligentissimè cavendum est, & probè videndum, ne qua in re liberaliter, ac magnificé agi à Domino jussum fuerit, in ea modicum se, aut sordidum, aut parum certi splendidum pro illius Imperio, minister gerat. Legimus Julium Cæsarem animadvertisse in panicerium, quod alium, quam sibi panem apposuisset convivis. Alfonsus á nitore, ac magnificentia ministros laudare consuevit, at modicos, ac sordidos stomachari, Sen. *de beneficiis, lib.* 5. *cap.* 21. *Multa legem non habent, nec actionem, ad quæ consuetudo vitæ humanæ omni lege valentior dat additum.* Congruunt tradita á Gataldino de Bencop. *in tractat. de Syndicatu, num.* 18. ubi ait, quod in quibusdam negotiis circumstantiæ, ita mutantur, ut interdum videantur ordinationes adversæ, quæ solum sunt diversæ, in quarum moderatione consistere videtur substantia, & esse magistratus. Rauden. *con.* 49. *num.* 30. & 31. *volum.* 1. Quo expectat traditum á Ripa *in leg. nemo potest. num* 15. *de legat.* 1. quoad potestatem inferiori incumbentem, immutandi legem superioris ex causa, sequitur Pinel. *in rub. rescind.* 1. *part. cap.* 2. *n.* 6. Tiraq. *in præfat. de penis temp. à num.* 27. Dueñas, *reg.* 259. *ampl.* 3. Mench. *succ. crear.* §. 6. *num.* 11. & illustrat. *lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 25. Gramm. *decis.* 36. *num.* 6. Juvat decis. texr. *in leg. Si hominem* 30. *D. mandat.* ibi: *Si procurator justam causam habuit.* Utiliter Regens Constant. *in leg. unica, C. ut armor. usus. num.* 34. constitutum refert in Regno Neapolitano Prorregi licere multa alias non permissa, *quando Princeps non posset consuli, & periculum esset in mora.*

41 At hæremus in materia, ubi arduum elligere, an hanc, in illac iter arripiendum, ut quæ nisi oculis subjecta fidelibus recté nequit gubernari, ergo *tentandus remus in undis*, ut ait Maro, 3. *Æneid.* & penso judicio licet perpendere plurimos esse, qui fallere Prorregem velint, falli autem nolint & re penitissimè cognita, & collata in comitiis ab expertis, fidis, & timoratis administris decernere, quod communi calculo convenientius appatuerit; nam quæmadmodum pictor, licet sit peritissimus nulla ratione potest in tenebris imaginem egregié pingere, sed necessario si vult pro dignitate in munere suo versari, debet lumen adhibere, quo possit ipsam picturam, omnesque illius partes penitus perspicere, colores intueri, & quid cuique parti expediat, tum oculis, tum etiam mente, & ratione percurrere, eodem modo Prorrex, seu Provinciæ Præses, quantumvis ingenii acumine, & prudentia excellat, nullo modo poterit suo officio satisfacere, immó jacebit in tenebris, si rem ipsam de qua agitur, illusque causas notas non habet, ipsa enim rei cognitio est veluti lumen, sine quo fieri non potest, ut qui Regi magis conducat, animo cernat, neque aperte utilitates, aut detrimenta distinguere videatur, quæ possunt in rem Dominicam serpere ex cunctatione, vel executione Regii mandati. Nec sufficiet habere in scriniis relationes petitas à juridicis dictæ Villæ Imperialis, & ab aliis vitis multisciis. Id enim est, ac si quis quam vellet, ut Architectus de structura suarum ædium judicium faceret, occluderetque illi januam, ne posset in illas ingredi, aut si quisquam alius pretium alicujus clarissimæ gemmæ ab artifice nosse vellet, eamque integumentis inclusam eidem ostenderet.

42 Novit hæc omnia D. Prorrex D. Franciscus á Toleto, qui ut maturé posset dis-

disponere de hac, & aliis comparibus materiis se contulit in dictam Provinciam, nec quicquam circa eas prius statuere est ausus, quam cognitor strenuus evaderet, ut declinaret rancidum proloquium, quo persuasi sumus: Non melius posse regi ardua negotia Potosiæ ex Lima, quam ex Mantua, sic Tacit. *id Agricol. Noscere Provinciam, nosci exercitur.* Cicero, 2. *de orator. ad gubernandum caput est nosse Rempublicam,* Joann. Kokier, *in thesaur. lib.* 3. *cap.* 5.

43 Cum ergo hoc sit ex negotiis præfatæ conditionis, & ponderis, nec non ex eorum natura, quibus Janalem faciem, immò, & triformem, seu lunatem indit occasio, & tempus (siquidem ut ait Tacitus *rebus cunctis inest quidam velut orbis*) aptanda sunt Politicorum præcepta. Plinii Secund. *lib. 6. Epist.* 27. *Præterea faciendi aliquid, vel non faciendi vera ratio cum hominum ipsorum, tum etiam, ac temporum conditione initur.* Huc Trajanus, *lib.* 10. *Epist.* 98. ibi: *Neque enim in universum aliquid, quod quasi certam formam habeat, constitui potest.* Stobæus, *serm.* 3. *de prudentia*, ex Aristonymi Tomariis. *Boni gubernatoris est, ventorum se mutationibus accommodare; viri autem sapientis fortunæ. Navigando gubernatori auscultandum est; vivendo illi, qui plus ratione valet.* Aristoteles dixit: *Quoniam eventus quidem rerum nostrę voluntati se haud quamquam accommodant, nos certe voluntatem eventibus accommodare oportet*, Seneca, *Epist.* 72. *Consilia rebus aptantur, res nostræ feruntur, immo volvuntur, ergo consilium sub die nasci debet, & hoc quoque tardum est nimis, sub manu, quod ajunt, nascatur.* Egregie Cardinalis Palæot. *de sacrar. Cons. part.* 2. *quęst.* 5. *Et enim, si ad humanas actiones perficiendas certo judicio, atque electione opus est, ad easque tum constituendas, tum dijudicandas ipsa accidentia negotii tantum momenti habere solent, ut ex earum varietate status rei plurimum immutetur ac deliberatio, si qua capienda sit, inde potissimum pendere soleat; quis ausit de arduo negotio circunstantiis omnibus spoliato, & tamquam corpore membris lacero, certum sibi consilium, constansque judicium polliceri?* Tandem diversitas status Reipublicæ diversitatem gubernationis exquirit. *leg. Leo in sua constitut.* 47. *Imperatoria.* Et ex mente, & verbis Ulpiani, *in leg.* 13. *D. de Procurat.* dicere licet hæc ex eorum numero, & pondere esse, *quæ neque passim admittenda sunt, neque districtè deneganda, sed à Prætore causa cognita temperanda.*

44 Quæ quidem velim attendi, ut licet arctè prohibitus sit hydrargirus fiduciarius, arte utendum sit juxta accidentia, & veluti habens nunc strictis, nunc laxis flectendum tantum negotium; nam veluti in arena conserunt manus, hac summum jus, illac summa æquitas, qui quidem concursus, nec inauditus, nec novus si fides danda Symmacho, *lib.* 1. *Epist.* 38. *facit plerumque ratio, aut fortuna causarum, ut in controversiis alter æquitate, alter jure nitatur.* Refutato tamen in eo ab Antonio Fabro, *in jurisprud. lib.* 1. *tit.* 1. an cum ratione viderit, qui aliquando cedere juris rigorem æquitati deprehenderit, *ex leg. Pannonius* 86. *de acquirend. vel omittend. hęred.* ibi: *Quod, & hic humanitatis gratia obtinendum est, leg. fin. D. de interdict. & relegat.* ibi: *Quod verò pie legastis liceat vobis, &c.* Vulgaris text. *in leg. placuit. C. de judiciis*, ubi novissimé D. Augustin. Barbosa, scite, & laté, *leg posthumus, de injust. rupt.* Plinius 2. *lib.* 5. *epist.* 7. *Hoc si jus aspicias irritum, si defuncti voluntatem ratum.*

45 Quare strictum jus dictæ prohibitionis flecti aliquando posset, emollirive quibusdam adhibitis temperamentis, sed levi, suspensoqué, ut ita dicam, brachio ex mente, & arbitratu dicti D. Præsidis Granatensis concurrentibus nempé, ac observatis circunstantiis, quæ sequuntur, ne in ordinata distributio arcessat injurias, nam ut ait Cassiod. 6. *var.* 18. *non minor laus est dispensationem probabilem facere, quam frumenta colligere.*

46 Primum: Dummodo adsit copia, & ubertas hujusmodi speciei in horreis regalibus, abundantia enim plurima extorquet pro exulanda penuria, & necessitate; planaque facit, & plena multa difficilia, & vacua, Cassiod. *ubi supra*, plura Lipsius, *in notis ad Panegyric. Trajan. num.* 253. verbo, *non sensisset urbis annona*, Petrus

Ærod.

Ærod. *lib. 9. rer. judicat. tit.* 4. *cap.* 5. Besold. *in considerat. politic. de vit. & mort. cap.* 2. *num.* 11. Buleng. *de vectigal. cap.*8. *& sequentib.* Avendañ. *de exequend. mand. lib.* 1. *cap.* 19. *à num.* 36. Mexia, *in taxa panis*, *cap.* 1. *num.* 56. Matienz. *leg.* 20. *tit.* 11. *lib.* 5. *Recop.* Quærendus enim est in hac copia, non tam cusros, quàm debitor, juxta illud Senecæ *ut negotieris æs alienum, fac.* At non omnes admittendi sunt ad hujusmodi creditum, sed idonei, & faciles, non autem obærati nimis, & inopes, ne inanis fiat actio Fiscalis debitorum inopia, juxta legale dicterium, & illud Martialis.

Sexte nihil debes, nihil debes sexte, fatemur.
Debet enim si quis solvere sexte potest.

Aut ne cogatur Fiscus desperatam solutionem in invitam, & pené inexcusabilem remissionem debiti convertere, secundum tradita à D. Luc. *cap.* 17. ibi: *Duo debitores erant cuidam fœneratori: unus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta, non habentibus illis, unde redderent, donavit utrisque.* Non equidem Rex, *reposcit fœnus*, ut ait Plin. 2. *in panegyric. putet tamen debitor esse solvendum fallacemque unius anni fidem omnibus annis, tanto magis, quia non exigit, excusset.* Nec ut ubertas, aut abundantia operari valeat, *frumentum publicum* (utor Senecæ *dict. lib.* 4. *de benef.*) *tàm fur, quam perjurus accipiant, & sine discrimine morum, quisquis civis est.* Non enim digni sunt, hoc genus homines abutentes dicta specie, ur eis indulgeatur, juxta illud Cassiodor. *Quia gratior nobis est lætitia faventis populi, quam copia pretiosissimi metalli.* Quo expectat Ambrosius, qui non tam *metallorum animas, quàm hominum* curandas monet. Nec ærarium Principis exsuccum, & ad levandas publicas necessitates paratum habet aurum, ut spargat, sed ut servet. De Ecclesiæ ærario non de alio dictum est ab Ambrosio, *cap. aurum* 12. *quest.* 2. *Aurum Ecclesia habet, non ut servet, sed ut eroget, & subveniat.* Nam ut prosequitur Anæus Robert. 2. *rer. judicat. cap.* 2. *Ecclesiæ, & terræ diversa est in auri custodia ratio; terra aurum in visceribus suis abscondit: Ecclesia aurum non defodit, sed spargit*, unde Div. Hieronym. *Epist. ad Nepot. Optimus dispensator est, qui sibi nihil reservat.* Princeps autem Laicalis continuo in angustiis rei familiaris constitutus potius frugalis, quam eversor desideratur. Metallariorum namque, qui adumbratas divitias profitentur assiduas, & impottunas hydrargiri postulationes eadem oratione amovere, & rejicere possumus, qua Tiberius Hortalum, Nepotem Hortensii, qui indigentiæ suæ levandæ poscebat, *si quantum civium est venire huc, & petere pecuniam cœperint, singuli numquam exsatiabuntur, Respublica deficiet. Alia enim conditio est in credito, alia in beneficio pecuniæ, etiam male creditæ exactio est, & appellare debitorem ad diem possum, & si foro cesserit, portionem feram: beneficium, & totum perit, & statim*, Senec. *de benef. lib.* 4. *cap.* 39. Ergo ne illud accidat sparso hydrargiro in terram infrunitam, servandum est, ne deficiat dignis operariis, & idoneis emptoribus, ut abundè eruatur argentum, quo cuncti in communi ditantur, & proficiuntur.

47 Nec possum ferre quod à quibusdam effutiri audio circa incommoda, quæ obtrusa somniant ex argenti copia producti, & elargiti á fodinis Indianis, nam Besoldus ex aliorum auctoritate, hæc reliquit scripta: *Jam post detectas Indias, vix emi posse solidis decem, aut duabus unciis ejusdem ponderis, & probitatis, suntque ideo, qui putent satius futurum fuisse, si Peruani illi aurum, & argentum suum servassent, ac nobis majorum nostrorum reliquissent frugalitatem.* In dissert. Politic. *de vita, & mort. cap.* 2. *in fin.* Sunt in eadem sententia Laurent. Capelloni, *lib.* 3. *Ragionamenti varii, cap.* 121. D. Larrea ex Mariana, & aliis, *decis* 11. *á num.* 22. 1. *tom.* & *decis.* 74. *in fin.* 2. *tom.* Quasi vitium, seu culpa, abutentium, vitium, vel culpa sit rei ipsius. Divitiæ enim Americæ per se non malæ, sicuti nec sunt, nec fuere aliæ cujusvis orbis; sunt enim argentum, & aurum ex indiferentibus, immò propensiora in bonam, quàm in pravam partem; argutè quidem P. Joann. Euseb. Nieremberg. *lib.* 2. *Sigal. Ferrum malum non est, sed habentem ad rixas, ad vindictam ad malum reddit faciliorem. Divitiæ malæ non sunt, sed possessores*

ad

ad vitia irritant, laciniosę vestes cursum corporis impediunt, nimiæ opes quietem animi. Tandem occurrit Georg. Agricol. *lib.* 1. *de re metallor. fol.* 11. his telis. *Itaque aurum, & argentum primo vocant pestes hominum, quod possessoribus interitus, & exitii causa sint, hoc autem modo, quę tandem res, quam possidemus pestis humani generis non dicetur, an equus, an vestis, an denique aliud simile? Vectus in equo insigni, aut viator bene vestitus causa latronis fuerit, ut ab eo occideretur; num igitur in equis non vehimur, sed pedibus iter facimus, quia prædo cædem fecit, ut raperet equum? aut num vestiti non prodimus, sed nudi, quia grassator ferro vitam viatori eripuit, ut eum spoliaret veste? & alibi idem auctor ait, pecunia est bona, qui ea bene utuntur, dat damnum, aut malum, qui male,* sic Horat. *Imperat, aut servit collecta pecunia cuique.* Apposité Imperator aliud agens, *non enim res delinquit, sed persona.* Melius omnibus Seneca, *Epist.* 87. *Erratis qui incommoda divitiis imputatis, illę neminem ledunt, aut sua cuique nocet stultitia, aut aliena nequitia, &c. Quia magistratus, & prodesse, & obesse potest, ideo damnabimus ipsum munus?* Cassiodor. 7. *var.* 14. Sed ex hoc diverticulo ad viam redeundo: secundum requisitum quo moveri potest dispensator hydrargiri præstat idoneitas, atque securitas quorundam minerariorum, qui semper implicati metallo, & labori addicti strenué operantur, & consumpto hydrargito in opere destinato, & mixtione metallica, reddere possunt fructus, & habere unde solvant divenditum, & deinceps aliud promereri; his enim succuri oportet, sub spe, haud dubia solutionis, ex ratione text. *in leg. si quis* 16. *C. de omn. argum. disert. lib.* 11. ibi: *Quoniam nimis absurdum est, eos, qui nobis hortantibus fundos inopes, atque egenos magno labore impenso, aut exhausto patrimonio meliorare potuerunt, &c.* Sempetque menti infigenda, in hac distributione consulerem, requisita fere in terminis *ab leg. Justiniano, in Edict.* 13. *cap.* 10. ibi: *Non enim quemquam præter hæc hominibus in quamque causam delectis fidem publicam dare concedimus, pręterquam si quis in hoc fidem publicam capiat, ut in publico versetur, & intra certos dies quidquid debet, omnino Fisco persolvat, aut sufficientem tractoribus cautionem præstet.*

48 Cæterum ad hęc non multitudo numerosa iners, vel ignava admittenda est, *leg. si quis, C. de domestic. lib.* 12. ibi: *Indignum quippe est, desides à propriis muniis aberrantibus, quos, & esse convenit adsiduos numerari*, sed pauci laborantes si non sint plures, juxta monitum Justinian. *in novell.* 10. *Multitudo enim numerosa, nihil habet honestum, quoniam paucis ex multis, quæ secundum virtutem est, vita salvatur.* Suadent idem Impp. Theodos. & Valent. *in leg. fin. C. de Agricol. & mancip. lib.* 11. ibi: *Sed alii quoque duo, vel plures.* Non unus tantum admittendus est, (nisi optimorum sit exilis annona) ex judicio dictorum Impp. ibi: *Quoties alicui colonorum agrum privati patrimonii nostri placuerit venundari, non unus tantum, &c.* Ubi enim imminent pericula procellosi maris, non una capiat navis totum thesaurum, sed divisum singulæ naves, quo expectat Plinius, 2. *lib.* 3. *Epist.* 19. attentus curæ rei familiaris. *Inest huic computationi sumptus suppellectilis, sumptus atriensium, topiarorum fabrorum, atque etiam venatorii instrumenti: quæ plurimum refert, unum in locum conferas, an in diversa dispergas. Contra vereor, ne sit incautum rem magnam iisdem casibus tempestatibus iisdem subdere. Tutius videtur incerta fortunę possessionum varietatibus experiri.* Tumque pro modo laboris, necessitatis, & quantitatis metallorum distributio erit exequenda, alias excessus superflui periculo cedat dispensatoris. Optimus text. *in leg.* 1. *C. de mancip. & colon. patrimon. lib.* 11. ibi: *Tantumque ex eis colonis impertiatur, quantum culturis eorum agrorum sufficere manifestum est, quos ipsi colunt, pro modo autem superflua irrigationis.*

49 Tertió, cavendum est, ut pro modico tempore, nec in enormem quantitatem fiduciaria hæc distributio fiat, sub cautione, tamen, & fidejussione idonea, nec uni plus veneat, quam ejus suppetant facultates, & sumptus, ne ingravetur, nam ut ait lex 13. §. 6. *de usufruct. sumptus, & apparatum quos quis ferre potest, alius sustine-*

Rr

nere non solet, & plerique *tenues*, *& exhausti sunt*, *leg. rescript. 6. de muner. & honor.* Plurimumque interest: *intra constituta tempora, in nulloque prorsus illa transgressos officiales Regios exactionem peragere, ne debitorum anteriorum, gravitas rationis impedimentum inferat; quod rursus solemnem illationem impediat*, ut cum Justiniano loquar, *in Edict.* 13. *cap.* 23. *num.* 1. scitum est enim *optima nomina, non apellando fieri mala*, ut dixit fœnerator Alphius Columell. *lib.* 1. Horat. *ad* 2. *in fin.* ubi Levin. Torrent.

50 Hoc inito distributionis modo, & res fisci agetur, & privatorum merentium negotium, & observato, & in arcis retento hydrargiro, nec distributo nisi merentibus, argenti erit copia, veri metallari habebunt assidua adjumenta, & laboris præmia, senes, & oberrantes ad opus metallicum invitabuntur, vacabuntque fossili ministerio, non rixis, prædis, vel seditionibus, imbibita doctrina Cnei Martii, *qui frumento magno pretio dandum populo curavit, ut hac injuria plebs agros, non seditiones coleret*; Auctore Plin. 2. *de viris illustr. cap.* 19. Exterminabitur abusus intolerabilis nundinatio continua argenti vivi, luxuries inmmunda, superbia ventosa, impendium enorme, lusus immodicus, dos inofficiosa, largitio profusa, & alia vitia, quæ rigat damno Regis inordinata distributio, nam plurimis ex horum grege aptatur illud Senecæ, *Epist.* 87. *Late possidet, sed multum debet, habet domum formosam, sed alienis nummis paratam; familiam nemo speciosiorem producet, sed nominibus non respondet; si creditoribus solverit, nihil illi supererit. Divitem illum putas, quia aurea suppellex etiam in via eum sequitur, quia in omnibus Provinciis arat, quia magnus Kalendarii liber evolvitur, quia tantum suburbani agri possidet, quantum invidiose in desertis Apuliæ possideret, & cum omnia dixeris, pauper est: quare? quia debet: quantum inquis? omnia.*

51 Exercitatio itidem honestissima in rem valde proficuam, & utilem in dies augebitur otio exulato, & labore admisso á multis, qui quæstum commentitium collocant in emptione argenti vivi fiduciaria, ut graviori oneri irretiti suspirent, illud venundantes majori pretio, quam acceperint á distributoribus incautis; labor non in curia eos faciet participes tantæ speciei, ac in Villa, & Populo variis, & oppositis humoribus valetudinario aptior, hæc erit medela quam Hippocratica, grave enim Reipublicæ est, vel unum alere otiosum. Xenoph. 1. Pædiæ Cyri. Catul. *num.* 52.

Otium, & reges, simul, & beatas perdidit urbes.

Unde Beat. Hieronymus ad Rusticum, *cap. numquam* 33. *de consecrat. distint.* 5. *Facito aliquid operis, ut semper te Diabolus inveniat occupatum, vel fiscellam texe junco, vel canistrum lentis plecte viminibus. Apum fabricari albearia, texantur, & lina capiendis piscibus; scribantur libri, ut & manus operetur cibum, & animus lectione saturetur.* Apost. *ab Thes. cap.* 4. sane si otiosi, & divagati sub imagine metallariorum inquirantur, maxima sæpe scelera deteguntur: nemo enim præsumitur vivere de vento, *leg. fin. C. de alim. pupill. prest.* in locis enim minerariis malim hominem, talpinum animal imitari, ex voto Cassiod. & aurea comparatione utriusque, aut æmulari, cochleas de quib. Sym. *lib.* 2. *Epist.* 4. *dum sitiunt, ait, atque illis de cœlo nihil illiquitur succo proprio victitare.* Quam psedomelissas alieni mellis rapaces, aut cornices alienæ plumæ spolio supervientes. Sed de otiosis allegandis plura, apud Simanc. *de Repub. lib.* 8. *cap.* 27. Azeved. *in leg.* 1. 2. & 3. *lib.* 11. *tit.* 8. *Recop.* Bobadill. *lib.* 2. *cap.* 13. Peguer. *in quæst. crimin. quæst.* 3. & 4. Gregor. *in leg.* 4. *tit.* 20. *part.* 2. Avendañ. *de exequend. mandat.* 2. *part. cap.* 6.

52 Paratis tandem hominibus ad laborandum succurri, sed caute, non erit inconveniens, nec sine exemplo laudabili. Nam Alex. Severus fœnus publicum triencarium exercuit, pauperibusque plerisque, sine usuris pecunias dedit ad agros emendos, reddendas de fructibus *Lampridiis*, sicque cavetur nec tenues urgeantur, aut suppellectilis distrationem alienissimo tempore ac loco patiantur. Magnifice Tiberius, cum olim multi fortunis spoliarentur, multi fama ac dignitate deciderent, opem promptam

tam tulit disposito per mensas millies sestertia, factaque mutandi copia, sine usuris per triennium si debitor populo in duplum prædiis cavisset. Sueton. *in vita*, *cap.* 48. Nec non Octavianus. Imper. Quoties ex damnatorum bonis pecunia superfluere, usum ejus gratuitum iis, qui cavere in duplum possent, ad certum tempus indulsit. Cujac. 5. *observat. cap.* 38.

53 Nec minoris pietatis Ærarium nostri Regis, quàm eorum, siquidem nullum lucrum, vel usuras ab emptoribus hydrargiti requirit, immo magis emeritum existit, quando multo labore, & impendio parat ejus copiam, & curat de ejus providentia, eodem pretio ab ipso præstito contentus, nam in oculis habet utiliratem vassallorum, maxime utilium, & incommune bonum operantium, ut sup. *cap.* 17. *cas.* 15 Illi enim veluti servi publici, sunt additi publico operi metallico: *argentum quærunt in sua natura non per bellum, intrant in penetrale telluris, vivunt sine supernis*, Cassiod. *Intrant pauperes, exeunt divites, descendunt divites, ascendunt pauperes*, sustinent rotas molares vario eventu, & fortuna, nunc sursum, nunc deorsum sortem adversam, vel prosperam experiuntur. Inhabitant hospitia Plutonis Secretaria, & scrinia terræ perscrutantur. *Demissi in profunda, explorant, quæ ubertas, quis status, an aliquid futuris reliquisset vetus avaritia; descendunt cum multo lumine, & multus durant dies: deinde longa via fatigati vident flumina ingentia, & conceptus aquarum vastos*, Senec. *lib.* 5. *natur. quest. cap.* 15. *Quærendis venis argenti, unde sibi tenuis fructus, semper intenti*, Tacit. 11. *ann. Exerend. invigillant metallis noctu, diuque, ut latentia nature bona in usum arcessant, & parent innoxias nullo paupere divitias*, Lat. Pacat. *ad. I. Theod.* incolunt assiduo ararro montem argenteum, & mihi patrium villæ vetre Imperialis, cujus olim Pater meus uti Correctot Regius habenas gubernavit, de cujus divitiis curiosi, & invidi exteri agunt, Besold. *in Thesaur. pract. litt. D. num.* 31, Laect. *de nov. orb. lib.* 11. *cap.* 9. post D. Solorz. & alios ab eo citatos, *de Indiar. gubern. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 13.

54 Sunt absque dubio, fuereque variis mundi regionibus fodinæ magni nominis, ob partas divitias ex suis visceribus, & in primis se offert famigerata illa Thuschiæ adjacens, de qua Virg. lib. 10. Æneid.

Insula in exhaustis Chalybum generosa
metallis.

Unde Plinius *Venaria insula*, ob copiam venarum metalli, in quibus metallicus sanguis continetur, *leg. si usufructus*, 13. §. *unde quæsitum, de usufruct. leg. cunct.* 3. *C. de metallor. lib.* 11. sic *vena lapidea, vel ferrea*, Barth. *in leg. venditor*, §. *si constat D. commun. prædior.* liquet ex Cicerone, *lib.* 2. *de nat. Deor. Nos æris, argenti, auri venas penitus abditas invenimus*, *Venæ putei* dicuntur ab Ulpiano, *in leg. fluminum* 24. §. *etiam videmus* 12. *de damn. infect. venę quoque* de arboribus dicuntur, teste Plin. *lib.* 16. *cap.* 38. *Gemmarum divites venas*, Cassiodor. 5. *var.* 40. Amathunte Cypri Civitas extollitur uti metallifera ab Ovidio, *lib.* 10.

At si forte Reges fœcundam Amathunta
metalli.

De Themesi Cypri urbe Statius *lib.* 1. *Sylv.*

Et queis se totis Themese dedit hausta
metallis.

Ovid. *lib.* 5. *Fastor.*

Rursus aquam tangit Themeseaque
concrepat æra.

De Luna urb. Ethruriæ Stat. *lib.* 4. *Sylvar.*

An ne me alliferę reperit jam mœnia
Lunæ.

De Bretan. Tacit. *in Agricol.* ubi laté de auro, & argento, quod præmio, & gratulationi victorum deservit, & de unionibus, quæ ibi colliguntur Possidonius dicere solebat, Plutum Deum opulentiæ habitare subterranea Hispaniæ, uii metallorum auri, & argenti feracissimæ, unde Claudianus.

Principibus fecunda piis pretiosa me-
tallis.

Et Plin. *lib.* 33. *cap.* 6. ait. *Mirum adhuc per Hispanias, ab Annibale inchoatos puteos, durare sua ab inventoribus nomina habentes ex queis bebello, appellatur hodie, qui trecenta pondo Annibali subministravit in dies, ad mille quingentos, jam passus cavato monte, per quod spatium Aquitanni stantes diebus, noctibusque egerunt, aquas lucernarum mensura, amnemque faciunt.*

De

De celebri fodina Scaptensulæ Lucretius, *lib. 6. de Proconæso, & Gypso*, *Novell.* 21.

55 Verum nostræ Potosiæ inter omnes extollit caput, quantum lenta solent inter biburna cupresi. Eleganter de ejus laude, nec non muniis, ac meritis ejus metallariorum, D. Prorrex Marquio de Montesclaros, hæc in capite 60.& 61. suæ relationis.

56 ,, Potochi antes, ahora Porosí, ,, palabra antigua, no sabemos tenga sig- ,, nificacion particular, es el nombre pro- ,, pio del Cerro donde están las minas, ,, de alli le tomó la Villa, que por haver- ,, se fundado en tiempo del Emperador ,, nuestro Señor, se llama Villa Imperial; ,, está sitiada por la banda del Norte. Es ,, alto el Cerro, grande, redondo, bien ,, hecho á lo que parece de afuera, aunque ,, de cerca tiene sus desigualdades, remata ,, arriba en punta, y en ella hay una Pla- ,, za llana, de buen tamaño, casi en for- ,, ma circular. Arrimado, y algo incorpo- ,, rado por la misma banda del Norte tiene ,, otro Cerro mas pequeño, respecto del ,, primero, y tan semejante à él, que de- ,, cian los Indios era su hijo, y asi le lla- ,, man hoy guayna Potosì, que en su len- ,, gua dice, Potosí el mozo. Este padre, y ,, este hijo es el erario tan conocido, y fa- ,, moso de rodas Naciones, el deposito de ,, los bienes que las han enriquecido, el ,, Norte principal de sus Navegaciones, el ,, Santuario de universal devocion á Infie- ,, les, y Catholicos; y finalmente en estos ,, Reynos la yedra, que aun mismo tiem- ,, po come la pared, y la sustenta, que es- ,, ro es poblar con sus tesoros lo que con ,, sus trabajos vá arruinado á largo paso.

57 ,, De proposito he dexado para es- ,, te lugar hacer mencion á V. Excelencia ,, de los Mineros, otros vasallos los mas ,, fructuosos, que su Magestad tiene en es- ,, te Reyno, cuya conservacion merece el ,, principal cuidado de buen Gobernador; ,, son, pues, los que con su trabajo, y ,, porfia han sacado, y van sacando de las ,, entrañas de la tierra, embuelto en su pro- ,, vecho el tesoro, y materia, de que po- ,, demos decir se renovó la Corona de Cas- ,, tilla tan gastada, y estrecha, por uso de ,, tantos años, que pudiera mal sin este ga- ,, xo lucir, y abrasar sienes de la sobera- ,, nía de tal Monarca. Comunmente los ,, llaman Mineros, porque son Minas el ,, lugar que encubre este deposito; solo ,, en Potosì dexan los dueños principales ,, aquel nombre á sus Mayordomos, y Cria- ,, dos, tomando ellos para sí el de Azogue- ,, ros, y dueños de hacienda, obra mucha de ,, esta gente, esparcida en diferentes pues- ,, tos donde buscan los metales, y juntamen- ,, te su fortuna. "

58 Sed quid mirum, si ab anno 1556. quo incœpit hic mons celeberrimus labori fossili respondere, rivos argenti, immó maria divitiarum inexhausta ediderit, tamquam fons primarius, & perennis argenteus, quibus totum terrarum orbem irradiavit, siquidem ex authentico liquet sequens annua computatio.

59 ,, La gruesa de plata, de que se ,, han cobrado los derechos de ensayador, ,, fundidor, y marcador, y quinto, que ,, todo se ha incluido en una cuenta, y ,, cargo por Hacienda Real, ha montado ,, en el tiempo referido, en quanto á esta ,, Caxa de Potosí, lo siguiente, en esta ,, manera.

Gruesa de plata que se ha quintado.		Derechos pertenecientes à su Magest.
1.m.267Ɖ144.p.2.t.	El dicho año de 1556. valieron los dichos Quintos Reales, de plata ensayada, y marcada 263Ɖ566. p. ensayados, de á quatrocientos, y cinquenta maravedis su gruesa, al respeto que queda dicho fue 1.m.267Ɖ144.p.2.t.	263Ɖ566. p.
72Ɖ830.p. 7.4.	El dicho año de 1556. valieron 3Ɖ 575. mar. 1. onza de plata corriente, que á cinco pesos cada uno valen 17Ɖ 875. p. y estos dando 118. de ellos al 100. de pesos ensayados son 15Ɖ 148. p.	15Ɖ148. p. 6.8.

	p. 6. t. ensayados, que tienen por	15U148. p. 6. 8.
	gruesa 72U830. p.7.4. gr. ensayados.	
	Y porque hasta aqui por estos dos	
1. 339U975.p. 1. 4.	generos de plata, ha sido necesario ha-	
	cer monto, y es prolixo llevarlo hecho	278U714.p.6.8.
1. 339U975.p. 1. 4.	el de quinto, y gruesa de los veinte y	
	dos años precedentes, le hacemos	278U714.p.6.8.
	aqui por mayor, como se sigue.	
1. 392U893. p. 1.1.	El siguiente de 1557. gruesa y quinto.	289U721.p.7.2.
1. 150U597. p. 1.4.	El año de 1558. valieron,	239U324.p.1.9.
1. 120U865. p. 5.7.	El año de 1559. valieron,	233U104.p. 7.
1. 136U911. p. 4.	El año de 1560. valieron,	236U477.p.8.9.
1. 205U963. p. 3.7.	El año de 1561. valieron,	250U840.p.3.
1. 268U769. p.	El año de 1562, valieron,	263U903.p.7.8.
1. 337U689. p. 2.8.	El año de 1563. valieron,	278U239.p.3.7.
1. 177U727. p. 6.6.	El año de 1564. valieron,	244U967.p.2.4.
1. 545U727. p. 2.9.	El año de 1565. valieron,	321U511.p.3.
1. 444U858. p. 7.8.	El año de 1566. valieron,	300U530.p.5.4.
1. 240U005. p. 7.9.	El año de 1567. valieron,	257U921.p.2.4.
1. 184U304. p. 4.1.	El año de 1568. valieron,	246U342.p.10.
1. 129U414. p. 6.5.	El año de 1569. valieron,	234U918.p.2.3.
967U572. p. 3.7.	El año de 1570. valieron,	201U255.p. 7.
791U380. p. 3.2.	El año de 1571. valieron,	164U607.p.1.
643U678. p. 4.8.	El año de 1572. valieron,	133U885.p.1.3.
698U393. p. 6.5.	El año de 1573. valieron,	145U265.p.7.2.
932U824.p.1.10.	El año de 1574. valieron,	194U027.p.3.4.
1. 229U245. p.5.8.	El año de 1575. valieron,	255U683.p.1.
1. 618U889. p. 2.6.	El año de 1576. valieron,	336U766.p.2.10.
2. 128U337. p. 4.6.	El año de 1577. valieron,	442U798.p.1.9.
2. 454U122. p.	El año de 1578. valieron,	510U457.p.3.
29. 140U683.p.6.9.		6. 061U299.p. 6.10.

Monta la gruesa de los dichos veinte y tres años, veinte y nueve millones ciento y quarenta mil seiscientos y ochenta y tres pesos, seis tomines, y nueve granos ensayados. Y aunque su quinto, cobrando al respeto de los veinte y quatro quintos por ciento, montaba seis millones sesenta y un mil doscienros y sesenta y dos pesos, tres tomines ensayados, se cobraron seis millones, sesenta y un mil doscientos y novenra y nueve pesos, seis tomines y diez granos, y la demasia es treinta y siete pesos, tres tomines, y diez granos ensayados, de à quatrocientos y cinquenta maravedis, y esta causó el cobrar algun maravedí, ó maravedis mas en cada partida, de las

que en el dicho tiempo se quintaron, y se pone esta razon para que el curioso que quisiere hacer la quenta, hallandola errada, no tenga á novedad, ó variedad el yerro de ella.

3. 243U479. p. 3.5.	El año de 1579. valieron,	674U643.p. 5.10.
3. 555U706. p. 2.	El año de 1580. valieron,	735U426.p. 7.3.
3. 795U980. p. 1.6.	El año de 1581. valieron,	789U563.p. 7.
4. 051U596. p. 6.	El año de 1582. valieron,	842U732.p. 1.
3. 631U150. p. 7.8.	El año de 1583. valieron,	755U279.p. 3.3.
3. 613U699 p. 3.6.	El año de 1684. valieron,	751U649.p. 3.11.

El año de 1585. valieron los quintos Reales 940U895. pesos ensayados, y hasta el quinto de dos de Abril incluso, se cobró á los 20. y quatro quintos por ciento, que al principio queda dicho, y montaron con el del dicho dia dos de Abril 223U911. pesos, 25. granos ensayados, y su gruesa fue 1. m. 076U496. p. 5. tomines ensayados.

Y en el quinto de 6. de dicho mes, en virtud de Cedula Real, despachada en ocho de Julio de setenta y ocho, para la Nueva España se entabló en esta Caxa la quenta y cobranza á uno y medio por ciento, y del resto el quarto, como siempre se ha hecho, que sale á veinte y uno y medio pot ciento, y hasta fin del dicho año valieron en esta forma 719U983.pesos 5. tom. 7. granos ensayados mas, y su gruesa es 3. m. 396U149. p. 2. gr. ensayados; y toda la del dicho año por los dichos 943U895. p. de quinto, 4. m. 472U646. p. 1. 2. ensayados.

El año de 1586. valieron 900U920. p. 7. 4. ensayados, procedidos de plata labrada, queda al decimo, y la gruesa 4. millones, 355U960. pesos, 2. tomines, 11. granos.

3. 576U929.p. 7.8.	El año de 1587. valieron,	758U309.p. 1.3.
4. 204U997.p.2.10.	El año de 1588. valieron,	891U459.p. 3.6.
4. 575U915.p. 9.	El año de 1589. valieron,	970U094.p.
4. 149U342.p. 4.7.	El año de 1590. valieron,	879U660.p. 5.
4. 557U533.p. 1.4.	El año de 1591. valieron,	966U197.p.3.
4. 603U991.p.6.	El año de 1592. valieron,	976U046.p.2.
4. 630U695.p.6.	El año de 1593. valieron,	982U979.p.4.
4. 093U675.p. 7.2.	El año de 1594. valieron,	867U899.p.2.4.
4. 542U073.p. 2.5.	El año de 1595. valieron,	962U919.p.4.4.
4. 282U366.p.4.10,	El año de 1596. valieron,	907U861.p.5.10.

El

3. 955ϑ022.p. 4.4.	El año de 1597. valieron,	838ϑ464. p. 6.3.
3. 823ϑ642.p. 4	El año de 1598. valieron,	810ϑ612.p. 1.9.
3. 886ϑ847.p. 1.9.	El año de 1599. valieron,	824ϑ011.p. 4.11.
3. 788ϑ981.p. 4.5.	El año de 1600. valieron,	803ϑ264.p. 9.
4. 309ϑ513.p. 6.7.	El año de 1601. valieron,	913ϑ616.p. 7.6.
4.431ϑ035.p.4.11.	El año de 1602. valieron,	939ϑ379.p. 4.5.
4. 315ϑ395.p. 4.9.	El año de 1603. valieron,	914ϑ363.p. 6.11.
3. 668ϑ327.p.2.10.	El año de 1604. valieron,	820ϑ085 p. 3.2.
4. 470ϑ394.p. 3.8.	El año de 1605. valieron,	947ϑ723.p. 5.
4. 185ϑ526.p. 6.4.	El año de 1606. valieron,	887ϑ331.p. 5.6.
4. 126ϑ253.p. 1.8.	El año de 1607. valieron,	874ϑ765.p. 5.6.
3. 501ϑ562.p.7.	El año de 1608. valieron,	742ϑ331.p. 1.4.
3. 303ϑ780.p. 4.1.	El año de 1609. valieron,	700ϑ401.p. 3.9.
3. 324ϑ329.p. 2.8.	El año de 1610. valieron,	704ϑ757.p. 6.7.
3. 789ϑ050.p. 4.2.	El año de 1611. valieron,	803ϑ278.p. 5.9.
3. 878ϑ448.p. 1.4.	El año de 1612. valieron,	822ϑ231.p. 1.1.
3. 502ϑ901.p. 2.2.	El año de 1613. valieron,	742ϑ615.p. 7.
3. 703ϑ415.p.6. 9.	El año de 1614. valieron,	785ϑ124.p. 1.4.
3. 950ϑ523.p. 6.7.	El año de 1615. valieron,	837ϑ511.p. 5.
3. 668ϑ140.p. 4.1.	El año de 1616. valieron,	777ϑ645.p. 6.4.
3. 126ϑ591. p. 7.	El año de 1617. valieron,	662ϑ837.p. 3.10.
3. 095ϑ475.p. 1.	El año de 1618. valieron,	656ϑ240.p. 5.10.
3.233ϑ965.p.1.10.	El año de 1619. valieron,	685ϑ600.p. 5.1.
3. 119ϑ786.p.10.	El año de 1620. valieron,	661ϑ394.p. 6.3.
3. 206ϑ254.p.	El año de 1621. valieron,	679ϑ725.p. 6.10.
3. 188ϑ629.p.	El año de 1622. valieron,	675ϑ989 p. 2.10.
3. 160ϑ745.p. 5.8.	El año de 1623. valieron,	670ϑ078.p. 9.
	El año de 1624. valieron 672ϑ305. p.7. tom. 7. gran. ensayados, en que entran 4ϑ494. p. 2. tomines de á 12. reales y medio, que procedieron de la plata labrada, quintada al diezmo, y su gruesa al respecto que vá declarado. 3. m. 194ϑ978.p.2.9.	
2. 989ϑ100.p. 3.5.	El año de 1625. valieron,	633ϑ689.p. 2.4.
3.015ϑ568.p.7.10.	El año de 1626. valieron,	639ϑ300.p. 5.
3. 145ϑ209.p. 6.3.	El año de 1628. valieron,	660ϑ784.p. 3.10.
3. 419ϑ494.p. 7.5.	El año de 1629. valieron,	724ϑ932.p. 7.5.
2. 827ϑ464.p. 5.	El año de 1630. valieron,	601ϑ542.p. 4.
2. 806ϑ673.p. 5	El año de 1631. valieron,	595ϑ014.p. 6.8.
3. 112ϑ210.p	El año de 1632. valieron,	659ϑ788.p. 4.2.
2. 812ϑ858.p.6.	El año de 1633. valieron, 620ϑ800. p. 3. 9. ensayados, en que entran 3ϑ56. ps. de plata labrada, quintada al diezmo, y la gruesa al respecto que vá declarado 2. q. 944ϑ397. pesos, 4. tomines.	596ϑ325.p. 7.4.
2. 944ϑ397.p. 4	El año de 1934. valieron,	620ϑ800.p. 3.9.
2.871ϑ435.p.1.10.	El año de 1635. valieron 585ϑ449. p. 8. gran. ensayados en que entran por la plata labrada quintada al diez-	608ϑ744.p. 2.2.

mo

	mo 712. p. 1. 4. ensayados, de á 12.	
2. 765U314. p. 2. 1.	rs. y medio, y la gruesa 2. 765U314.	585U449. p. 9.
4. 155U704. p. 6. 7.	p. 2. tom.	881U010. p. 2. 2.
3. 493U056. p. 4.	El año de 1636. valieron,	740U527. p. 7. 10.
3. 425U448. p. 7. 8.	El año de 1637. valieron,	726U195. p. 1. 6.
3. 292U281. q. 6. 8.	El año de 1638. valieron,	697U963. p. 6.
236. 128U353. p. 7. 1.		53. 451U055. p. 3. 8.

,, Monta la gruesa de plata que se ha ,, presentado á quintos en esta Real Caxa ,, de Potosí, como vá referido en esta Re- ,, lacion, doscientos, y cinquenta y tres ,, millones doscientos sesenta mil ciento, y ,, sesenta y seis pesos, un tomin, y once ,, granos ensayados, que hacen trescientos ,, y noventa y cinco millones, setecientos ,, y diez y nueve mil pesos, y seis tomines ,, de á ocho reales; y los derechos que se ,, han cobrado, asi de plata quintada à los ,, 20. ¼ por ciento, como á los 21. y ¼ la- ,, brada, y quintada al quinto y diezmo, ,, cinquenta y tres millones quatrocientos ,, y cinquenta y un mil cinquenta y cinco ,, pesos, tres tomines, y ocho granos en- ,, sayados, que hacen ochenta y tres millo- ,, nes quinientos y diez y siete mil du- ,, cientos y setenta y quatro pesos y un ,, tomin de à ocho reales, como parece de ,, los libros de esta Real Contaduria, y ,, otros papeles, á que nos referimos, salvo ,, error, y lo firmamos en Potosì à seis de ,, Febrero de mil seiscientos y quarenta ,, años. Joseph Saez de Elorduy. Christo- ,, val de Alfonsi. Christoval Garcia Ra- ,, mon. "

Has opes tributas ex suis visceribus, exceptis clandestinis, & non professis, quæ longe exuperant, unicus mons, ex arca dedit Hispaniæ (Di boni, ubi tot milliones, & argenti montes?) Quid mirum, ut ejus metallarios dignis favoribus, & privilegiis Rex noster prudentissimus prosequatur, uti columnas, & fulcra Hispanæ ditionis, & in mente habens tot, & tantas, quæ in negotio nimis arduo, & utili occurrunt circumstantias, alium, atque alium modum servari velit in his, ac in cæteris causis. Eruitur hoc graphicè, ex seqq.

60 ,, EL REY. Marquès de Montes- ,, claros, Pariente, mi Virrey Goberna- ,, dor, y Capitan General de las Provincias ,, del Perú: El Licenciado Alonso Maldo- ,, nado de Torres, mi Presidente de la Au- ,, diencia de los Charcas, me ha escrito, ,, que el Tribunal de los Contadores de ,, quentas ha advertido el diferente estilo ,, que se debe tener en la cobranza de lo ,, que deben los mineros, y azogueros de ,, Potosí, de lo que obligan las Ordenan- ,, zas de las Contadurias, porque si no se ,, usa con ellos de alguna equidad, y co- ,, modidad, no podian pagar lo que deben ,, de azogue que se les fia, que es cada año ,, mas de quatrocientos mil ducados, y las ,, causas que hay para ir sobrellevandolos ,, son justas, y aunque parecen de gracia, ,, resulta en utilidad, y aumento de mi ,, Real Hacienda, consideradas las gran- ,, des costas que les tiene á los mineros el ,, beneficio, y labor de los metales, que ,, apenas sacan su caudal, y la causa por- ,, que muchos de ellos no desamparan ,, este modo de vivir, es, por tener meti- ,, das muchas prendas, y hacienda, en los ,, ingenios, y minas, y estar casados, y ,, emparentados muchos de ellos, y con ,, las esperanzas que tienen de descubrir ,, betas ricas, y que por estos respetos es ,, necesario irles esperando, y cada año se ,, tome asiento con cada minero de lo que ,, pueden pagar, conforme á la calidad, y ,, cantidad de la deuda, y de sus haciendas, ,, y pagan cada Armada lo que pueden, y ,, aun mucho mas, en que se suelen ver ,, apretados, y lo buscan á daño, y se fian, ,, y ayudan unos á otros; y que asi es fuer- ,, za que la quenta vaya adelante, porque ,, si con cada uno se feneciese de una vez, ,, seria necesario venderles todas sus ha- ,, ciendas, y muchas no alcanzarian, con ,, que se acabaria aquella maquina. Y como ,, quiera que á los dichos Contadores de

,, quen-

,, quentas he ordenado, y mandado, que ,, en la cobranza de las deudas procedidas ,, de azogue, guarden la orden que les die- ,, redes, me ha parecido adverriros de lo ,, sobredicho, para proveer en ello lo mas ,, conveniente; vais con las consideraciones ,, que el dicho Licenciado Alonso Maldo- ,, nado representa; y de lo que en todo se ,, hiciere me avisareis. Del Pardo à diez y ,, ocho de Febrero de mil seiscientos y ocho

61 Dominus Præses D. Didacus de Portugal, vir quidem non minus prudens, quam gnarus hujus œconomiæ, prætensit inconvenientia exactæ exactionis, & legalis rigoris in debitores merallarios veluti cum eis loqueretur decissio Jurisconsult. Ulpian. *in leg. si bene* 23. *D. de usuris*, ubi præcepit exactorem in simili: *Non acerbum esse debere, nec contumeliosum, sed moderatum, & cum efficacia benignum, & cum istantia humanum, nam inter insolentiam incuriosam, & diligentiam non ambitiosam, multum interesse putat.* Et hunc esse scopum optimæ administrationis suadet in singulari libro de officio curatoris Reipublicæ, dictitans non esse inquietandos debitores in sortem, quando ex bene collocatis pecuniis, compendia usuraria produci possunt: cæterum, si hæc non sperentur, securitati ærarii providendum á Præside Provinciæ. Ex quo text. Bald. sequutus á Nævio in Systemat. illam eruit conclusionem: *Exactor pecuniarum publicarum sit discretus, solicitus, moderatus, nisi protervitas contumacis debitoris requirat contumacem austeritatem*, cujus novissima sunt digna notatu in improbos debitores, de quibus Symach. *lib.2. epist.* 55. ait: *Adhuc alieno ære depressos ob desperatam solutionem cupere secundo nexu fœnoris obligari*, diximus ubertim sup. *cap.* 17. *cas.* 15. Atque ita dictus Præses non aliena ab his sua sensa expressit trutinans pari lance levamen debitorum, & Fisci integrationem proposito quodam medio prudentiali, ut ex sequentibus liquet.

62 ,EL REY. ,, D. Diego de Portu- ,, gal, Presidente de mi Audiencia Real ,, de la Ciudad de la Plata de la Provincia ,, de los Charcas: en Carta de primero de ,, Marzo de el año pasado de 612. avisais, ,, que el medio mas á proposito que se os ,, ofrece, para que se puedan cobrar con ,, suavidad los rezagos que se me deben ,, por los mineros, y dueños de ingenios de ,, la Villa de Potosí, procedidos de azogue ,, que han recibido, es quando se reparte ,, el azogue, y paga de contado, se acre- ,, ciente sobre el precio de cada quintal la ,, cantidad de los pesos que pareciere, para ,, que tambien se dé de contado. Y porque ,, me ha parecido bien este medio, escri- ,, bo al Virrey, que no haviendo inconve- ,, niente considerable, le execute, y agra- ,, dezcoos el cuidado con que me acudís á ,, estas cosas. De Madrid á 27. de Septiem- ,, bre de 1614.

63 Provide etiam D. Comes de Chinchon in angustias Dominicæ pecuniæ adactus, necnon importuna petentium inhiatione pressus, juxta *leg.* 1. *C. de petit. bonor. sublatis*, *lib.* 10. permisit præpositis arcæ Potosinæ anno 1636. ut distribuere possent sub debita cautione, & satisdatione duo millia hydrargyri quintallia, non obstante jure scripto dictarum schedularum an. 633. hac dispensatione extorta ab eo, variis fundamentis, & rationibus propositis á metallariis, nec infortunato eventu, nam in primis illi persuasum fuit, aliter cogi non posse, nec emitti dicto anno consuetum thesaurum, & conjungere duas ingentes utilitates, nempé magnitudinem Regii quinti proveniendam ex magno sumptu, & labore fosssionis. Item solutionem hydrargyri divenditi in numerato esse difficilem, immo pene impossibilem, ut alias loquitur Paulus *in leg.* 4. §. 1. *de statu libr.* non minus, quam *duos meatus impleri unico fonte*, Symmach. *lib.2. epist.*277. nam Forcatulus ait: *Neutrum percipiet siquis utrumque cupit*, conferunt, quæ tradunt nostri in *l.* 1. *C. de dotis promissione.* Mascule ne dicam audacter D. Præses D. Joannes de Lizarazu, anno subsequenti, insuper habuit dictam strictam prohibitionem, & distribuit mille quintallia cum effractura arcarum Regalium, & propria auctoritate inter minerarios, qui debito tempore fecerunt satis, & intulerunt pretium ærario, usque ad ultimum quadrantem. At cum hoc evenerit potius casu, quam consultu, *leg.* 2. *D. de rivis*, ibi: *Magis ex occasione, quam ex jure contingere*, uti fortuitum attendi non debet, *leg. ex facto* 35. *de hæredib. instit.* Maximé reluctante jussu Regio, quo in casu parum prodest exemplum Plin. 2. *lib.* 10. *epist.* 71. *Neque*

enim putavi, posse me in eo quod auctoritatem tuam posceret, exemplis esse contentum. Quæ quidem effractura, vel scandali vitandi causa, aut imitationis fugiendæ in remota, & delicata Provincia omitti debuit, quippe quam non solum œconomiæ, & politiæ regimentum, verum recta justitiæ ratio condemnat, apud Paulum, *lib. sing. de offic. Præfect. vigil. in leg. 3. §. 2. D. eod. tit.* ibi: *Effracturæ plerumque fiunt in insulis, in horreisque, ubi homines preciosissimam partem fortunarum suarum reponunt, cum vel cella effringitur, vel armarium, vel arca, & custodes plerumque puniuntur.* Quibus impono calcem cothurnatam mutuatis verbis dicti responsi D. Præsidis Granatensis *num. 60.* ,, Las ordenes superiores de- ,, ben ser guardadas, y aunque acaso se que- ,, branten con acierto, nunca los cuerdos ,, por el buen suceso calificaron el mal go- ,, bierno. Sicut ludenti tesseris nulla laus apud Plaut. *Quod jact. cad. quod est max. opus.*

64 Nec extra propositum judicari debent verba parabolica Lucæ cap. 16. supra relati, ubi *Convocatis singulis debitoribus Domini sui. Villicus ejus dixit primò: Quantum debes domino meo? At ille dixit; Centum cades olei. Dixitque illi: Accipe cautionem tuam, & sede citò, scribe quinquaginta. Deinde alii dixit: Tu vero quantum debes? Qui ait: Centum coros tritici. Ait illi: Accipe litteras tuas, & scribe octoginta. Et laudavit Dominus Villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset.* Ut ea aptentur dicto administro munifico, & plus nimio largitionali; qui ex eventu, & fortunæ alea venatus est plausum, uti, dictus villicus iniquitatis; nam ut Franc. Lucas Burgens. *in comment. ad d. locum.* Laudavit dominus villicum, quamvis dispendium non modicum passus, hoc est in effractura, & iniquo exemplo spreti mandati, non quia iniquè, seu injuste; *sed quia prudenter fecisset:* Ad suum ipsius commodum, quia prudenter (hoc est industrie, & callidè) sibi, & Domino in futurum prospexisset. Absit, ut in sedulum, & optimum administrum zelo Regalis servitii pellectum usurpem sequentia ejusdem Auctoris verba. Ut *clàm procuratis sibi amicis de bonis domini sui, qui essent eum adjuturi, ne egestatem pateretur, postquam esset ab officio amotus.* Nec reum faciam iniqnitatis, seu malignitatis dictum D. Præsidem provide agentem; nam ex Angelo de el Pas. *in cap. 8. Iniquitatis villicus dicitur fidelis.* Et quidem ille fidelitate ductus, operatus est annuum argenti proventum, quo Domino subvenit. Et ut S. Bonaventura interpretatur, licet talis villicus ex capite inobedientiæ reprehensione dignus putaretur, & *aliqua in se haberet vituperabilia; prævidendi tamen modus, & occurrendi occasioni, & necessitati imminenti, potest in exemplum bonorum trahi.* Sicut enim serpens in diffusione veneni est detestabilis, in prudentia tamen custodiendi caput est imitabilis à viris perfectis. Cardin. Cayetan. *in vers. 8. Non laudatur de injustitia villicus, sed de prudentia, & appellatur prudentia, non recta ratio absolutè, sed recta ratio ad utilitatem.* Addit Pater Joann. Maldonatus, *num. 7. At quomodo Dominus villicum à quo fraudatus fuerat, laudare potuit? Non laudavit factum, sed prudentiam, & industriam, qua ut pœnam effugeret, usus fuerat.* In ead. proclamat Dion. Carthus. *d. cap. 16. art. 39.* Eum laudavit, non de lapidatione, quoniam laus debetur virtuti, non vitio, sed de quadam apparenti prudentia, quæ tamen non fuit vera prudentia: sed injustitia, attamen aliquid simile veræ prudentiæ in ejus opere fuit; nam industriosè providit, & acutè excogitavit. Eadem habet aurea Cathena D. Thomæ. Nec deportandus eruditorum signifer Arias Montanus hoc loci lit. A dicens: *Miratus est prudentiam iniqui villici sui, quod aliqua rerum sibi commissarum parte non ita malè abusus esset, ut non aliquando frueretur; nam anteà, neque in suos, neque in Domini usus res exposuerat sibi creditas.* Sed de his alii.

65 Restat ante quam hinc habeamus præmonere in hoc negotio cum sit tanti ponderis; quoad distributionem faciendam ternæ facultatis gradum considerandum: Prima facultas existit illata, & inmixta superiori administrationi muneris D. Prorregis. Secunda incumbit D. Præsidi Platensi, quamquam hæc illi commendata est, haud per viam administrationis, sed per modum superintendentiæ, cujus curæ, sicuti est inspicere, an æquali lance fiat distributio, ita quotannis tenetur se conferre in villam Imperialem, & lustrare fodinas, & molendinos; nec non curare de cogendo Regio thesauro, & ut præstò fiat exactio à præ-

po-

positis, & arcariis. De quo schedulæ sup. num. 38. & alia die 29. Novembr. anno 603. ubi injungitur D. Prorregi, ut in materiis Potosiæ regatur consiliis Præsidis Argentini. Tertiam facultatem ex dictis liquet esse apud hos administros peculiares Dominicæ Gazę, quæ quidem divisio, & gradum observatio, non longe distat à cura, & muniis Romanorum in administratione, & collectione Principis patrimonii, cujus triplex cura commendata Comiti Sacri patrimonii; Comiti sacratum largitionum, & susceptoribus, auctoribus, & rationalibus. Quod ex ubere legum segete observat Pancirol. *in notit. Imper. Occid. cap.* 52. *&* 53. Renat. Chopp. *de doman. lib.* 3. *tit.* 24. Lucern. *rub. tit. C. de Palat. sacr. larg. lib.* 12.

66 Tandem, ut absolutus maneat hujusmodi tractatus concludo monendo, non unica via toto anno eundum ad prædium, hoc est, ad hoc negotium, sed variando pto temporis discrimine. Nam ut ait Barclajus, videmus, *eosdem affectus, nunc virtutes esse, nunc vitia*, de quo nos alibi plus satis, & ipsa natura docente, una eademque res diversimodè admota dissimilia, immó opposita operatur, ut ecce eadem penna, quæ gravat mortuam avim, viventem alienat, eodemque flamine extinctam candelam incendimus, incensam extinguimus. Ergo cum natura det hominibus prudentiam, ex præteritis circa futura, *leg. si quis domum*, §. 1. *D. locati*, *leg. Servius, D. quòd vi, aut clam. leg. divort. D. de negotiis gest.* Tradit Avendañ. *responsor. cap.* 12. *num.* 12. in pulchra specie monens, parva pecunia, & modico sumptu curandum, ut sors ponatur in tuto, & securé locentur publici reditus, Gubernator instar viatoris, qui nescit ad mare, flumine ducetur, juxta Plautinum præceptum relata hic memoriæ mandans, necnon præscripta solità prudentia á Supremo Indiarum Senatu, circa hydrargyri distributionem in ultima Regia Schedula, data die 10. Maii, anno 1639. quæ observari jussa est quodam cap. Regiæ epist. dat. anno 1642. semel enim accidere potuit, ut contemptis regulis, & arcæ custodia eventus excusaret excessum, ob imminentem necessitatem. Confert, quod ex Livio Valerius Maxim. transcripsit, *lib.* 3. *de fiducia: Quod cum ad necessarium Reipublicæ usum pecunia esset necessaria, eamque ex ærario promi opus esset, idque quæstores, quia lex obstare videretur, aperire non auderent, Scipio claves poposcit, patefactoque ærario legem utilitati cedere coegit*, refert San Felic. *disceptat. unic. de donativis, n.* 33.

CAPUT XLVI.

Probibitio, circa augmentum numeri prefiniti molendinorum Potosię.

1 JAmdiu certus determinatus est numerus molarum metalli argentini, apud metallarios villæ Imperialis, quem augeri à privatis absque licentia Gubernii arcte prohibetur: Hanc egre, & difficulter concedere solent D. Prorreges á tempore D. Marchionis Montisclari, qui primus cohibuit libertatem ædificandi molendinos metallicos ripæ Potosiensis, ut colligitur ex relatione D. Prorregis Comitis de Chinchon, num. 99. ibi: „ Sin licencia de el Gobierno, no pueden hacerse ingenios de moler metales, y las razones en que se funda, se verán por lo que en eso dispuso el Señor Virrey, y Marquès de Montes-Claros, que fue el que segun he entendido lo prohibió, y por lo que ahora se me acuerda, creo, que no he concedido ninguna, bien presumo que sin ella se han edificado en varias partes, y hase tolerado por ahora, por escusar el rigor de la demolicion. “

2 De his molendinis habet plura Georgius Agricola de re metallica, ubi differentias eorum enumerat, nec non Hetingius in tractatu singulari copioso, & eleganti de molendinis, quæ laudat Christophorus Besoldus, *in Thesaur. pract. litt. M. num.* 56. Rosenthal. *de feudis, cap.* 5. *cc.* 28. Card. Thusc. *litt. M.* Renatus Chopp. *de jurisdiction.* Andegavens. *cap.* 17. Javolenus diversas molas enarrat, *in leg. dolia* 26. §. 1. *D. de fund. instrum. instrumentoque legat.* Nempé manuarias, jumentarias, neutras, verum quæ ad nostrum propositum attinent, argentariæ sunt, & Hispanè nuncupantur *Ingenia*, ut diximus in capite antecedenti, ex relatu D. Marchionis de Montes-Claros, num. 63. ibi: „ Ingenios son ciertas maquinas de madera, cuyas ruedas llevadas del golpe del agua, levantan unos mazos grandes, que por su orden buelven á caer sobre el metal, y

„le

,, le muelen hasta hacer polvo, y de aqui
,, toma diferente nombre, &c. "

